



TRACTATVS



TRACTATVS DE OFFICIO GVBERNATIONIS, SEV PROCVRATIONIS GENERALIS REGNI ARAGONVM.

IBANDO DE BARDAXI DOMINO LOCOrum de Bellestar, & de la Selua, in Aragonensi Senatu Regio Consiliario, Auctore.


Ad Illustrissimos D. Prædicti Regni Deputatos.











Cum licentia, Cæsaraugustæ, Apud Laurentium Robles Regni Aragonum, & Vniuersitatis Typographum. Anno Domini MDLXXXXII.

ILLVSTRISSIMIS DOMINIS MARCO ANTONIO REVES I.V.D. ET

Montis Aragonum Abbati; Petro Andres, Canonico, & Operario Beatæ Mariæ de Pilari; D. Ioanni Carolo Fernandez de Heredia, Fontensi Comiti; D. Henrrico Palafoxio, Nobili: Martino Frances, Militi ciuitatis Borge: Mathiæ Pusadas, Infantioni Ciuitatis Calataiubij: Michaëli Almazan, Ciui Cæsaraugustano: Stephano Costran, villę Montisoni Municipi: Octouiris Regni Aragonum Deputatis.

Philippus Gaço, Iurium Doctor, Salutem exoptat.



GREGIAM valde illam celeberrimamq. Homeri, omnium quos tulit Gratia, Poëtarum præstantissimi sententiam, qua Principem solidam nunquàm debere dormire noctem, apposite cõscripsit, si nostrates mente perpendere curarent semper Magistratus, non dubium est, Quin longè præstantius, suscepto munere fungerentur, & in ampliori pretio ab his quorũ curę sunt præfecti, meritò haberentur. Nihil enim aliud eo loci florentissimus Poëta significare voluit, nisi quòd maximè Reipublice intersit, vt ij qui communi præpositi sunt Regimini vigiles semper, ad ea quæ subditorum vtilitati conducunt, inuestiganda, & ad perniciosa quæq. & aduersa depellenda, & releganda, oculatissimi inueniantur. Planè, hoc est solidam non dormire noctem, diu noctuq. suscepti meminisse muneris, eòque mentis aciem diligentissime intendere, quo fœlicius, & laudabilius, ea quæ ipsorum incumbunt curę, & gubernationi, expedire Queant; quod qui præstant, duplici honore, vt qui fideles sint dispensatores, digni censentur, summisq. proindè laudum præconijs, ab optimis quibusq. grauissimusq. viris extolluntur. Hac, eò tendunt, vt vestrum Illustrissimi viri, commendem studium, & admirer diligentiam; neq. enim quæ quotidie euenire solent, ad vestrum deuolui Tribunal sanctissime definientes; ac quibusq; morbis oportune medelam adhibentes, iam vestro satisfecisse muneri iudica

¶ 3 *tis,*

tis: Q[illegible]nimo parum vobis id esse in animum inducentes, futuris etiã prælucere sæculis, solidã nunquàm transigentes noctem, vixq. dormiẽtes contenditis, dum ea vt in lucem prodeant doctissimorum virorum opera, quæ eximiè, & ingenti futura esse vtilitati credantur, auidissime exoptatis, & strenuè elaboratis. vtq. alia nunc ommitam quàmplurima, vnus iste de officio Gubernationis tractatus, ab Ibando de Bardaxi, Iurium doctore celeberrimo, & in huius Regni Amplissimo Senatu Regio Consiliario, ac in forensibus huius Regni causis, & legibus exercitatissimo compositus, qui vestro nunc iussu in lucem prodit, satis superq. comprouabit. Postquàm enim alia eiusdem viri opera, prælo mandare constituistis, hunc de Gubernationis officio tractatum pro rostris etiam omnium ponere decreuistis. Quantum autem vobis ipse debeam, vix explicare potero, quòd me qualicunq; labori in ipsius expeditione subeundo idoneum existimastis; præcipientes vt eorum de quibus in opere ipso instituitur disputatio, summam suis digestã numeris singulis capitibus præscriberem & vt secundam libri partem, quæ indistincta omnino ab auctore relicta fuerat, in capita distribuerem, atq; alia quæ in ipsius Auctoris exemplari, nescio cuius vitiata vitio atq; inuersa erant, ad eum modum reducerẽ quo & excudi, & magna cum vtilitate perlegi possent. Id mehercle ipse, qua potui diligentia, vestris obtẽperans mandatis, peregi, ipsiusq. excusioni operis, ne mendis ipsum scatere cõtingeret, interfui, vt qui in quorumcumq; aliorum expeditione laborum, alacri animo dominationibus vestris obtemperare sim paratus. Tam ingenti ergo in me collato beneficio, tàmdiu me vobis deuinctum profitebor, quàmdiu eum me esse indicaueritis, qui vestris dignus sim obsequiis manicipari valete.

PHILIPPVS CAÇO IVrium Doctor, Lectori Salutem.

DE officio Gubernationis tractatum istum (humanissime Lector) ab Ibando de Bardaxi, iurium eximio Doctore, viro me hercle clarissimo, qui plures annos in huius Regni causis pertractandis, & iudicandis, summa cum omnium laude, & diligentia, extitit versatus, compositum, qui nunc primùm in lucem emittitur, non eo animo ab Auctore conscriptum existimo fuisse, vt prælo eum aliquando mandare decerneret, sed vt apud se ea quæ ad Gubernationis Regni munus spectant, selecta atq. reposita haberet, vt qui multos annos eiusdem Gubernationis Assessoris officio, magna cum omnium approbatione functus fuit. Quod mihi quidem facile ipse persuadeo, tùm quod variam Auctoris lectionem, eiusq. in comprobandis sententiis affluentissimam iurium, & Doctorum allegationem, memineris, quam in huiusmodi opere desiderari percipies: tùm quòd multa eo digesta ordine apparuerunt, vt longe ab Auctoris animo fuisse typis hunc aliquando committere librum sit verisimile. Nihilominus tamen, dignus habitus est liber, qui, & in lucem prodeat, & in omnium iurisperitum manus deueniat: in eo enim vtilia quamplurima, & iucunda, atq. eo suauiora, quo à strepitu recitationis, & iurium, & Doctorum, liberiora, scripta Reperiuntur. Quamobrem Illustrissimi huius Regni Octouiri Deputati, postquam alia eiusdem Auctoris opera excudenda curarunt, hunc etiam de Gubernationis officio librum, prælo committere decreuerunt. Cumq. mihi vt huic incumberem curæ mandauerint, libentissime certè, ipsius expeditioni operam nauare, acriori quo potui studio, curaui: tum, vt in iuncto mihi præcepto, vt par erat obtemperarem tum vt in his quæ ad intellectum, & praxim huius Regni Fororum, & obseruantiarum (quas vocant) spectant, amplius atq. amplius me ipsum exercerem. Postquàm enim in publicis Academijs, plures annos iurisprudentiam, tum discens, tum docens publici professoris, & interpretis munere fungens, Deo duce transegi, eò Quidem per quam libenter, ac diligenter, animum appellere curaui, vt non minori indagine, & studio, peculiares huius nostri Aragonum Regni, leges, & consuetudines, perdiscere possem. Cum itaq. libri huius expeditio, credita mihi fuerit, Rerum omnium summam, magna ex parte, in capita diuisi, numerisq. adiectis exornaui, atq. aliqua, quæ nescio quorum iniuria confussa, & deprauata fuerant, in suum pristinũ locum germanumq. Auctoris sensum Restitui. Adhæc, qua potui diligentia præstiti, vt è prælo à mendis liberior exiret liber. Fruere igitur Auctoris labore eximio, & meum qualemcumq. laborem quem ad ipsius excusionem libri pertuli, Equi, boniq. Consulas deprecor. Vale.

¶ 3

INDEX QVAESTIONVM & Capitum, Quæ in hoc tractatu continentur.

FINIS.

TRACTATVS DE OFficio Gubernationis, seu Procurationis generalis Regni Aragonum.

IBANDO DE BARDAXI DOMINO Locorum de Bellestar & de la Selua, in Aragonensi Senatu Regio Consiliario Auctore.

Prima Quæstio.

SVMMARIVM.

1 *DE R. Foros non potest haberi notitia, originis huius officij, quia nec habetur, de origine Fororum æditorum ante tempora Regis Iacobi.*

2 *Circa originem Fororum, solùm possunt considerari tria tempora, de quibus in præfatione Fororum, sicut & per DD. Iuris considerantur alia tria tempora circa leges quæ viguerũt & vigent in mũdo.*

3 *Enumerantur plures fori, vt sciatur ex eis non posse detegi, dictam originem, & sic in foris cessat titulus de origine magistratuum, quo ad hoc officium.*

4 *Et quo ad reliqua officia quæ sunt in Regno similiter cessat dictus titulus, ex quo de omnibus officijs, etiam de officio Iustitiæ Aragonum, loquuntur fori vt de iam in esse productis: origo tamen est D. Rex, à quo vt riuuli à fonte, emanant iurisdictiones, quando tamen ceperint deriuari, hoc non detegitur.*

5 *De gubernatore nato an idem sit dicendum? quòd sic: nisi ad sensum naturalem recurramus, secundùm quem, videtur cum gubernatore nato, id est primogenito nasci.*



IRCA primã quęstionẽ quę originem huius magistratus concernit, pri⁹ est agendũ ex sententia Caij & Pomponij Iuris consultorum in l. 1. & 2. de orig. iur. ff. cui tamen satisfieri non poterit: nã vix est vt ex dispositionibus foralibus de origine dicti officij, & noua illius in esse productione, quid certũ admittamus: quoniam neq; de origine fororum æditorum ante tempora Regis Iacobi rectè agi potest, ex quo de voluminibus seu scriptus prędecessorum suorum, qui (vt in

A procœmio

proœmio suo ipse attestatur) fecit pro eorū correctione, detractione, suppletione, & declaratione, in sua curia recitari, non posset modo propter tot annorum curricula, haberi copia, nec habetur, vt asseritur in præfationè fororum nouiter recopilatorum: de quo etiam conquerebatur Vitalis Episcopus Oscens. vt idem attestatur in proœmio sui libri in excelsis.

2 † Circa dictam tamen Fororum & legum originem, considerantur in dicta præfatione tria tempora, primum ante occupationem factam per Mauros, quo tempore gubernabātur legibus Gothilis. Secundum tempus, quando à dictis Mauris fuit Hispania occupata, quo tempore, regebantur legibus Maurorum, Tertium tempus, quo fuerunt expulsi seu cæperunt expelli dicti Mauri, quia cæperunt regi legibus, seu foris Suprarbij, quæ præcesserunt ipsum Regem: nam antea fuerunt leges Suprarbij, quæ sunt initium Fororum, quàm Reges: secus tamen apud Romanos, nam ante leges regebantur, & gubernabantur manu Regia, id est, Regum arbitrio: vt dicitur in d.l.2. de orig. iur. dicta tria tempora fueruht considerata à foristis in dic.præfatione, sicut à iuris professoribus, similiter considerantur tria tempora circa leges quæ in mundo viguerunt & vigent, primum tempus ab Adam, vsq; ad Moysen, quo tempore viguerunt ius naturale primeuum, & secundarium, & ius gentium. Secūdum tempus à Moyse vsq; ad Christum, quo tempore viguerūt aliæ tres leges, scilicet Mosayca, Prophetica, & ciuilis, de origine, cuius legis ciuilis agitur in d.l.2. Et sicut leges duodecim tabularum fuerunt initium iuris ciuilis, cui fuit additum per alias quinq; partes de quibus in. §. constat de iure natu. Insti. sic etiam Fori Suprarbij, fuerunt initium Fororum, quibus paulatim fuit additum. Tertium tempus est à Christo vsq. nunc, & vigent reliquæ. tres leges, videlicet Euāgelica, Apostolica, & Canonica, de quibus per Panor. in ca. firmiter de Summ. Trinit. & fi. Catho. & latiùs per Rober. Maran. de ordin. iudici. in 3. par. prin. fol. 17. cum sequen. & etiam Ioan. de Terrarub. contra Rebelles. fol. 1.

3 † Omissis his quæ ad originem Fororum expectant, redeundo ad propositam quæstionem originis huius magistratus, de qua magistratuum Romanorum origine differitur in. §. post originem vsq; ad. §. iuris ciuilis, quæ est tertia pars illius l.2. de origi. iur. ff. non potest ex foralibus dispositionibus illi satisfieri vt dictum est, quoniam nullibi in dictis Foris de eius officij creatione, & in esse productione cautum aliquid inuenitur, ex quo, omnes Fori de dicto officio, seu officialibus eius loquentes, loquūtur, & disponunt, vt de officio tam in esse producto, vt est videre in Foro supra iunctarij de Supraiun. qui est primus Forus, qui de Gubernatore Loquitur, disponit, supraiunctarios debere exequi mādata Gubernatoris, item For. quod offic. Arago. similiter disponit, dictum gubernatorem, sicut cæteros officiales debere esse de Regno. Et Forus quod Ripacur. & lite. enunciatiuè etiam loquitur de eo, dum asserit quòd iurauit Luppus Ferrer de Luna Gubernator Aragonum: similiter Forus

rus. De secunda confirmatione mone. qui est primus foruss qui loquitur de primogenito gubernatore, similiter loquitur de eo enuntiatiuè, præmissa inquit faciemus iurare per Iacobum Charissimum Primogenitum Procuratorem Aragonum, eodem modo asseritur in declaratione priuileg. gener. dum dicitur præsente Alphonso Primogenito, & generali Procuratore nostro: sic etiam in foro. Vt debitum non possit proba. per lite. sigil. enũtiatiuè, & assertiuè agitur de eo, & est primus forus qui loquitur de Regente officium Gubernationis, dum dicit quòd iurauit Artaldus de Luna, gerensvices Procuratoris Aragonum, & in dicta declar. priuileg. gene. disponitur, quales eom missiones debeant emanare à Curia Infantis. Hæc de Foris libri noni, ante decimum librum fororum, secundùm antiquam impressionem, facientibus mentionem de dicto officio Gubernationis, seu Procurationis generalis, aut veriùs de officialibus dicti officij, videlicet de Gubernatore, & gerente vices Gubernationis: quia in anterioribus octo libris, secundùm dictã antiquã impressionem, nulla fit mentio de dicto officio, nec officialibus eius.

Animaduertendo etiam, ad foros libri decimi, secundùm dictam antiquam impressionem, in quibus passim fit etiam mentio de dicto officio, similiter in eis, enunciatiuè de eò, vt de iam in esse producto agitur, nam in titulo de his, quæ Dominus Rex, Gubernator & gerentuicesiurare tenetur, disponitur, quid ipsi iurare teneantur, & post eum forum quòd Regens officium Gubernationis sit Miles simplex, statuit, quòd dictum officium regatur per militem simplicem, quoad exercitium Iurisdictionis ciuilis, & criminalis, & in foro de iuramento præstando, iurat Regens officiũ Gubernationis, sicut cæteri officiales: & in foro quòd. In Dubiis non crassis, consuliat dictus Regẽs, Iustitiam Aragonum, sicut cæteri officiales consuliare teneniur, & stare eius responsis: neq; in foris sub Rubrica de Regente officium Gubern. quòd nõ possit aliũ Reg. facere, aliquid perpendi potest de dicta origine, minùs ex Proœmio Regis Petri in secunda curia quam Cæsaraugustæ celebrauit, licet asserat sè affectionem ad Regnum Aragonũ habere, propterea quòd dũ Primogenituræ & generalis procurationis titulo fungebatur, multa ætatis tempora ibi percurrit: neq; cõfert quod idem Rex Petrus statuit, vt Primogenitus maior quatuordecim annorum possit regere dictum Gubernationis officium, corrigendo in præmissis Forum Quia secundũ, quòd Regens officiũ Gubernationis sit Miles simplex quoniam neq; in ibi dispositis, nec in aliquo cæterorum fororum, vsq; ad nouissimum eorum, de dicto officio, seu de officialibus illius, scilicet Gubernatore, & Regen. offic. Gubern. loquentium originis huius officij fit mentio, minùs quæ in Obseruãtijs de eis loquẽtib[9] vt sunt Obseruantia quòd cuiusq vniuersitatis, aliæ & nõnullæ in titu de for. compe. in titu. de lite cõtesta. in titu. de appella. in titu. for. ædit. apud Exeã. in tit. de salua Infan. fa. in titu. articuli in quibus contra super. & in titu. actus curiæ & alibi in nulla earũ parte, de dicta Gubernationis, seu Procurationis, generali origine, aliquid cautũ reperies

de his omnibus foris & Obseruantijs placuit meminisse, vt facilè detegi possit id verum esse, dictos foros & Obseruant. non disposuisse aliquid de origine dicti officij & magistratus Gubernationis, seu Procuratoris generalis Regni Aragonum, sicut nec de origine cæterorũ magistratuum, & officiorum dicti Regni, aliquid in Foris cautum reperitur; omnes enim fori simili modo de omnibus officijs loquuntur, vt de iam in esse productis, vt licet videre in dicto procemio Regis Iacobi, in quo dictus Rex mandat obseruationem dictorum fororum, Maiordomo Aragonum, Baiulis, Iusticijs, Çalmetinis, Iuratis, Iudicibus, Alcaydis, Iunctarijs, & Officialibus, quibus ius cognoscendi pertinet. Sic etiam Forus de vsuris præcipit Vicarijs, & ibi incidenter, de Cancellario Domini Regis, & in foro de pace, fit etiam mentio incidenter de Locumtenente dicti Regis, & ad hoc ibi illum forum ponderat Pertusa & Vitalis dicto titulo in lib. in excelsis Dei Thesauris, idem notat. Vnde posset inferri, quòd forus quòd Dominus Rex, non possit facere Locumtenentem sui, nisi in casu absentiæ vel impedimenti, quòd potiùs ibi de tollendo facultatem creandi, quàm de origine dicti officij agitur, & in foro de Confirmatione pacis, vbi incidenter de pluribus officialibus fit mentio, enumeratur etiã officium Iustitiæ Aragonum, & est primus forus qui de dicto officio loquitur, & quidem incidenter, vt de iam in esse producto, & sic de alijs quam plurimis Foris facientibus mentionem de officijs, vel officialibus, eorum officiorum simili modo loquentibus, ita vt ex eis nullatenus perpendi possit dicta origo, & qualiter supra dictæ quæstioni scilicet, quando cæpit esse magistratus Gubernationis, seu Procurationis generalis Regni Aragonum satisfieri non potest, ex dispositionibus foralibus, ex quo in aliquo fororum nihil disponitur de dicta origine; quia omnes fori, tam de dicto officio Gubernationis, quàm de cæteris officijs & magistratibus Regni loquuntur, & disponũt de eis, vt de iam in esse productis neque id ex Chronicis de tegitur, præterquam de origine magistratus Iustitiæ Aragonum, de quo Iustitia Aragonum, in sua litera inserta in volumine fororum, & Molin. in verbo libertates, agunt, & aliqualiter Çurita in sua Chronica asserit aliqua. De reliquis tamẽ officijs, circa eorum originem nihil inuenitur dispositum, nec etiam per ipsum Vitalem, qui curiosè de officiorum Regni Aragonum significatione, latè disserit, in titulo de Iudicibus, aliquid de eorum origine tangit, & propterea hæc omissa faciendo, quia parum conferunt; solùm pro solutione huius quæsiti dici potest, originem dicti officij Gubernationis, seu Procurationis generalis esse ipsum Dominum Regem, nam omnis iurisdictio plenaria, est radicata in Rege, & in eo est originaliter, vt probatur in. l. 1. ff. de Constitutio. Princip. notat Bartol. in. l. 1. circa fin. ff. de iurisdic. omnium iudic. in For. de iurisdic. omnium iudic. Auenda. de exequend. manda. Reg. cap. 1. numer. 6. 7. & 8. Couarru. Practicar. capit. 4. Menochi. respon. 2. numer. 7. fol. 38 ad quem

spectas

ſpectat creare magiſtratus & conferre ordinariam iuriſdictionem cap. 1 §. Iudices vbi Bald. de pact. Iuramento firm. in.l. 1. ff. ad leg. Iul. de ambi. gloſ. in cap. 2. extra ne Præla.vices ſuas.Ita vt, omnes dignitates, & omnia officia, & gradus rb ipſo Principe profluant, ſicut riuuli à fonte vt dicit Angel. in Rubric.ff. de Iuris. omnium Iudicum Bald. in capit. 1. in princip. quis dicatur Dux, Comes, Marchio, Vitalis in titulo de Iudicibus.

Quādo verò dicti riuuli ceperint deriuari à dicto fonte, ſcilicet Domino Rege, hoc fori noſtri non aperiunt, vel quia fori qui de dicta magiſtratuum origine aſſerebant,ſunt de perditi, vel quia ſine lege ex quo niſi ab ea prohibeatur dicta iuriſdictionum deriuatio pendebeat à Principis poteſtate, & latè per Abenda. de exequentis mandatis Regijs libro 5. capit. 1. Dicamus eum creaſſe magiſtratus ſecundū quòd neceſsitas poſtulabat propter Imperij augmentum, & dilatationem. Quando tamen caſus creationis euenerit hoc non apparet nec apparere confert.

† Hæc de Gubernationis officio ſeu Gubernatore creato à Re-
5 ge. Quid autē deGubernatore creato à lege, videlicet ipſo Primogenito qui dicitur Gubernator natus, vt infra dicetur in ſequenti. quæſtione,videtur quòd faciliùs de eius origine poteſt dari ratio niſi dicamus id quod aſſerit Bages in Obſeruantia ſecunda. & penultima de litis conteſta. & Obſeruantia. 2. Actus cur.&alibi ſepe de quo in ſequenti quæſtione quòd dictus Primogenitus non ratione primogeniture habet iuriſdictionem, ſed ratione mandati, & prouiſionis quàm habet à patre, & ſic quod non diferat reſpectu dictæ Gubernationis, dictus Primogenitus ab alio Gubernatore.

Tamen ſi tenemus ipſum Primogenitum eſſe Gubernatorem na tum tunc, conſtito de lege quæ eum producit in eſſe, conſtabit etiā de origine, & productione ipſius officij in primogenito,ſed tamen, licèt admittamus eum eſſe Gubernatorem natum,de quo in ſequenti quæſtione non tamen conſtat de tali lege, quæ eum producat, ſed tantum de legibus quæ eum productum à lege ſupponant, vt ad id ponderatur for. de ſecunda confir. monetę, & Obſeruant.4 de appella. & ſic licèt ſit dictus Primogenitus Gubernator natus à lege, non tamen ex dictis foris conſtat, quando dicti fori eum in eſſe produxerunt, niſi deficientibus foris recurramus ad ius ſcriptum Romanorum, pro vt recurri mandat Rex Iacobus in procemio Fororum æditorum Oſcæ dum ibi dicitur, quòd deficientibus foris ſit recurrendum ad ſenſum naturalem, id eſt ius ſcriptum, tanquam in eo magis quàm alibi luceat ratio naturalis, pro quo facit forus de Fide.Inſtrum.verſic.Queremos empero.& ita non ad omnes leges,ſed ad eas quæ nituntur ęquitate, & ratione non voluntate, vt declarat Bellug.in Specu.prin.§.his igitur ad graua. Simile eſt in Frācia,vt reffert Rebuff.1.Tom.in procæ.pag. 22.num.20.Recurrentes ergo ad ius ſcriptum cùm deficiat forus, dici poteſt quòd in primogenito quàm cito cepit eſſe primogenitus Domini Regis cepit in eo eſſe Gubernatio,

tio, & Procuratio generalis, quoniam ſicut Regi ſtatum, quòd eſt Rex, debetur regimen, & Gubernatio, ideo dicitur Rex à Regendo, ſimili modo eius Primogenito debetur etiam regimen, quia Rex, iuuenis appellatur. capitulo cœpit. 24. quæſtion. 1. adnotata per Iaſonem, & alios in. l. in ſuis ff. de liberis, & poſthumis, latè per, Ioannem de Terrarub. contra Rebelles. in articulo ſecundo primi tractatus ferè per omnes concluſiones. De quo latius in quinta quæſtione dicetur, loquendo de viribus, & poteſtate dicti officij, vbi late, quòd primogenito competit administratio, & gubernatio generalis in Regno, & quidem inuito patre, ſicut & Domino Regi. Sed hæc miſſa faciamus tanquam parùm conferentia.

Secunda quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *OMNES Gubernatores, qui præter primogenitum fuerunt, pro tempore ſunt creati à Rege, non à lege.*

2 *Circa Primogenitum fiunt argumenta, quòd ſit natus, & non datus, & ſic creatus à lege.*

3 *Bages gloſſator obſeruantiarum aſſerit indigere mandato, ita quòd non ratione primogenituræ, ſed ratione mandati dicitur habere iuriſdictionem; adhibetur diſtinctio vt ante forum. Quia ſecundum, cum mandato adminiſtraret; poſt forum verò ſtatuimus neceſſarium non eſſe mandatum, Dominis Regis.*

4 *Regentem officium Gubernationis eſt certum, nunquam à lege eſſe creatum: ſed an à Rege, vel à Gubernatore fuerit creatus, diſtinguntur tempora: nam poſt forum. Quia Secundum certum eſt à Rege creari, & ſic præter iuris ordinem, nam Regens ſeu Vicarius creatur de iure, vel ab eo, cuius vices gerit, vel à creante illum cuius vices gerit: quòd in Regente ceſſat, ex quo, cuius vices gerit, non creatur à Rege, ſed à lege. fol 5. num 4.*

5 *Ante for. Quia ſecundum. creabatur vel à Rege, vel ab ipſomet Gubernatore, ab inferiore, ſcilicet Gubernatore non poterat, præterquam in caſu neceſſitatis creari, ſecundum regulas iuris, idquè etiam in Regente à Rege creato ſeruatur, vt non niſi in caſu abſentiæ, vel alterius impedimenti ipſius primogeniti deſeruiat, nam primogenito in Regno exiſtente, ceſſat officium Regentis.*

6 *Dominus Rex, an poſſit facere plures Regentes: quòd non: vt omnes deſeruiant, ſed quod vnus in defectum alterius deſeruiat, pro modo exigentis neceſſitatis, ita vt intelligatur adiunctus, quòd ſic, vt eſt viſum in don Franciſco de Gurrea, & eius patre.*



CIRCA ſecundam quæſtionem, ſcilicet à quo creetur Gubernator, & ſimiliter Regens officiũ Gubernationis. In primis loquendo de Gubernatore dubitari

dubitari potest, an à Rege, vel à lege creetur. De Gubernatore qui non sit Primogenitus dubitari non potest, nam ex quo nihil à Foro dispositum reperitur, standum est regulæ generali, quód ad eum spectet creandorum magistratuum prouisio, a quo emanat iurisdictio, vt de his plura, per Abendañum de exequendis mandatis, regula tertia libr. primo cap. primo. in principio, Couarruuias, & latisimè Menochius, vbi supra, Maranta de Ordine iudiciorum folio. 54. numero tertio: Et ideo dato quód aliquis præter Primogenitum potuerit esse Gubernator, & procurator. generalis Regni Aragonum (de quo in sequenti quæstione dicetur) videtur concludendum, dictum, Gubernatorem fuisse creandum à Rege; nam omnis iurisdictio est in Domino Rege, tanquam in fonte. l. prima de constitutionibusPrincipum,& in Foro de iurisdictione omnium iudicum, Couarruuias, Menochi. & Abendañus, vbi supra, & Boerius decisione octaua numero tertio, & ab eo vt riuuli deriuantur Officia, & iurisdictiones: Baldus titulo de Allodijs, ideo dicebat Vitalis in libr. in Excelsis Dei thesauris, titulo de Iudicijs, quòd vt Diedema in capite Aron, & splendor in medio firmamenti illuminans totam machinam mundialem, sic splendet iurisdictio in Regia Magestate, in qua est sic totaliter constituta, vt quasi a fonte in riuos, oportet, ab ipso in alios omnes ipsas iurisdictiones, & exercitium deriuari.

Et qui ab eo Iurisdictionem non suscipit, vt riuus (fonti subtracto fomento, aret necessariò exsiccatur, sic viget ergo iurisdictio, & eius plenitudo potestatis, quód institutio, & destitutio iurisdictionum præsidentium, ab eius semper pendeat voluntate. Hæc Vitalis, & generaliter si qui probentur fuisse Gubernatores, præter Primogenitos Domini Regis, vel alios eius filios, habentes iura Primogenituræ; vt dicitur de Infante Ferdinando, Patruo Domini Regis Iacobi, inquit in quoddam Breuiario Fororum compilatorum per dictum Vitalem existentem, pænes dictas Cortes de Regio Consilio, vbi asseritur procurator generalis Regni Aragonum, & idem de quoddam Ferrench de Luna, & alio Egidio de Liorri, & alijs: de quibus fit mentio in Chronica Regis Petri, de quo verbo Çurita; de quibus in Sequenti quæstione dicetur. Omnes isti, & si qui plures reperiantur, est dicendum mandatum habuisse à Domino Rege, vt esse potuerint Gubernatores, & exercitium illius Officij habere, ex dicta generali Regula; Et ita ex quo in Foris, circa præmissa nichil dispositum reperitur, vt præter Primogenitum ab ipso Foro, detur ius alicui ad ministrandi dictum Officium, est dicendum prædictos qui dictum Offi-

Officium exercuerunt, illud vigore mandati Regalis exercuisse, id quòd ostenditur, ex his quæ refert Hieronymus Curita, secunda parte suæ Chroni. in libr. Octauo. cap. 5. Regis Domini Petri quarti, vbi asserit Regem Dominum Petrum concessisse dictum Officium Gubernationis, & Procurationis generalis Don Ferdinado eius fratri, quód priús abdicauerat Iacobo alteri fratri, & dederat Constantiæ eius filiæ, deinde vt dictum est concessit dictum Officium dicto fratri Ferdinando, de quo laté per dictum Hieronymum Curita, dic. c. 5. folio. 141. &. 144. Idem in. c. 27. folio. 166. & folio. 162. 625. Ex his tamen quæ idem Curita dicit, hec quæstio dubitabilis est, nam asserit quòd ex consuetudine antiquissima solebant Primogeniti, vel futuri successores in regno, hanc Gubernationem, & procurationenm tenére, & sic, quòd ex cõsuetudine, ibi cópetat, & futuris successoribus. Quæ consuetudo tribuit iurisdictionem sicut lex, de quo per Rochum de Curte in cap. final de consuetudine in. lege. de quibus. ff. de leg. Moli. & quæ ibi habet in verbo consuetudo, licèt ad hoc, ex his quæ ibi dicit detur solutio, quòd intelligatur consuetudo quoad dationem, scilicèt quód dicta Gubernatio dari solebat per Reges futuris successoribus, & ex eo oriri grauamen, si alijs daretur; non tamen quód citra mandatum Regis intelligerentur, esse

1 illius procuratoris, id enim non est admittendum, vt quis alterius intelligatur procurator, nisi mandatum illius præcedat, quód nunquam præsumitur: de quo laté per Cabreti de antiquitate tempor. folio. 89. &. 90. nisi á lege constituatur mandatarius, sicut dicitur, de legato nato, iuxta notata in cap. volentes de Officio legati. Et ita cum nullibi in Foris reperiatur hoc Gubernationis Officium alicui competere, id quòd de Primogenito dicetur, videtur concludendum, omnes qui pro tempore fuerint Gubernatores, præter Primogenitos, fuisse constitutos á Domino Rege, ad quem vt dictum est, espectat creandorum magistratuum prouisio.

2 † Circa Primogenitum versatur dificultas, an is sit Gubernator creatus á lege, an á Rege, & pro eo quód censeatur, á lege creatus, sicut dicitur de Legato nato iuxta notata in cap. primo, & in cap. volentes de Officio Legati, facit primus For. de secunda Confirmatione monete, in verbis enuntiatiuis, dum dicitur, quód Rex Iacobus promittit quód faciet præmissa iurare per Inclitum Infantem Iacobum, Charissimum, Primogenitum nostrum, Procuratorem Aragonum, cúm fuerit ætatist 14. annorum. Certum est quòd nisi is á Foro esset procurator, quód á patre non fuisset constitutus procurator generalis ante ætatem. 14. Annorum, cùm propter lubricum ætatis, frustatoria, & supervacanea foret patris constitutio, quód aborret lex. l. quibisidem. ff. de verbo. obli.

obli. quia ante illud tempus in capax est ad regendum. l. impuberes.ff.ad.l.Falc.Bar.in.l.de pupil lô in principio. ff. de Noui operis nuntiatione.in.c.cum inter. extra de exceptioni. & sic videtur dicendum, prædictam Procurationem,sibi à lege competere, & esse Procuratorem,seu Gubernatorem natum,non datum;pro quo facit in expresso Obseruantia 4. de appellat.dum ibi dicitur, quòd potest prosequi appellatio coram Primo genito,cûm sit Procurator generalis Domini Regis,in toto Regno. Hoc de Primogenito in genere dici non posset,nisi à lege fuisset constitutus.

Hinc est, quòd in quam plurimis foris dum loquuntur, de Primogenito, additur, Gubernatore Aragonum,vt in declaratio. Priuilegij generalis, ibi præsente Infante Alphonso charissimo Primogenito, & generali Procuratore nostro; & in. §. Item que como in fine. ibi Signom mei Egidij de Buysõ,scriptoris Infãtis Alphonsi Primogeniti, & procura: Idem in prohœm. Regis Petri in secũda Curia,quam Cæsaraugustæ celebrauit; ibi dum Primogeniture, & generalis procurationis titulo fungebamur,& in For. fin. de Supraiunctarijs, ibi executiones quæ fiunt de mandato nostro, vel nostri Primogeniti Gubernatoris, & in For. de Censualibus ibi,Porque las Sentencias que se darãpor nos,o,nuestro Primogenito,Gouernador,& inFor. de Alguazi. los Alguaziles del Primogenito Gouernador,&in Foro de Officio Iustitiæ Aragonum, Ibi no pueda ser vexado por el Rey Primogenito Gouernador, & in quam plurimis alijs Foris: simili modo loquentibus; ex quibus arguit,quòdGubernatio competit Primogenito à lege, Pertusa in dict.prohœm. Regis Petri in secunda Curia quam Cæsaraugustæ celebrauit.

Imò si aduertatur,id potiùs detegitur, scilicet quòd sit procurator à lege,& non à Rege,ex quam plurimis Foris, qui nulla facta mentione de Officio Gubernationis, seu procuratoris generalis attestantur. De iurisdictione Primogeniti,quæ resultat,exdicto Officio quòd in dicto Primogenito non supponerent dicti Fori, nisi prædictum Officium sibi à lege competisset; ex quo si facto & prouisione patris obuenisset, non presumeretur, quia facta non præsumuntur, nisi probentur. l. Consilio. ff. de Cur. fur. & isto argumento ad probandum sibi à lege competere dictum Officium, vtitur Bages in Obseruantia secunda Actus Cur. allegando. c. 13. in declar. priuileg. gener, vbi Curia Infantis dat commissiones, non facta mentione constitutionis Procurationis; est ergo Infans generalis Procurator.

Ad hæc facit quòd per plura cumulat Ioannes de Terrarube. contra Rebell. articulo secundo; primi tractatus decima conclusio. folio. 24. & articulo. 4. primi tractatus. folio. 28. scilicet quòd Primogenitus dicitur Rex, si Rex, ergo Regimen habere debet, & id quidem in inuito

uiio patre de quibus infra dicetur in quinta quæstione prin. & ideo quia Rex Petrus volebat priuare Ioannem Primogenitum, dicta sua Gubernatione, firmauit super illius iure & possessione coram, Iustitia Aragonum, vt reffert dictus Iustitia Aragonum in sua litera post Foros situata & infra dicetur; ex quibus elicitur vt Primogenitus non à Rege, sed à lege seu Foro intelligatur constituius procurator, seu Gubernator Generalis.

8 † Nihilominus tamen (adde quòd à Fabro in Apostilla super quarta quæstione prin. infra fol. 9. circa fi. dicitur) Bages Glosator Obseruantiarum in plerisque locis tenet, quód dictus Primogenitus, debet habere mandatum, & prouisionem à patre vt, sibi communicet de eius potestate, & cum ea se representare Iustitiæ Aragonum, vt ad iurandum admittatur iuxta For. hec ille in Obseruantia penultima, de lité Contestan. & Obseruantia secunda Actus Curiarum, & Obseruantia de consuetudine- quòd cuiusque vniuer. nomine; nam vt idem dicit in fine Obseruantiæ primæ, Actus Curiarum. Si est Gubernator, seu procurator, ergo indiget mandato, id est procuratione, quam pater Rex, facit Primogenito; & sic fecerunt omnes Reges formam, cuius procurationis, seu potestatis asserit se inseruisse in quaterno Priuilegiorum, & dicit idem in dicta Obseruantia secunda, in quæstione sumpta ocasione à.c. 13. declara. priuileg. generalis vbi de commissionibus, quæ dabantur in Curia Domini Regis, & Curia Infantis declarat ita demum, Infantem, aut Primogenitum posse in sua Curia iurisdictionem exercere, si dictus Infans, seu Primogenitus fuerit factus procurator a Domino Rege, nam ea ratione, quia Infans, seu Primogenitus non habet iurisdictionem, nec potest illam exercere, nisi constituatur procurator generalis à patre, & iure exercet illam nomine procuratorio patris, saltem ex his, quæ ibi asserit inferri posse videtur, quód licet à lege sit Gubernator, non tamen habet exercitium Gubernationis, seu procurationis, donec sibi a patre mandatum tribuatur; & pro his facere videtur, quod asserit Vitalis in dic. titulo, de iudicibus supra relato, vbi quód institutio, & distitutio, iurisdictionum præsidentium pendet a patre primog.

Non tamen præmissa modo seruari videmus, nam Dominus noster Rex Philippus, qui in Annis. 1547. &. 1552. vt primogenitus regnauit, & Curias generales, celebrauit in Regno, nam licèt, vt Primogenitus iurisdictionem exercuit, non tamen ostendit se à patre mandatum habere, nec cum eo se representauit Iustitiæ Aragonum, vt id iurandum admitteretur, & pro eo facit Foros. Quod Primogenitus maior. 14. Annorum, qui disponit quód Primogenitus maior. 14. Annorum regat Officium Gubernationis & iurisdictionem exerceat, dummodo ante quàm exerceat, iuret de seruando Foros, non dicit, dum tamen, ante

antequam exerceat, habeat mandatum,& iuret si enim lex, id voluisset expressisset. l. Commodissimé. ff. delib. & posthu.

Quia tamē hæc quæstio est modicæ vtilitatis Ideo breuiter contrahendo concluderem esse tempora distinguenda, vt dicamus quòd ante æditionē Fori. Quòd primoge. Gubernatores qui pro tempore fuerunt admittebantur ad iurandum, præcedente mandato, et hoc ex eo, quia dabantur Gubernatores citra Primogenitos, vt infra dicetur imo, ipsi Reges etiam si primogenitum haberēt, alios creabant in Gubernatores, vt elicitur ex his quæ dicit Hieron. Curita in Chronica Regis Petri. c. 25. fol. 162. &. c. 27. fol. 166. nimirum vt sciretur, quis esset Gubernator si mandatum facturum fuerat.

Post dictum verò Forum quòd Primogenitus maior. 14. annorum dicamus in primogenito, non fuisse, nec esse necessarium mandatum, ex quo iam per dictum Forum alius á primogenito, seu habente iura primogenituræ esse non potest gubernator;& sic in eo videtur iam per dictum For. magis radicata iurisdictio, & potestas dicti Officij, nec à dicto Foro aliud exigitur postquam fuerit effectus maior. 14. annorum, præterquā quòd præsens in Regno iuret, non autem, quòd mandatum obtineat; & ita factum fuit in persona Philipi primogeniti, vt factus maior, post quám iurauit absque mandato aliquo fuerit & sit admissus, ad exercitium Officij dictæ Gubernationis& si quæ prouisiones, seu mādata repertantur de dicto Gubernationis Officio in personas primogenitorum, facta post dictum Forum id iudicarē ex abundantia, non tamen quód id necessariúm fuisset, per supradicta, & ita in præmissa quæstione quo ad Gubernatores, concludamus, omnes qui præter primogenitos, seu filios habentes iura primogenituræ, fuerunt Gubernatores, hij omnes fuerunt creati a Rege, non veró á lege; primogenitos veró fuisse & esse Gubernatores á lege non á Rege, saltim post For. quod Primogenitus maior. 14. annorum.

Quo veró ad Regentem Officium Gubernationis, non potest militare quæstio præmissa de primogenito, scilicét si á lege creetur nam certum est, non fuisse vllo vnquā tempore á lege creatum, licét alia ratione dubitari, possit á quo creabatur & creetur, in quo etiam distinguenda sunt tempora scilicet tempus ante Fo. Quia secundúm sæpius allegatum, & allegādum, quód Regen. Offic. Gubernat. sit mil. simpl. & tempus post dictum For. certum est enim post dictum For. dictum Regentem Officium Gubernationis creari á Rege, ex quo in eo disponitur quód ab eo creetur, & eum eius creatione, seu prouisione, teneatur se representare Iustitiæ Aragonum, de quo infra dicetur; vnde supposito quòd dictus Primogenitus, Gubernator creetur á lege, & non á Rege vt dictum est, sequitur dictum Regentem Officium Gubernationis, post dictum Forum. Quia secundúm, creari alio & diuerso modo, quo de iure Vicarij, seu vicesgerentes creantur, nam secundùm Alexan. in Rubric. de Officio eius. Et Marāt. de Ordine Iudic. fol. 56. n. 17. qui refert dictū Alex. altero ex tribus mo dis

dis folet creari dictus Regens, seu Vicarius, vel à lege, vt dicitur de Archidiacono, qui absente Episcopo, est illius Vicarius ipso iure. c. 1. de Offic. Archidiac. vel creatur ab ipso superiore qui creauit eum, cuius vices gerit, vt est Dominus Rex, qui creat Iustitiam Aragonum, & similiter eius Locumtenentes, creat Çalmetinam, & eius Locumten. de qua creatione, est tex. in. l. 2. C. de Officio eius qui vicem alterius gerit, in. l. 1. §. à Præfecto. ff. de leg. 3. vel creatur ab eo idem cuius vices gerit, pro vt solebat antiquitus facere Iustitia Aragonum, qui creabat vnum Locumtenentem, iuxta Forum de Tenentibus locum Iudic. & super ueniente tempore duos; de qua creatione loquitur. l. Aliquando. ff. de Offic. Proconsul. & tex. in Auctēthica de Collat, §. Adhæc prohibemus, & in Autēticho vt Nulli Iudic. in princip. neutro tamen istorum modorum creatur dictus Regens Officium Gubernationis, non à lege, nec ab eo cuius vices gerit, non à creante, cùm eius vices gerit; sed à Rege, qui nō creat dictūGubernatorem, cuius vices gerit dictus Regēs.

5 ✝ Considerando tempus ante ædi tionem dictiFori ex quo nullibi in Foris reperitur à quo dictus Regēs officiū Gubernationis creabatur, vt sciatur à quo creabatur, seu creari poterat, est recurrendū ad regulas artis considerando illam regulam, in primis quòd statuta, & leges municipales recipiunt interpretationē, & declarationem, à iure communi, ideo dicebat Pau. de Cast. consi. 452. viso puncto suprascripto colu. 2. lib. 2. Quod illud, quòd est de iure communi, dicetur esse de mente statuti, quod à iure communi recipit robur, statutum enim sic debet intelligi, vt minus lædat, seu corrigat ius commune, quòd sit possibile. l. 2. de noxa. cap. cum dilectus de consue. c. ad audientiā vbi Abb. & Docto. de Cleri. non residen. Cabre. de antiq. temporis. fol. 193. numer. 25. Cùm ergo forus supponat dari Regentem offic. Guber. nec statuat aut disponat aliquid, circa creationem, est dicendum dictum Regentem creari altero ex modis a iure communi dispositis, vel à lege, vel à creante cum cuius vices gerit, vel ab ipso cuius vices gerit, à lege non potest dici esse aliquo vnquam tempore creatum dictum Regentem cùm id à lege non caueatur, dicendum est ergo ante dictum forū, quia secùndum creari, vel à Rege à quo creabatur etiam Gubernator, vel ab ipsomet Gubernatore, ex quo id à iure fieri posse censetur: & vt dictū est, dicta statuta intelligantur secundùm ius, & vtroq. modo fuisse creatos, aperit Hierony. Curita in sua Chronica Regis Petri, c. 7. fol. 144. vbi asserit RegemDominūPetrum ammouisse ab officijs positos ab ipsoDo. Iacobo Gubernatore, & alios creasse, & sic dicitur creatūofficium ab ipso Rege, quod indubitatum videtur, & similiter supponit creatos ab ipso Gubernatore, & id quidem fieri posse ex eisdem Foris detegitur, & probatur per Fo. de tenen. locū iudicium in vim cuius fori dabatur Iustitiæ Aragonum posse vnum Locumtenentem creare aprincipio licèt postea in vim alterius fori dabatur ei posse duos creare ac etiam in vim dicti fori de Tenentibus locum Iudic. datur Regenti Cancellariam, se posse substituere loco sui, ac etiam Assessori Regentis Offic. Guber. licèt quo ad dictumAssessorem iam particularis despositio emana-

emanau rit, id etiam quod ipse Gubernator poterat substituere, & Regentem facere deducitur, ex dicto for. Quia secundùm. circa finē vbi remanente, ipso Regente creato à Rege ad exercendam iurisdictionē remouetur Gubernator, & Miles qui pro eo regebat.

Sed ex prædicta regula quod statu a fori intelligantur, secundū ius cōmune videtur dicendum quod à dicto Gubernatore non poterat creari dictus Regens, nam de iure inferior à principe, non potest sibi constituere vicarium, seu Vicesgerentem regulariter loquendo, per tex. in dict. §. ad hoc prohibemus in auten. decolla. & in auten. vt nulli iu. in casibus tamen absentiæ, vel infirmitatis permittitur Vicesgerentem facere secundum Bar. in. l. Obseruare. ff. de offic. Proconsu. Bal. in cap. si quis decesserit. si de fæu. fue. contro. & idem Bal. in. l. aliquando. ff. de offic. Proconsu. de quo latè per Maran. de ordi. iudi. fol. 56. numer. 17. cum sequen. & latè an tales substitutiones fieri possint, per Auenda. de exequen. manda. reg. lib. 1. cap. 3 Etsi omnia recte pensentur in nihilo deuiatur à iure, nam de foro, Ita demum substitutus, seu Regens officiū Gubernationis ad exercitium sui officij admittitur, si necessitas immineat, scilicet absentię, vel alterius impedimenti, quo dictus Gubernator vti prohibetur, nam vt infra dicetur existente Gubernatore in Regno, & valente iurisdictionem exercere, non potest illa vti dictus Regens officicum Gubernationis, etiam hodie creatus dictus Regens à Rege, vt concludamus dictos Gubernatores, si substitutos, & Regentes creabant illud eis datū esse in casibus à iure dispositis, deniquè in præmissa quæstione, à quo Regens officium Gubernationis creabatur ante forum Quia secundum. est cōcludendum, creari, & à Rege, & ab ipsis Gubernatoribus in casibus à iure permissis, post dictum vero for. Quia secundum. indubie creatur à Rege tantùm, adeò quòd de ipsius creatione non se potest intromittere dictus Gubernator, nedū etiam dictus Regens, quia id à foro cautum est expresse, vt dictus Regens nō possit alium Regentem sibi facere, for. 1. de Regen. offic. Guberna. quod non pos. alium Regentem facere, nam vnus vicarius non potest alium vicarium facere. c. Clericos de offi. vicar. Maran. de ordi. iudi. 4. parte distinc. 5. num. 22. Et quia Locumtenens non potest Locumtenentem facere, vt dicit. Bal. in l. 1. §. à præfectis de lega 3. vide Firmia. in reperto. verbo Locumtenentis licet regulariter.

6 †SED an dominus Rex, possit constituere plures Regentes officiū Gubernationis, & vt in simul exerceant iurisdictionē, clarū est, quòd non, quia statutus est iam à foro numerus officialium iurisdictionem exercere valentiū, sed vt vnus exerceat in casum absentiæ, vel infirmitatis alterius, ita vt censeatur adiunctus, id fieri non prohibetur à foro. Quare remanemus in regula absolutæ principis potestatis, nam is omnia potest nisi ea quæ sibi à lege interdicuntur. l. 1. de consti. prin. ff. & ita videmus datum adiunctum don Franciscum de Gurrea, eius genitori don Michali de Gurrea Gubernatori, seu Regētē officium Gubernationis, vide in regestris de Losilla,

faciunt quæ dico in materia Asseſſoris dicti Regen. in quarta quæſtione in fine,& id ipſum fuit deciſum tempore don Ioãnis de Gurrea,cui fuit datus coadiutor Alphonſus Celdran de Alcaraz anno 1590.

Tertia Quæſtio.

SVMMARIVM.


1 *CIRCA Gubernatorem conſiderantur duo tempora primum tempus eſt ante for. Quia ſecundum: & ibi ratio quare fuit æditus,ſecundum tempus, poſt forũ Statuimus quòd Primogenitus maior ætatis: & ibi ratio quare fuit æditus dictus for.*

2 *Ante for. Quia ſecundum. referuntur tres opiniones, prima quòd ſolus Primogenitus,ſecunda quòd quilibet, tertia quòd vltra Primogenitũ,potuerint alij de domo Regia proximiores futuri ſucceſſores in Regno eſſe Gubernatores. Et hæc vltima opinio placet & reſpondetur ad fundamenta aliarum opinionum.*

3 *Poſt forum Statuimus æditum poſt for. Quia ſecundum. in quo fuit ablatum, exercitium iur ſdictionis Gubernationis poteſt eſſe Gubernator, cum exercitio iuriſdictionis, filius Primogenitus Domini Regis, vel alter eius filius, habens iura Primogenituræ: vt euenit in duobus filiis Regis Iacobi, ſcilicet Iacobo, & Alphonſo, qui licèt, Primogenitus, vocatur etiam Infans.*

4 *Circa Regentem etiam conſiderantur duo tempora; tempus ante fo. Quia ſecundum. & tempus poſt dictum forum. Ante dictum forũ non reperitur aliquis probibitus eſſe Regens(nam de nobilibus, inrauit don Artaldus de Luna,gerens vices Procuratoris Aragonum)ſi tamen ſit naturalis de Regno, & domiciliatus.*

5 *Secundo tempore: id eſt poſt dictum for. Quia ſecundum. poteſt ſolùm eſſe Regens Miles ſimplex: & quare Miles ſimplex, item naturalis, & domiciliatus, & quare dicta naturalitas in eo requiratur, & declarantur dicti tres termini, ſcilicet Miles naturalis, & domiciliatus, & circa præmiſſa proponuntur nonnullæ quæſtiones.*

1 
Equitur nunc tertia quæſtio,ſcilicet quis poterat, & poteſt creari Gubernator, & ſimiliter Regens officium Gubernationis.Et quia hæc quæſtio, ſicut & præcedentes,parum vtilitatis adfert id circo in ea ſicut in præcedentibus breuiter agetur; concludendo pro deciſione illius, loquendo prius de ipſo Gubernatore,eſſe tempora diſtinguenda, primum tempus eſt ante æditionem dicti fori. Quia ſecundum.quòd Regens officium Guberna. ſit Miles ſimplex, qui forus fuit æditus per Regem Petrum, ſub anno 1348. cauſis & rationibus ibi contentis: ſcilicet, quia Gubernatores,qui erant magnates,facientes cõtraforos,non poterantpœnis corporalib⁹,bono modo puniri,

ideo

ideo traditum fuit exercitium iurisdictionis dicti officij Gubernatoris militi simplici,& vt ait Bages in Obser.1.& 2.Actus Cur. & Obseruancia 2.de pace fuit facilè motus Dominus Rex Petrus ad dictã prouisionem foralem faciẽdam,ex quo tunc carebat filiis.

Secundum tempus, quòd est in consideratione pro decisione dictæ quæstionis, est post æditionem Fori Statuimus. sub rubrica Quòd Primogen.maior 14.Annorũ in quo Foro fuit restitutum,& datum exercitium iurisdictionis dicti officij Gubernationis dicto Primogenito, quod fuit factum anno 1366. Et sic decem, & octo annis post æditionem dicti Fori Quia secundum. & per eundem Regem Petrum, & vt in dictis locis dicit Bages illud fuit,ex quo iam nactus fuerat dictus Dominus Rex Petrus duos filios masculos, videlicet Ioannem, & Martinum, ex Eleonora filia Federici Regis Siciliæ,qui Ioannes, & Martinus vnos post alium Regi successerunt, & voluit dictos suos filios restituere in regimine dicti officij Gubernationis, & Procurationis generalis Regni Aragonum.

2 † Antè ergo dictũ Forum Quia secundùm.super ea quæstione quis poterat esse Gubernator,potest probabiliter dubitari:nam videtur posse dici, quòd sicut hodie vt infra dicetur non potest esse Gubernator nisi Primogenitus, ita nec olim ante dictum Forum Quia secundùm & ita Molin.in verbo Primogenitus domini Regis olim intelligit verbum Magnates, de Primogenitis Regum, pro quo videntur facere, quæ supra dicta sunt de Primogenito,quòd sit Gubernator à lege, & sic quòd fuerit,et sit Gubernator natus non datus,vt elicitur ex illo foro de secunda cõfirmatione monet. & Obseruantia quarta de appellat. et ex multitudini Fororum asserentiũ eum Gubernatorem. Quinimo ex quam plurimis Foris tribuentibus iurisdictionem Gubernationis ipsi Primogenito,nulla facta mentione de officio Gubernationis,ostẽditur eũ esse Gubernatorem natũ, non datum: vt latè de his supra in præcedẽti quęstione dictum est. Ex quo inferri videtur ad prædicta, scilicet quòd solus Primogenitus fuerit semper Gubernator, nam non sunt dandi plures Gubernatores, sed vnus tantùm, vt dictum est, quia statutus est numerus officialium exercere valentium iurisdictionem, & sic cùm habeamus Gubernatorem à lege,non debet alius à Rege dari.

Quidam verò asserunt talia, ex quibus videtur inferri quòd quilibet poterat esse Gubernator ante dictum forum Quia secundum. inter quos est Vitalis Compilator Fororũ antiquorũ qui in lib.incipiẽti in inexcelsis Dei thesauris, de quo facit mentionem Obseruantia de Venatoribus, asserit sub titulo de sententiis, & appellatio.supponere pro eodem Gubernatorem, & Mayordomum, ita reperies in lib. Francis. Cortes de Regio consilio. Sed sic est, quod ex serie Fororum detegitur fuisse Mayordomos Domini Regis, vltra Primogenitos quam plures,qui nec erant de prosapia Regum, vt fuit Petrus Cornelius, de quo in proœ. Regis Iacobi,& A.de Focibus(de quo in Foro de cõfirmatione pacis)& A.de Vrries,de quo in

Priuilegio gene.& alibi sepæ enunciatur officium Mayordomi in personis quæ non sunt de stirpe,& prosapia Regũ. Præterea videmus fuisse Gubernatorem Aragonum Luppum Ferrench de Luna, vt elicitur ex fo. Quod Ripacur.& Littera.Itẽ in proœm.Regis Martini nomina interuenientium in Curia vocatur Gubernator Aragonũ Ægidius Roderici de Liorri,& insuper forus Quòd offi. Arago.sint de Aragonia disponit quod Gubernator Aragonum sit de Aragonia, sicut cęteri officiales debent esse de Regno. Verbum Gubernator in dicto foro nõ potest adapiari ad Primogenitum, nam cùm Primogenitus sit futurus successor,& idoneus ad succedendũ, idoneus erit ad regendum,quia cui licèt quòd est plus, licere debet quod est minus, vt in regula iuris cui licèt . Quo argumento vtitur in hoc casu Ioan. de Terra Rube, contra Rebell. in 2.tracta. in prin. primi articuli.fol. 31. Et quod dictus forus Quòd offic. Arago.nõ loquatur de filio Regis,hoc ex alio foro detegitur,scilicet ex fo.1. de offi. Cancel.vide etiam for . actus Curi. super fil. reg. vbi etiam filius Regis bastardus,nõ comprehenditur in foro, ponit Moli.in verbo Alienigena,vers.alienigenę non possunt.Nisi arguendo à coniunctione duarum legum,& fororum,quod argumentum est validum adnotata in l. Gallus.§.ille casus, vbi Ias.& alij, ff. de libe.& posthu. Dicamus quod verbũ Gubernator,de quo in dicto foro Quod officiales Arago.intelligatur non de Gubernatore,sed de Regente officium Guber. iungendo dictum forum ,foro, Quod nullus extraneus à Regno. In quo disponitur de Regẽte officiũ Guber. quòd esse debeat de Regno, prout iam à foro dispositum est,& tamen non dispo suit de eo,nisi dictus forus Quod offic. Arag.

Præterea quòd esse potuerit Gubernator quilibet,facit forus Quia secundum in sui generalitate, dum ibi dicitur,quod Gubernatores, qui dictum officium regebant,erant personæ magni status.Et Moli.in d.verbo Primogenitus, licèt illum forũ intelligat in Primogenito, non tamen restringit,ita vt de alio intelligi nõ possint verba generalia illius fori,nec aliter est recedẽdum à proprietate sermonis, nisi id detegatur aliàs ex mente disponentis l. non aliter de legat. 1. c. intelligentia de verbo.signific. vbi not. Et ita in d. fo.Quia secundum insistendo Pertusa in illius intelligentia, dicit illũ correctũ respectu Primogeniti, iuxta fo.Statuimus.quasi censeat non esse correctum quoad reliquos magnates.Et Bages in Obser. de consuetudine de fu ro compe. dicit quod quando fuit creatus Regens officiũ Guber.iuxta dictum fo.Quia secundum ideo fuit creatus, vt adimeretur iurisdictio Primogenito, aut alio Gubernatori, & sic sentit alium à Primogenito fuisse Gubernatorem:& in Obseruan.Item in codẽ. regestro Actus Cur. censet alios filios à Primogenito esse Gubernatores.

Præterea de Ferdinando patruo Regis Iacobi, de quo in proœm. Fororũ illius dicitur in quoddam Breuiario Fororum antiquorũ cõpilato per Vitalem(qui liber est pœnes Dominum Franciscum Cortes Doctorem de Regio cõsilio)quòd dictus Ferdinandus erat Procurator generalis quòd est idẽquòd Gubernator Regni Aragonum. Id etiam in Chronicis Regis Don Petri compilatis per Hieron . Çurita

in cap.5. lib.8.fol. 141. dicitur fuisse Gubernatores fratres Regis Petri, videlicet Iacobum, & Ferdinandũ, & idem in cap.25.fol.162.

Præterea, ex quo ante dictum forum Quia secundum.non reperitur foralis dispositio, per quã sit cautũ, cui dictum Gubernationis officium fuisset tradendum, sequitur regula, quòd præmissa pendere debent à Regis voluntate, de qua latè per Vitalem in titulo de Iudi.supra citato; circa quam regulam cumulat plura Auenda. de exequen. manda. Reg. cap.1. lib.1. Et Couarru. in.practi. qq. cap. 1. & Maran. de ordi. iudic.fol.54. num. 3. & sic quòd dictũ officium Gubernationis esse potuerit pœnes eum, quem Rex elegerit.

Tertia ex quorũdam scriptis elicitur opinio inter vtramq. volans, scilicet quòd nec sit vera prima sententia, scilicet quòd solus Primogenitus esse poterat Gubernator, nec sit vera sententia, quòd esse poterat quilibet, quem Rex eligere vellet, sed quod sit verùm quod ante dictum forum Quia secundũ m. dabantur Gubernatores, non solùm Primogenitus, & cæteri filij Regum habẽtes iura Primogenituræ, sed etiam fratres, & alij proximiores Regis, futuri successoris in Regno: deniq. omnis illè qui erat futurus successor in Regno, is esse poterat Gubernator, etiam si non erat Primogenitus, & hæc opinio erat in vsu secundum quod refert Hieronymus Curita in dicta Chronica Regis Petri Quarti, in dicto capite quinto, fol.141. & capite septimo, fol.144. vbi dicit in hæc verba: Que nunca se vio que dicha Gouernacion se administrasse, sino por el Primogenito, o por el mas propinquo de la casa Real: & in dicto capite quinto dicit, quòd dictus Rex Petrus voluit priuare Iacobum eius fratrem dicta Gubernatione, quæ sibi competebat, por la antigua costumbre de darle al Primogenito, o al que auia de succeder en el Reyno: & in capite 25. folio 162. dicit, quod dictus Rex Petrus otorgo la procuracion, o Gouernacion al Infante Don Hernando, hermano de don Iayme ya difuncto como la solian tener los Primogenitos, y legitimos succesiores, y aun en caso que tuuiesse hijo varon, hasta que touiesse edad para regirla: idem dicit in capite vigesimo septimo, fol. 166. Et sic ex relatione tanti viri, videmus consuetudinem conferendi hoc officium Primogenitis, vel aliis de domo Regia, futuris successoribus in Regno, deficientibus filiis, & etiam illis existentibus incapacibus ad regendum. Cui Doctori attestanti de consuetudine credendum est, secundum Iassonem, & alios in l. de quibus.ff.de legibus. Paris. cõsi.25. vol.1 not. in cap fin. de consuetud. Et ita secundum hanc opinionem declarando verba posita in dicto foro; Quia secundum. personas magni status, & alia verba magnas personas, magni status, quòd sint illæ personæ, quæ erant futuræ successores in Regno, siue illæ essent Primogenitus, vel aliæ proximiores de domo Regia, ad quas spectabat futura Regni succesio: quæ opinio iuuatur ex qualitate, & natura officij dictæ Gubernationis, nã vt dicit d. fo. Quia secũdũ est hoc officiũ maius omnibus aliis officiis Regni: de quo infra dicetur. Qua ratione videtur

comparandū officio Cæsaris, quod officium apud Romanos, est maius omnibus aliis officiis populi Romani post Augustum, qui est Imperator, nam vt Eguina. Baro attestatur in Commentariis de beneficiis ad Obertum Hortensium in tit. de acquiren. benefic. cap. 6. Nobiles Romani sunt Augustus, Cæsar, l. si ex. C. de malefic. & mathema. Magister æquitum, &c. Et enumeratis officiis dicit, quòd apud Franciam, Rex Franciæ cōparatur Augusto, qui est Imperator; Delphinus Franciæ comparatur Cæsari; Constabularius Magistro æquitum, &c. Quo fit, vt facilè opponamus nostrum Primogenitum Gubernatorem ipsi Cæsari, cùm non sit, cur non debeat Delphino Franciæ comparari.

Quę sit hęc Cæsaris dignitas, seu officium, declarat Hieronymus Cagnol. in repet. Rubric. proœ. ff. vete. num. 58. Vbi dicit, inter Cæsarem, & Augustum id interesse, videlicet quòd Augusti dicebantur, qui regnabant, & autore Senatu Imperatorū nomine decorabātur, Cæsares verò qui ab ipso Augusto, ad regendam Prouinciam aliquam eligebantur, cùm titulo Cæsaris successuri post illius mortem in Imperio, vt ex Amminiano Marcellino (inquit) cognosces: refert Anto. Sabell. li. 8. septimæ Enerad. fol. 126. dicentem Cæsarum declaratio non Imperij dignitas, sed qui gradum ad Imperium faceret, & velut per manus ab eo qui Augustus, & Imperator fuisset, Cæsaris Imperij regimen acciperet. Hinc etiam Sparta. in Elio. Augusti ergo nomine Imperator signi ficabatur, atquis Cæsar creabatur, tamquam Principis filius, & designatus Augustæ maiestatis hæres creabatur, per quod intelligitur illud Maximinianū Erculeū Ex Cæsare fecit Augustū. Dictū etiam officiū Cæsaris declarat Hieronymus Çurita in 2. parte suæ chronicæ, lib. 6. fol. 4. col. 2. qui in effectu idem asserit. Ex quo Cæsaris officio, duo considerantur, primum quòd est maius aliis officiis, secundū, quòd Cæsar erat futurus successor Imperatori: quo fit vt si huic Cæsaris officio comparamus dictum Gubernatorem, iuri cōsona est hæc opinio, vt huius Gubernationis officium esse debeat illius, qui est futurus in Regno successor.

Et inhærendo huic sententiæ, illi non obstabūt, quæ dicta sunt de Mayordomo, de Luppo Ferrēch de Luna, & Ægidio de Liorri, qui nec fuerunt successores in Regno, nec de Domo Regia: nam non est verùm, quòd Gubernator, & Mayordomus pro eodem supponant, quia vt ex eodem breuiario Fororum cōpilatorum per dictum Vitalē detegitur, dictus Ferdinandus Patruus Regis Iacobi erat procurator, seu Gubernator generalis: vt dicitur in verbis enunciatiuis dicti procemij, & tamen in eodem procēmio dicitur, quòd pater Cornelij erat Mayordomus: & sic in eodem proœmio reputantur diuersa Procurator generalis, & Mayordomus, de quo tamen latiùs dicetur infra in 5. quæstione. Et quod dicitur in dicto libro in excelsis, titulo de sententiis, quòd Mayordomus, & Gubernator videntur supponere pro eodem, hoc non reperitur in aliis Codicibus, præterquàm in dicto Codice, qui est penes Don Franciscum Cortes, nam in libro Vitalis, qui est penes D. Didacū de Morlanes desunt dicta

dicta verba, perquæ possit inferri ad dictam æquiparationem.

ET ad id, quòd dicitur de Luppo Ferrench, & Egidio deliorri, quòd dicatur hos non Gubernatores, sed Regentes officium Gubernationis fuisse, nam quandoq. in foris verbum Gubernator sumitur pro Regente officium Gubernationis, vt in for. de Supraiunctariis, secundùm Pertus. ibi, & arguendo à coniunctione tororum, verbum Gubernator, positum in for. quòd offic. Aragon. sumitur pro Regente, vt per For. Quòd extraneus à Regno. vbi loquitur de Regente, se refert ad for. Quòd offic. Aragon. vbi loquitur de Gubernatore, vt supra dixi, & sic quòd dicti Luna, & Liorri fuerint Regentes, nec obstet for. Quòd offic. Arago. quia ibi, etiam verbum Gubernator intelligitur de Regente, vt dixi.

Nec illud, quod dicitur institutio, & destitutio præsidentium iurisdictionum pendet à Principis potestate, obstare debet, licèt verum fateamur, id esse regulare, consuetudo tamen (cuius vis, & potestas grandis est, quæ tribuit iurisdictionem ad notat. in c. fi. de consuet.) ac etiam qualitas officij in aliquo immutare potest dictam regulam, quæ consuetudo in occurrenti casu, adeò vim obtinuit, quia, vt refert Curita in dict. c. 5. fol. 141. & aliis locis supra citatis, ex quo contra dictam consuetudinem dictus Rex Petrus abdicauit à Iacobo eius fratre, & futuro successore in Regno dictum officium Gubernationis, & illud tradidit Constantiæ eius filiæ, quæ non erat capax tunc ad succedendum in Regno, fuit cõmotum Regnum, & ad sedanda scandala, quæ propter vnionem sperabantur suscitari, occasione dictæ prouisionis factæ contra consuetudinem, idcirco dictus Rex Petrus iterum inhærendo dictæ consuetudini, abdicauit dictum officium Gubernationis dictæ Constantiæ, & declarando Ferdinandum fratrem in eius successorem, tradidit eidem dictum Gubernationis officiũ. Hæc ibi Curita. Ex quo detegitur, quanta sit consuetudinis vis & potestas.

Neq. id, quod pro prima opinione adducebatur, non esse dandos duos Gubernatores, scilicet natum, & datum, obesse poterit etiam si id verum fateamur, quia quo tempore etiamsi Primogenitus nascebatur is in rerum natura dabatur, Gubernator, non erat alius creandus, sed eo non existente in rerum natura, quòd alius proximior de genere, qui sit futurus successor, constituatur Gubernator, non refragatur.

Concludendo igitur in præfata quæstione, scilicet qui poterant creari Gubernatores ante dictum forũ Quia secundùm, dicamus, (attenta consuetudine, de qua latè per dictũ Hierony. Çurita in locis supra citatis & attenta natura, & qualitate dicti officij facta adæquatione de eo ad dictum Cæsaris officium) quòd poterãt creari, vel Primogeniti, & alij filij Regũ habentes iura Primogenituræ, & deffiecientibus illis, poterant esse Gubernatores alij proximiores de domo, & Regia prosapia qui erant futuri successores in Regno. Licèt detegatur, etiam existente Primogenito minore quatuordecim annorum, alium proximiorem fuisse Gubernatorem durante minoritate, intelligentes tamen id potiùs

de facto, quàm de iure factum fuisset, vt idem Çurita refert in dict. c. 25. & 27.

3 † Secundum tempus, quod pro decisione huius quæstionis venit in consideratione, est post æditionem foristatuimus, sub rubrica Quod Primogenitus maior quatuordecim annorum. qui forus fuit æditus per eundem Regē Petrum anno 1366. & sic octodecim annis post æditionem dicti fori Quia secundum. & quia in dictis octodecim annis, fuit abdicata iurisdictio Gubernatorib⁹, ideo dictum tempus non consideratur in proposita quæst. A dicto ergo anno 1366. vsq. in præsens tēpus. Super ea quæstione, quis potuit, & potest esse Gubernator cum exercitio iurisdictionali, respondet dictus forus statuimus, scilicet, quòd Primogenitus Domini Regis maior quatuordecim annorum, & non alius; etiamsi sit filius domini Regis, quia solùm quò ad Primogenitum est correctus dictus forus Quia secundum, vt declarat Bages in dict. Obseruantia 2. in fi. Actus Cur. vbi etiam asserit, quod filij Regis post Primogenitum appellantur Infantes, & etiam ipse Primogenitus, vt probatur per for. de secunda confirmone. Ibi (faciemus præmissa iurare per inclitum Infantem Iacobum charissimū Primogenitum nostrum.) Primogenitus ergo domini Regis maior quatuordecim annorum, est cum effectu, & exercitio iurisdictionis Gubernator Aragonum, ex dispositione dicti fori Statuimus, qui quo ad Primogenitum corrigit dictum for. Quia secundum, per quem sublatum fuerat generaliter, & absolutè exercitium dicti officij omnibus Gubernatoribus, & datum militi creando per ipsum Regem.

Et licèt dictus forus Statuimus loquatur tantùm in Primogenito, idem tamen intelligendum est in alio filio Regis Infante, habente tamen iura primogenituræ, prout euenit in duobus filiis Regis Iacobi, vt refert Bages in dict. Obser. 2. Actus Cur. nam Rex Iacobus habuit duos filios, Iacobum, & Alphonsum, qui Iacobus (licèt desponsatus cum Eleonora filia Regis Castellæ) renunciauit iura Regnorum, & Primogenituræ, & fuit effectus Religiosus Sancti Ioannis, & Castellanus Ampostæ; deinde Magister Calatrabæ; & per eius renuntiationem Alphonsus Infans eius frater, qui fuit secundogenitus nactus fuit iura Primogenituræ, & fuit effectus Gubernator Aragonum, & vt talis Curiam tenebat, & conquerebantur Aragonenses, quòd in eius Curia dabantur commissiones desaforatæ. Hæc Bages in dicta Obseruan. 2. Actus Curiæ, & ponit plura de his Çurita in dicta Chronica.

ET sic quod dicitur de filio Primogenito, est dicendum de alio filio Regis habente iura Primogenituræ: nam Primogenito mortuo secundogenitus dicitur Primogenitus, quia primus est non solùm is, qui ante aliquem est, sed etiam is, ante quem nemo fit. l. Ex duobus in princ. ff. de vulga. Salomon se vnigenitum appellabat, quem fratrem vterinum scriptura 2. Regum. c. 12. præcisse attestatur, notat. in cap. 3. de verbor. signi. non enim videtur genitus, qui non durat genitus, vide Ioann. de Terra Rub. contra Rebell. in primo tracta. articul. 2. in fin. fol. 25. Et sic declarando dictum

forum

forum Statuimus. est concludendum in dicta quæstione, quòd post æditionem dicti fori potest esse Gubernator Aragonum, seu Procurator generalis dictus filius Primogenitus domini Regis, vel alter eius filius habens iura Primogenituræ, nam & is Primogenitus dicetur per supradicta. Et hæc de Gubernatore.

4 †QVO verò ad Regentem officium Gubernationis, qui poterat, & potest creari, similiter sunt distinguenda tempora, videlicet tempus ante æditionem dicti fori Quia secundùm. quod Regens officium Gubernationis sit Miles simplex, & tempus post æditionem eiusdem for. Ante ergo dictum for. non inuenitur dispositio aliqua tribuens qualitatem aliquam nobilitatis, vel alterius, dicto Regenti officium Gubernationis, quæ futura foret in prouidendo de dicto officio, & sic videbatur esse in facultate creantis ipsum Regentem, vel creare illum, qui nobilis esset, vel miles, ex regula generali, de qua per Auendo. dicto lib. 1. cap. 1. Ceuarru. pract. qq. c. 1. & Maran. fol. 54. numer. 3. Nam licèt forus Quia secundùm. videatur detegere, quod Regens, quem Gubernator creabat, erat miles. ibi Nec nō miles qui antea &c. Nihilominus tamen ex for. Vt debitum non poss. proba. per litte. sigil. æditum multò ante dictum forum Quia secundùm. detegitur, quòd Regens creabatur etiam de nobilibus, nam ibi numerando personas interuenientium in Curia, & qui iurarunt, dicit, quòd de nobilibus iurarunt don Artaldus de Luna gerens vices Procuratoris Aragonum: & sic elicitur ex illo foro enuntiatiuè quòd, don Artaldus de Luna, qui erat nobilis, erat Regens officium Gubernationis Aragonum: & sic ante dictum forum Quia secundum. poterat creari Regens officium Gubernatio. siue is esset nobilis, siue miles, dummodo is esset naturalis, & domiciliatus in Regno, iuxta fo. Quòd officiales Aragonum. et for. Quòd extraneus à Regno. & aliàs fuisset capax ad regendū iuxta regulas artis, quia non demens, nec impubes &c.

5 †Post quàm vero facta fuit dispositio dicti fori Quia secundùm. iam clare vigore illius constat, quis potest esse Regens officium Gubernationis, statuimus (inquit Rex Petrus) quòd deinceps officium Gubernationis, seu Procurationis generalis regatur, & regi debeat per militem naturalem, & domiciliatum in Regno Aragonum, qui vtatur, habeat, & debeat vti dicto officio, & habeat exercitium iurisdictionis ciuilis, & Criminails. Tria ergo requiruntur in dicto Regente creando, primò quòd sit Miles; Item, quòd sit naturalis; & quòd sit domiciliatus. Et declarando singula verba, primò circa verbum Miles, quia posset dubitari cùm verbum Miles supponat pro milite magno, vt in foro de confirma. pac. §. Item Statuimus, quod si quis Miles magnus &c. & Obseruantia Ricus homo Miles de condi. Infantio. & etiam supponat pro milite simplici, qui non sit Richus homo, & magnus, ideo verbum Militem positum in dicto for. declarat rubrica eiusdem fori, dum dicitur, quòd Regens officium generalis Gubernationis, sit Miles simplex, non



non duplex, scilicet, quòd vltra militiam sit Richus homo, vel magnus: & hoc ex rationibus dicti fori Inquibus fundatur Rex, & Curia ad tollendum officium Gubernationis, seu illius exercitium magnatibus, quia Miles duplex, scilicet magnus, vel Richus homo, non posset bono modo pœnis corporalibus puniri, ideo verbum Miles debet intelligi de eo Milite simplici in quo pœnæ corporales locum habere possent: prout in dicto rubro declaratur, & ita seruatur. Miles ergo simplex debet esse dictus Regens, & non nobilis, nam considerantes Regnicolæ damna, & incommoda grandia, quæ ex fractione libertatum Regnicolis inferebantur quæ causam dederunt (vt etiam ipsi Primogenito iurisdictio cum eo nata, seu exercitium illius auferatur, vt aduertit Pertusa super dicto for. Quia secundum.) prouissum extitit, vt dictum officium regeretur, per personam quæ poset pœna talionis damnari, quòd bono modo esse non potest in nobilibus: Obseruantia 2. de pace. per quam nobiles Aragonum non puniuntur pœnis corporalibus, Molin. in verbo Regens offic. Guber. versi. 3. & in verbo Nobiles: & elicitur ex dicto for. Quia secundum. vbi Pertusa, & Bages, super dict. Obseruantia 2. de pace. Nec est nouum vt nobiles non puniantur sicut ignobiles, & diuites, vt populares & plebei: Bart. in l. Capitalium. §. serui. ff. de pæ. l. Splendidiores de diuersis offic. lib. 12. C. vide posita in dict for. Quod Regens officium Gubernationis sit Miles simplex.

CIRCA præmissa posset dubitari, an nobilis qui pœnis corporalibus non potest puniri, & ista ratione prohibetur esse Regens, an illi nobilitati possit renuntiare, & ita effici capax ad dictum officium obtinendum. Circa hanc quæstio. est videndus Couarru. in cap. quamuis pactum in 2. par. relectiones in princ. numer. 5. vsque ad fin. Tiraquel. de Nobili. quæst. 35. & 36. Otalora de Nobilita. in 2. parte. 3. partis principa. cap. 9. numer. 7. cùm sequen. & idem Couarru. 2. lib. varia. resolu. cap. 1. Ex quorum dictis vix est vt talis renuntiatio sit admittenda, nam vt pœna talionis puniri posit, prohibetur esse nobilis, ita vt si iniustè flagellar, quòd is flagelletur, & si iniustè scindit in frustra, quòd eodem modo Regens puniatur. Hæc enim si nobilis pateretur, esset in dedecus status nobilium, in cuius status præiuditium dictæ nobilitati renunciare posse non videtur, vt ex dictis Doctor. supracitato. elicitur signanter à Couarru. ind. cap. quamuis pactum vbi supra.

ET si is cui sit dicta prouisio non est Miles creatus, licèt aliàs sit Infantio, dominus Vassallorum, vel Mesnaderius, nihilominus antequàm admittatur ad dictum officium, debet Miles creari, vt infra in sequenti quæstione latiùs dicetur. Et ita quando don Ioannes de Gurrea Mesnaderius, & dominus Vassallorum fuit prouissus de dicto officio Regentis officium Gubernationis, antequam admitteretur ad iurandum, & se representaret cum sua prouisione Locumtenenti generali, fuit ab eo creatus Miles in mense Aprilis, anno 1555. & facta creatione iurauit in continenti-

tinenti dictum officium.

DICIT præterea dictus for. Quia secundum. quòd creandus in Regentem debet esse naturalis de Regno, & natus in eo, vt dicit for. Attendientes. sub rub. Quòd nul lus extrane. à Regno. Requirit ergo forus, quòd sit naturalis, & natus in Regno, vt possit creari Regens offic. Guberna. quid tamen si non est verè natus, sed habetur pro nato in Regno, iuxta forum Actus Cur. super fil. Regni. extra Regnũ natis? Et videtur concludendũ, quòd talis natus extra Regnum, quia habetur pro nato in Regno, possit creari Regens officium Guber. quia quando à lege parificatur, in omnibus, & per omnia casus fictus, & casus verus, dispositum in casu vero, habet locum in casu ficto. c. ad Audientiam, & cap. dilectus de Cleri. non residen. l. cum ex oratione de excusa. tuto. l. cum in adoptiuis. ff. de adop. Socin. consil. 260. numer. 9. Sed sic est quòd per dictum. for. Actus Curiæ super fil. Reg. habetur in omnibus, & per omnia natus extra Regnum, pro nato in Regno: & sic per illum fo. parificantur casus verus, & fictus in omnib', & per omnia. sequitur ergo quòd disposita in verè nato in Regno, locum habebunt in fictè nato.

DICIT præterea dictus forus, quòd creandus in Regentem officium Gubernationis, debet esse domiciliatus in Regno; quis autẽ dicatur habere domicilium, vide Alex. in addi. ad Bar. & ibi eundem Bar. in l. lex Cornelia. §. si tamen in fundum. ff. de iniur. Abb. & Docto. in c. fi. de parrochi. Fel. in c. dilectus. in 2. col. 3. & sequen. de rescrip. Ægidi. Boss. & alios per eum citatos in titulo de for. Compe. num. 26. Item quòd quis posit habere plura domicilia, & quando dicatur illa habere per eundem Bar. in dict. §. Si tamen in fundum, & in l. Assumptio. §. iuris prudentibus. ff. ad municipa. Iuxta præmissa potest dubitari, si est aliquis dominus Vassallorum, qui habet plura loca extra Regnum, & aliquem locum in Regno, vt sunt Comes de Ayiona, & dominus de Fabara: an isti si fuissent nati in Regno, dicerentur etiam domiciliati in eodẽ vt possint ad dictum officium promoueri; si degunt principaliter Cathaloniæ? & videtur quod sic, per Doct. Bar. in dicto. §. iurisprudenvbi quod dominus Rex dicitur domicilium habere in qualibet Ciuitate sua, licèt in ea non moretur.

Requiritur ergo, quòd creandus in Regentem officium Gubernationis, sit naturalis, & domiciliatus in Regno: ratio quare ista duo requiruntur in quolibet Iudice & executore iurisdictionis, potest esse triplex, vel illa quam refert Molin. in verbo Alienigena versi. 3. quia de intentione domini Regis, & Curiæ, fuit cuilibet conferre officium iudicandi in patria sua, cùm ibi præsumatur habere magis notas conditiones hominum, ex quo multùm instruitur offic. iudicandi, aut illa quæ elicitur, ex for. fi. de Regen. offic. & offic. suæ Curiæ: scilicet vt faciliùs à dicto Officiali posset consue. qui iustitiæ complementum, & propterea statuitur ibi, quòd Turolenses, & Albarrazinenses, si contingat eos habere officium in Regno, ex quo habent alios suos foros vt in for. de Testamentis præstent cautionem de iudicio sisti &

sti & iudicato soluendo.

VEL illa quæ ex eisdem foris inducentibus dictā prohibitionem, ne sit alienigena admittendus ad officia,& beneficia eligitur: vt scilicet commoditas ex eisdem officiis obueniens distribuatur inter naturales. Sed hæ rationes non iuuant quominus de iure contrarium statuatur. l. fi. C. de crimi. Sacrileg. perquem tex. Sali. ibi asserit in prouincia propria quem non debere administrationem assumere, ex rationibus, per glos. 1. ibi traditis, scilicet ideo ne per gratiam multa fiant, & quia nemo propheta acceptus in patria. Et secundum Iacob. Butrig. ibi, licet posit esse de eadem prouincia non tamen esse debet de eadem patria, vide de his plura per Purpu. de officio Assesso. in rubri. numer. 10. Rebuff. in 2. tom. in titu. de literis naturali, pag. 94. num. 7. cum sequent. vbi attestatur, quòd eadem prohibitio, ne extranei admittātur ad officia viget in Regno Franciæ.

Quarta Quæstio.

SUMMARIUM.

1 *QVO ad Primogenitum, vt exercere possit requiritur primū, quòd sit maior quatuor decim annorum, nam minor ætas dementia furor, & similia impediunt, etiam per Tutorem, aut Curatorem regere, & quia Regimen cōpetit sibi iure proprio, & non commisso ideo sufficiunt 14. anni.*

2 *Secundum, quòd sit iuratus ab Aragon. vel habeatur, pro iurato, & debet iurari in dominū de præsenti, & in Regem post dies patris.*

3 *Tertio quòd habeat mandatū à Patre, in hoc distinguendo, tempora ante, vel post fo. Statuimus quòd Primoge.*

4 *Tenetur iurare antequam admitatur, ne sit melioris cōditionis, quā pater, & plura de eius iuramento, & eius inseritur formula.*

5 *Debet habere Vicecancellarium, seu seu Regentem Cancellariam, ex quo per se nō potest prouidere, nisi appellitus, emparas, & recomendationes in causis criminalibus, cætera debet per eum, seu de eius consilio, expedire.*

6 *Quoad Regentem, vt exercere possit requiritur. Primò quod habeat prouisionem à Rege, vel ab eo à quo ante fo. Quia secundum. creabatur, creatur modo à Rege, ad quē expectat potestas creandorum magistratuum, item debet creari miles, vt fecit don Ioānes de Gurrea.*

7 *Tenetur iurare in posse Regentis, vel Locumtenentis generalis personaliter, ea quæ in eius formula inserta continentur, & de iuramento instrumentum conficere, & cū prouisione, & iuramento Iustitiæ Aragonū se præsentare, & ea in registro Curiæ cōtinuari debēt, & gesta ante iuramentū sunt nulla, & Gubernator Valen. tenetur iurare.*

8 *Debet Assessorē habere, vt quæ per se non potest quæ sunt omnia præter apellitus, emparas, recomēdationes, citationes, captiones, processum super notorio dēpta sententia exercere, per Assessorē expediat.*



CIRCA quartā quæstionem, scilicet quæ requirantur, vt habēs dictum Gubernationis officium, seu prouisus

uisus possit illud exercercere, & sic in effectu est quærere, quæ requiratur, vt primogenitus à lege Gubernator Aragonũ, possit dictũ Gubernationis officiũ exercere, & similiter de Regẽte officiũ Gubernationis, de eo officio à Rege prius, quæ requirãtur, vt dictũ officiũ exercere possit.

Et primò est videndum de dicto Primogenito Gubernatore, quæ requirantur, vt is, Gubernationis officium exercere posit.

1 † Requiritur primò, vt habeat ætatẽ quatuordecim annorũ, per dictũ forũ Statuimus. sub dicta Rubr. quòd primog. maior quatuor decim annorũ Guber. offic. exercere poss. nã ante illud tẽpus, non est aptus ad regendũ propter lubricũ ætatis: vide Daima. super cõcordia. in procem. fol. 50. cũ sequẽtibus. l. Impuberes. ff. ad leg. fal. Bar. l. de pupillo in princ. ff. de nou. oper. nũciat. Felin. in c. cũ inter. extra de exceptio. imo, licẽt ante dictũ tẽpus posiit coronari Rex (vt per Bar. l. 1. de muner. & honor. lib. 10. C.) nõ tamẽ ante illud tẽpus potest etiam coronatus Rex, Regis officium exercere, per supra dicta. Quis autẽ medio tẽpore posut Regni officiũ exercere, seu regere Molin. in verbo Primogenitus asserit, quód eius tutores: secũdùm Abb. in cap. cùm vicesiimum. extra, de offic. deleg. secus tamen in primogenito, quia licẽt ipse, vt ex foris elicitur, iã ante decimũ & quartum annum suæ ætatis sit Gubernator, quia nascitur Gubernator (vt dictum est supra, per for. de secũda cõfirma. mone. & obseruantia 4. de appella.) non tamen dictum officium reget eius tutor, aut curator, sed miles simplex, per dict. for. Quia secundum, qui prohibet administrationem alij quàm militi simplici; & dictus foros non recipit limitationem, nec corrigitur, nisi quóad primogenitũ ætatis quatuor decim annorum, ita quod exercitium dicti officij non potest dari nisi in dicto milite, aut primogenito, maiore quatuordecim annorum. Et sic, si dictus Primogenitus fuisset demens, aut alia infirmitate vti prohibitus, non posset procurator, aut alius regere, nisi dictus miles, nec haberet locum distinctio Baldi, quam refert Molin. in dict. verbo primogenitus versic. fin. Sed nec dicta ætas quatuordecim annorum sufficiens videtur, ad regendum dictum officium vniuersale in regno, & eius republica. l. ad rempublicam ff. de Mun. & hono. l. non tantùm, & l. spurij. ff. de Decurio. Hoc licẽt de iure procederet, dispositio tamen foralis est attendẽda, quæ cum capacem reddit ad regendum, post decimum & quartum annum suæ ætatis. Et id quidem est etiam de iure, nam (vt Ioan. de Terra Rub. in tracta. cont. Rebell. articulo 3. t. tractatu. fol. 25. attestatur) rerum Gubernatio, & regimẽ est in duplici differentia: quoddam competit iure proprio formato, aut in re propria, vt regimen quod competit domino, vel quasi, aut similĩ, in re sua. l. in re mandata. C. mandati. Aliud est regimen, quod competit iure commisso, vt est regimen consulatus &c. quando est regimen, quod competit iure proprio, pubes dicitur habere legitimã personam: & ideo illi competit. §. 1. de Cura. & §. Item inuiti. in tex. & glo. vbi patet, quód puberi cõpetit bonorũ suorũ regimẽ, nec cogit suscipere curatorẽ; faciunt not. in c. fin. de Iudi. in 6. de quo latè per dictum Ioann. de Terra. Rub. ibi. Et sic cùm dicto Primogenito, competat iure

 proprio

proprio regimen dicti officij, sequitur ad illud regẽdum esse capacem, statim maiorem factum quatuor decim annorum, concurrente praesertim dicta dispositione forali dicti for. statuimus.

2 ✝Item vt dictus Primogenitus ad exercitium dicti officij Gubernationis admittatur, tenentur ipsum Aragonẽses iurare pro Rege & domino, post dies Domini Regis patris sui: obseruantia prima ibi & iuratus à Domino Rege, & obseruantia. Item ad hoc Actus cur. reffert Moli. in dicto verbo Primogenitus versiculo Primogenitum. Et sic Aragonenses iurarunt in dominum, & Regẽ post dies Patris, Ioãnem Primogenitum domini Regis Petri, in curia generali, quam Aragoneh. celebrauit Caesaraugustae. 1352. vt dicitur in prooemio fororum aeditorum in dicta curia: sic etiam dicit Pertusa in for. coram quibus Dominus Rex, Primoge. quòd in curia 21. Maij 1381. Iurauerunt Ioãnem primoge. in dominum, de presenti, & in Regẽ post dies patris: si tamen dicti Aragonenses aliquo casu fuerint impediti, vel dilatauerint praestare dictum iuramentum, tunc habetur pro iurato, vt dicit ibi obseruantia, & eo iurante poterit exercere factus maior: nã eis dilatantibus iuramentum defferre, iure ciuili receptum est vt conditio habeatur pro impleta, quotiens factum est per eum cuius inter est, quominus impleatur. l. iure ciuili ff. de condi. & demonstra. vbi glo. l. final. C. de pigno. actio. l. vt perfectius de anna. excep. & similiter non debet tale impedimentum esse dicto principi nocibum, ex his quae Ias. & alij not. in. l. final. C. de Iudi.

3 ✝ Item secundùm Bages glosatorẽ in dictis obseruã. 1. 2. Actus cur. & obs. de litis contes. penul. & obseruantia de consuetudine quòd cuiusq; vniuersi. vt dictum est supra in 2. quaestio. princip. vt dictus primogenitus possit dictum Gubernationis officium exercere, debet habere mandatum seu prouisionem Regiam à patre. Egidius de Luna super glos. obser. primę & secundae, Actus curia. dicit quòd non credit dicere verum Bages, imo quòd nõ requiritur mandatum, per dict. for. Quòd primogenitus. & probatur in Primogenito Regis Petri, qui firmauit contra patrem, & facit obser uã. 3. Actus curia. & quia dictus primogenitus non dicitur procurator Regis, sed Regni, vt dicit dictus for. Quòd primoge. Sed in hoc verum esse credimus quod ibi diximus, vt distinguantur tempora scilicet, tempus ante aeditionẽ dict. for. Quia secundum. vt scilicet eo tempore credamus, dictum primogenitum, secum Regio mãdato admissum fuisse ad iurandum, & exercendum dictum officium, sicut reffert dictus glosator, ex quo alij à Primogenito creabantur Gubernatores, vt apparet de Infante Ferdinãdo Patruo Regis Iacobi, & de Iacobo, & Ferdinando fratribus Regis Petri, vt reffert Curita vbi supra in dict. ca. 2. Et tempus post aeditionem dicti fori statuimus quòd Primogen. maior 14. annorum, &c. à quo tempore cum solus Primogenitus, vel habens iura Primogeniturae, vt dictum est sit Gubernator, & ab ipsa dispositio ne forali atribuatur sibi iurisdictio: est dicendum sine mandato aliquo esse admittendum, ad exercitium iurisdictionis dicti officij, prout fuit admissus potentissimus Rex Philippus, qui vt Primogenitus iurisdictionem exercuit in annis. 1547. & 1552

1552. Quibus in Regno Curias generales celebrauit, & alij principes anteriores, nam ex quo est Primogenitus & major. 14. annorum competit sibi ab ipso Foro, dictum Officium, & illius exercitium, et consequenter non indiget prouisione, sicut Archiepiscopus Cātuariensis, è Eboracen. & Remen. & in Italia Pissanus, qui per adeptionem dignitatum, nascuntur cum Officio legationis, & illius excercitio, sine aliqua prouisione: vt per docto. in d. c. 1. de Offi. lega. extra & c. volētes eo. titulo, vbi Io. de lino. & Frā. et alij in c. 1. de Offi. leg. in 6. & sic post dictū for. statuimus. judicemus de dicto Primogenit. quòad Officiū Gubernat. & illius exercitiū, sicut judicamus delegato nato vt dictum est

4 † Præterea antequā dictus Primogenitus maior 14. annorum ad exercitium dicti Officij gubernationis Aragonum admittatur, tenetur & debet iurare foros, priuilegia, libertates, vsus, & cōsuetudines dicti Regni, quòd iuramentum tenetur præstare publicé, in ciuitate Cæsaraugustę, presente Iustitia Aragonum, et quod tenebit Cancellarium, vel Regen. Cancellariam &c. vt per actum Curiæ de quo Obser. 1. actus Curiæ: à quo actu Curiæ emanauit dictus For. statuimus quòd Primog. ma. 14. annorum, in quo idem disponitur, & in for. de his. quæ dominus Rex, in quibus foris & Obser. ponunt plura illorum glosatores, per tusa & Bages, quæ omnia absoluuntur per dispo sita, in foro coram quibus D. Rex, Locūtenens, & Primogenit. Iurare ten. vbi apponitur solēnitas & forma iuramenti, statuendo quòd antequā Primogenitus possit vti iurisdictione aliqua, siue sit voluntaria, siue necessaria, nam appellatione iurisdictionis vtraq. venit. l. 1. & 2. & fi. iuncta glo. ff. de offi. proconsul. quanto magis addito verbo vniuersali, aliqua, dictus Primogenitus in presētia Iustitiæ Aragonum & in eius posse, & eo absente, vel impedito, in posse eius locūt. & in presentia Dipputatorum, & iuratorum Ciuitatis, tenetur iurare omnia, quę sui prædecessores iurare consueuerunt, & signanter foros. Calatajubij: reffert aliqua Moli. in verbo Primogenitus. versiculo. 23. 4. 5. scilicét, de seruādis donationibus, vēditionibus, & permutationibus, seu cambiis, factis per D. Regē for. de iuram. vend. & quòd non prouidebit appellitum, quem sciat fictum, nec super vsuris inquisitionē faciet, & plura alia cōtinēur in Regestris Prothonotarii, & Notarii Curiæ Iustitiæ Aragonum, recipientis & testificantis acta de dicto iuramento, & vt sciatur forma dicti iuramenti, & quæ iurat dictus Primogenitus, liber inserere formā iuramenti per potentissimum dominum Philippum Primogenitū, tunc & nunc Regem gloriosissimum quæ talis est.

Iuramentum Philippi Primogeniti.



ESV nomine Inuocato. Sea manifiesto à todos, que en el Año del Nascimiento de nuestro Señor Iesu Christo, de Mil quinientos quarēta y dos, dia Miercoles, que se contaua à 18. del Mes de Octubre en la ciudad

ciudad de Caragoça del Reyno de Aragon, y dentro la Iglesia de San Saluador de la dicha ciudad, fue personalmente constituydo el Serenissimo Señor don Phelipe Primogenito, y Principe de Castilla, y Aragon &c. nuestro Señor hijo dela Cesarea y Catholica Magestad del Emperador, y Rey nuestro Señor dó Carlos, ahora bienauẽturadamẽte Reynãte, presẽte el circũspecto y Magnifico Mossẽ Lorẽço Ferrãdez de Heredia, Cauallero de la dicha Cesarea Magestad, consejero y Iusticia del Reyno de Aragon, à modo de Iuez assistente, y presentes aun los Illustres, y muy Reuerendo don Hernãdo de Aragon Arçobispo de Caragoça, Mossen Miguel Español Canonigo del Aseo de Caragoça, Diputados por el braço de la Iglesia, don Gõçalo de Bardaxi Diputado por el braço de los Nobles, don Vgo de Vrries, Geronymo Lopez de Artieda Diputados por el braço de Caualleros Hidalgos, y Micer Pedro Pueyo Diputado por el braço de Vniuersidades, y los Magnificos Francisco Augustin, Geronymo de Oriola, Ioã Prat, Micer Ioã Sora, y Henrriq̃ Metelin Iurados de la presẽte ciudad de Caragoça. E assi estando el dicho Señor dõ Phelipe Primogenito, y Principe susodicho, ante el altar Mayor de dicha Iglesia, arrodillado ante la Cruz de nuestro Señor Iesu Christo, puestas las manos sobre vn libro Missal, hizo, y presto el Iuramento solemne infrascrito, en poder del dicho Mossen Lorẽço Ferrandez de Heredia, Iusticia de Aragõ, presentes y assistentes los susodichos Diputados, y Iurados, y los testigos infrascritos, y otras muchas personas enel dicho juramento interuiniẽtes: el qual dicho juramẽto es del tenor siguiente.

NOS DON PHELIPE Primogenito, y Principe de Castilla, de Aragon, &c. Prometemos en nuestra buena fe Real, en poder de Mossen Lorenço Ferrandez de Heredia Iusticia de Aragon, presentes los Illustres y muy Reuerẽdo dõ Hernando de Aragon Arçobispo de Caragoça, Mossen Miguel Español Canonigo del Aseo de Caragoça, Diputados por el braço de la Iglesia, don Gõçalo de Bardaxi, Diputado por el braço de los Nobles, dõ Vgo de Vrries, Geronymo Lopez, de Artieda, Diputado por el braço de Caua-

ualleros, y Hidalgos, y Micer Pedro de Pueyo, Diputado por el braço de las Vniuerſida des, y los Magnificos Franciſco Auguſtin, Geronymo de Briola, Iuan Prat, Moſſen Iuan Sora, y Enrriq̄ Meteli, Iurados de la preſente Ciudad de Çaragoça, Iuramos ſobre la Cruz de nueſtro Señor Ieſu Chriſto, y los ſantos Quatro Euãgelios delante nos pueſtos, è por nue ſtras manos tocados, en nueſtra buena Fe, y palabra Real, ſin ningun engaño, o otra qual quiere machinaciō, è aū firma mos à voſotros los Prælados, Ecleſiaſticos, Religioſos, Duques Cōdes, Vizcōdes, Varones, Nobles, Caualleros, è Infã çones, Ciudadanos, y hōbres de las Ciudades, Villas, Comu nidades, è lugares del Reyno de Aragō: è aun à los Prælados, Ecleſiaſticos, Religioſos, Barones, Nobles, Meſnaderos, Caualleros, è Infançones, Ciudadanos, è hombres buenos, de las Villas y lugares del Reyno de Valencia, que tienen el fue de Aragon, preſentes, è quepor tiempo ſeran, que Nos en nue ſtra propia perſona guardaremos y por nueſtros Oficiales, y otros qualeſquiere guardar, y obſeruar mandaremos, y fare mos inuiolablemētelos fueros hechos enla Cortegeneral, por el Sereniſsimo Señor Rey don Pedro de buena memoria, en la preſente ciudad de Çarago ça, celebrada en el año de la Nutiuidad de nueſtro Señor Ie ſu Chriſto. 1548. Y aſsi biē los otros fueros y Actos de Corte, y Prouiſiones hechas enlas Cor tes, generales del dicho Reyno, è todos los priuilegios, donaciones, permutaciones, y to das las libertades, por los Illuſtriſsimos Reyes predeceſſores nueſtros: è por el Sereniſsimo Señor Rey dō Iuã, de glorioſa recordaciō, aſsi como Lu garteniēte general del Sereniſ ſimo Seoñr Rey dō Alonſo, de buena memoria fechos, y hechas y atorgados. E Iuramos los otros fueros, Obſeruãcias, y otros priuilegios libertades, vſos, y coſtūbres del dicho Rey no de Aragō, y de los lugares de aq̄l y todos los inſtrumētos de donaciones, permutaciones è libertades, las quales teneys, y tener deueys: y q̄ en nueſtra propria perſona, ni por otra per ſona interpoſita, o otro, o otros por nos, o mãdamiēto nueſtro, nos hauiēdolo por ratoy acepto ſin cogniciō iudiciaria, y deuida ſegū fuerono mataremos, nī eſtemaremos, ni desferraremos ni matar, nī eſtemar, ni de-

mandaremos, ni preso, o presos alguno, o algunos cótra los fueros, Priuilegios, libertades, Vsos, y costumbres, del Reyno de Aragon, sobrefiáça de drecho, dada o ofrecida, o presentada, retendremos, niretenersa remos algũ tiẽpo. I a vosotros los hõbres de Teruel y Albarrazin y sus aldeas, guardaremos vuestros fueros, Vsos costumbres, Priuilegios y todos los instrumẽtos de donaciones y permutaciones, y todas las libertades á vosotros atorgadas, las quales tenys, y tener de ueys como seays constituydos dẽtro el dicho Reyno de Aragon. E q̃ contra aquellas no faremos por nos, ni por alguna interposita persona en alguna manera, ni por alguna causa, o Razon. Emas juramos, q̃ la moneda Iaquesa q̃ ahora es, y corre quedara ẽ fincara perpetuamẽte en toda firmeza, segun q̃ agora es, è correra firmement por todo Aragõ, y en los otros lugares dõde es acostumbrada correr, en tal manera que por nos no pueda ser destruyda, mudada, ni diminuyda, o aumentada, o de nueuo fabricada, o fecha. Emas firmamos è cõfirmamos, y juramos el Statuto y ordinacion perpetua hecha por el Illustrissimo Rey dõ Iayme de loable memoria, por la qual el dicho Señor Rey Don Iayme estatuyo, ordeno, y quiso que en los Reynos de Aragon, Valencia, y Condado de Barcelona, con el direto Señorio, y otros qualesquiere drechos que al dicho Señor Rey las horas le sperauan, è pertenesciá, o podiá pertenescer en el Reyno de Mallorcas, y Islas á aquel adjacentes, y en los Cõdados de Rossellõ, y Cerdaña, Cõfluẽt, y Val de Espin, y en los Vizcõdados de Amellades, è de Carlades, los quales por el Serenissimo Rey don Pedro, de loable memoria, fueron, y son por deudo de Iusticia á la Corona de Aragõ applicados, y por el dicho Señor Rey vnidos, allegados, y enteramẽte reduzidos, en la forma y manera que agora estan, cõ todos sus drechos, quedẽ, y sean perpetuamente a los dichos Reynos de Aragon, y Valencia, y Condado de Barcelona vnidos, y en vno, y debaxo de vn solo y vnmismo Señor è señorio perseueren. E q̃ cosa alguna de aq̃llos, o alguno dellos no se rá separadas: en aq̃sta manera, que qualquiere que sea Rey de Aragon, el mesmo sea Rey de Valencia, y Mallorcas, Cerdeña, y Corcega, y Condado

do de Barcelona, Rossellon, y Cerdaña, segun q̃ todas estas cosas y otras, assi en el dicho Statuto, y Priuilegio, è ordinacion perpetua del dicho Serenissimo Señor Rey don Iayme, se contienen con Bulla Plumbea Plumbeado, como en otro priuilegio del mismo Serenissimo Señor Rey hecho de la dicha Reintegracion è nueua vniõ à la Corona real de Aragõ, por el dicho Señor Rey hecha como por la Bulla plũbea mas largamente se muestra. Otro si firmamos y Iuramos el fuero hecho por el Señor Rey dõ Martin de buena memoria, sobre la prohibiciõ de las sisas, y otras imposiciones, è todas las otras cosas en el dicho fuero contenidas: y que Nos nunca pornemos ni impossaremos sisas, ni otras imposiciones, ni consentiremos, ni daremos licencia de imponer dichas sisas, imposiciones, ni otras cosas en el dicho fuero prohibidas. Otro si de nuestro proprio motu y en fauor del Patrimonio Real perpetuamente loamos, y aprouamos la dicha vnion al dicho Reyno y Corona Real de Aragõ, por el dicho Señor Rey dõ Ioan, assi como Rey hecha, de los Reynos de las dos Sicilias de Cerdeña, cõ las Islas àellos adjacẽtes, para que sean y queden perpetuamẽte vnidas al dicho Reyno de Aragõ, è a la Corona Real de aq̃l, è debaxo de vn mismo Señor è señorio, per seuerẽ y no se separẽ del dicho Reyno de Aragõ: assi que qual quiere q̃ sea Rey de Aragon, el mismo sea Rey de las dos Sicilias, de Valẽcia, de Mallorcas, de Cerdeña, y Corcega, Cõdado de Barcelona, y Rossellõ, y Cerdaña. La qual vniõ è incorporacion por nos perpetuamẽte è inuiolable tener, y obseruar firmamos, prometemos, y juramos, è queremos la presente vniõ è incorporacion sea cõprehẽdida en los dichos Statutos, priuilegios, è ordinaciones de los dichos prædecessores nuestros. E los dichos Statutos, Priuilegios, è Ordinaciones de los dichos nuestros prædecessores, ser estẽdidos à la præsente vniõ, è incorporacion. E mas juramos seruar las cosas cõtenĩdas en el fuero hecho en las cortes de Calatayut, sub rub. de iuramẽto vendi. Que comiẽça. Como nuestra voluntad sea &c. E mas juramos, q̃ sin frau de ni machinaciõ alguna, Nos, guardaremos, y obseruaremos por nuestros Oficiales, è por otras qualesquiere personas ob seruar faremos, las cosas con-

tenidas en el fuero nueuo, hecho en las Cortes de Calatayut, sub Rub. de subsi. y el decreto del Consilio de Constan. en el dicho, fuero, especificado, y las Gracias, Priuilegios, y letras Apostolicas en el dicho fuero, especificadas, y todas las otras cosas en aquellas contenidas, è todas las cosas q̃ en virtud de aquellas son executadas, y exigidas, y se executarã, y exigiran, no solamẽte quanto à las Reducciones, y retassaciones de los beneficios, por virtud de las dichas gracias y priuilegios hechas: mas aũ quãto à todas las otras cosas en aquellas contenidas, que conciernen vtilidad y prouecho del Clero y del dicho Reyno de Aragon, segũ en las dichas Bullas y decreto se cõtienen: y señaladamente las cosas ordenadas en el dicho fuero de subsidijs, en fauor de los dichos priuilegios, y que contra lo susodicho, y las otras cosas en el dicho fuero contenidas, ni cõtra alguna parte dellas directamente, o indirecta no vendremos, ni consentiremos, ni procuraremos, ni permitiremos, por persona alguna publicamente ni oculta sea contrauenido. E mas Iuramos, que obseruaremos las cosas contenidas en el fuero nueuo hecho en las Cortes de Calatayut, sub Rub. de apelli. q̃ comiença Por apellidos fictos. E aun Iuramos, q̃ por qualquiere apellido que sabremos, o creeremos no ser verdadero y ser el ficto, no mandaremos ni haremos ser proceydo à capciõ de alguna persona, ni mãdaremos ni haremos ser fechas, citaciones para comparascer personalmente, las quales sepamos, y creamos no ser verdaderas, y ser fictas. E mas prometemos y juramos, que tẽdremos, y obseruaremos el acto Si quiere fuero fittiado sola Rub. Actus super inquisi. vsurarum, que comiença El muy alto. hecho en las Cortes vltimamente Celebradas en la Ciudad de Calatayut. E todas las cosas en aq̃l contenidas juxta su serie conti nenlia y tenor: el qual queremos y nos plaze ser aqui hauido por inserto, assi como si en el presente nuestro juramento fuesse de palabra à palabra inserto, y no res menos. Iuramos seruar los fueros, hechos en las Cortes vltimamente Celebradas en las Ciudades, de Calatayut, Caragoça, y villas de Monçon. Y todas y cada vnas otras cosas en aquellas contenidas, y todos los otros fueros

fueros, obseruancias, priuilegios, libertades, Vsos y costũbres del dicho Reyno de Aragon.

I de todas y cada vnas cosas susodichas, yo Iayme Malo Notario publico de Caragoça, y Scriuano de las Cortes generales del Reyno de Aragon, abaxo nõbrado, instado, y requerido, hize y testifique, el presente instrumento publico. Hecho fue lo sobredicho, en los lugares, dia, mes, y año arriba nombrados y calẽdados presentes testigos fueron à lo susodicho, llamados y tomados, los muy Illustres y muy Magnificos Señores, el Duque de Alburqueque, el Duque de Maqueda, don Alõso de Gurrea y de Aragõ, Cõde de Ribagorça, el Marques de Cuellar, el Principe de Asculi, don Ioã de Cuñiga, don Antonio de Rojas, el Vizconde de Euol, y don Ioan Torrellas, y otros muchos, en numero copioso.

Este Iuramento hizo su Alteza venido de las Cortes de Monçon, Celebradas por la Magestad del Emperador su Padre. 1542. Fue à posar à la Aljaferia, y alli aguardo dos dias, hasta ser todo aparejado para la entrada, y recebimiento, y dicho dia 18. de Octubre, por la mañana fueron todos los Oficios de la Ciudad con sus banderas, à dar buelta por la Aljaferia, y luego despues de medio dia, el Principe nuestro Señor, salio de la Aljaferia acompañado de todos los sobredichos, y llegado à la puerta del Portillo, donde le aguardauan los Iurados à pie con el Palio, y el Principe se puso baxo del, y los Iurados pusieron vnos cordones de Seda al freno del cauallo por lleuarle, y assi fuerõ por la Ciudad hasta el Mercado, donde estaua vn cadahalso muy atauiado, y alli se apeo su Alteza, y passarõ los Oficios con sus banderas delante el, y despues caualgo, y fue a la plaça del Aseo, donde en medio della estaua puesto vn sitial de Brocado, y en el la vera Cruz, y de alli le tomo el Arçobispo, y lo dentro en la Seo. Su Alteza se rudillo en vn sitial, que estaua puesto al lado del Euangelio, junto al altar Mayor, donde hizo Oracion al Santissimo Sacramento: el Arçobispo canto ciertas oraciones, despues puso Su Alteza las manos sobre la vera Cruz, q̃ estaua puesta sobre el dicho

cho sitial sobre vn Missal abierto, dóde es el Canon de la Missa, y el Prothonotario estando en pie al lado derecho de su Alteza leyo el suso dicho juramento: y hizo acto dello tambien, y hecho, el Arçobispo torno á cantar ciertas oraciones, y dichas, su Altsza se fue á Palacio, que era en las casas del Conseruador en el Cosso.

HAEC omnia sunt hic inserta, vt habeatur notitia solennitatis qua admittitur dictus Primogenitus ad iurandum, & formæ, quæ seruatur iuxta dictum forum coram qui. Dominus Rex in præstatione dicti iuramenti, ac etiam eorum, quæ iurat, quorum non nulla, vt dictum est, ponit Molin. in dict. verbo Primogenitus, & in verbo iuramentum. & in verbo Dominus Rex. Quæ omnia, & plura alia, sunt inserta, in supra inserta formula, cuius formulæ bona pars continetur, & est desumpta, ex dicto foro de his quæ Dominus Rex. vbi interpretando verba illius dicit ibi plura Pertusa. in primis, animaduertit in foro córam quibus Dominus Rex &c. quòd huiusmodi iuramentum, est præstandum personaliter per dictum primogenitum Gubernatorem, nam Dominus Rex, & omnes officiales debent personaliter, & non per Procuratorem iurare, vt ex dicto foro supra citato elicitur, dum dicitur in for. De his quæ Dominus Rex, quòd tactis propriis manibus Sacro Sanctis Euangelijs: quæ verba sapiunt personalitatem: Abbas. in capit. quoniam de officio delegati in. § eis autem, & ibi Felinus, & alij: Felin. in capit. licèt ex quadam colum. 2. extra. de Testibus. & sic, cùm Rex teneatur iurare personaliter, eodem modo, eius Primogenitus vt in foro quòd Primogenitus maior quatuordecim annorum. & est for. El Lugarteniente general, de officiis Iustitiæ Aragonum, cumulat plura Auendañ. de exequendis mandatis Regis lib. 1. cap. 2.

Dicit in super dictus Pertusa in dicto foro de his, quæ Dominus Rex, esse per Dominos Reges, & primogenitos nimium ponderanda illa verba (sine omni fraude, & machinatione) & per omnes iudices: nam Reges & Principes habent super se Deum in iudicem, cui reddituri sunt rationem, si religionem iuramenti non seruauerint, & alij iudices inferiores pœnas vltra hoc á foro impositas non euitabunt, si immemores iuramenti per eos præstiti, aliqua fraude vel machinatione, contrarium facere attentauerint. Item ponderat etiam verbum Aragonum, & locorum ipsius, quòd dictus Primogenitus tenetur in vim iuramenti, seruare non tantum consuetudines, & vsus particulares, & vniuersales Regni, sed etiam particulares locorum, quòd etiam refert Molin. in verbo iuramentū versiculo de iuramento Domini Regis & suo- officialium: not. in Authen. Cassa. & irrita de Sacro sanct. Ecclesijs.

Ponderando igitur ea, quæ formam dicti iuramenti concernunt, in primis

in primis requiritur, quòd iuret personaliter vt dictum est, & hoc elicitur ex dicto foro de his quæ Dominus Rex, vbi dicitur quod tactis Sacro sanctis Euangelijs suis manibus iuret: huic formæ non satisfit, nisi propriæ manus tangant Euangelia. vide Bellug. in specul. in quæstio. de Iuramento per Princip. faciendo in fin. adnot. in cap. laudabile extra de Frig. & Malef. vbi Abb. glos. & Doctores in cap. vt circa. de electione in 6. & in Clemen. 1. de hęreticis: nam licèt vera, & communis sit conclusio, quòd iuramentum potest præstari per Procuratorem habentem speciale mandatum c. final. de iuramento calum. in. 6. vbi Doctores, & in. l. qui bona §. Si alieno ff. de dam. infec. vbi Bart. & Doctores: fallit tamē quādo ex lege, vel statuto aliquid faciendū est in propria persona, nā id non potest per alium fieri, glos. in Clemen. 1. de Vi. & hones. Cleri. Et ita in ea conclusione distinguit Couarru. in relectione cap. quamuis pactum. §. 5. num. 9. de pact. in 6. vbi si lex requirit iuramentum fieri & præstari propria manu, illud planè per alium fieri non poterit, & ad id cumulat ibi plura. Et de dicto iuramento Gubernatoris præstando personaliter, est decisio in foro. El Lugarteniente. De officio Iustitiæ Aragonum, si Gubernationis officium, sub generalitate verborum dicti fori comprehendatur, cùm ab ipso foro maior prærrogatiua tribuatur circa iurisdictionalia Locumtenenti generali, quia est alter nos. & cognoscit de reseruatis Domino Regi, & sic quòd æqualia, vel minora expressis comprehendantur argumento capit. Sedes Apostolica. de rescrip.

De iuramento Locumtenentis generalis, & omnium officialium Domini Regis quod fieri debeat personaliter, & non per Procuratorem, nōn potest dubitari, cum id disponatur, in dicto foro. El Lugartenienie general. de offic. Iustit. Arag. ponit plura de dicto iuramento officialium Paris de Put. de Syndica. in verbo Iustitia. versiculo iuramentum officialis fol. 139. & dictus Auēda. in dict. cap. 2. lib. 1.

Debet ergo dictus Dñs Primogenitus iurare personaliter, & nō per Procuratorē, publicè, in dicta Sede & Ciuitate Cæsaraugustæ, vt dicit dict. for. Primogenit[9]. nā ne ignorātia valeat allegari, est publicè præstandum dictum iuramentum, vt ibi: de quo per Plateam in. l. per hāc C. de eroga. milit. anno. Auenda. de exequend. manda. Reg. lib. 1. ca. 2. circa princip. & similiter omnia alia, quæ in dicto for. pro formula dicti iuramenti sunt, in dicta seruari debent, alias præstatio dicti iuramenti nulla, ac si non præstita esset censenda est: adnotata in cap. cum dilecti de Rescrip. ponit Abb. in dict. c. laudabile. de Frig. & malefi. not. in dict. cap. Vt circa. de elec.

Iurare ergo tenetur modo præmisso, aliàs autem iurisdictionem exercere non poterit, ne sit melioris conditionis, quàm Dominus Rex eius pater, vt dicit dictus for[9]. Quòd Primogenitus. cum dicto ergo iuramento datur exercitium iurisdictionis, vt dicit Paris de Pute. vbi supra, adeo quòd si ante præstitum dictum iuramentū, iurisdictionem aliquam exercuisset, tanquam à priuato, & sic nulliter factum censeri debet: vt in Rub. & nigro. in Auth. iusiuran. quòd præsta. col. 2. Angel. in auten. vt Iudi. sine quo. quo sufra. §. Iusiurandi. col. 2. Paris de Pute. in dict. verbo

verbo Iustitia versic. iuramentum fol.139. Auenda.iu dict. cap.2. circa prim.lib.1. Et ideo sententia à iudice qui non iurauit,lata,nulla est, vt ibi Auenda. Matheus de Afflic. titu. de Sacramen. præstan. lib. 1. Rub. 67.imo Iudex iudicans,qui non iurauit, tenetur ad damna,& interesse,vt per Paridem,vbi supra,& punitur vt vsurpans iurisdictionem, Lucas de Penn. in.l.hac sanctione.C. de diuersis offic.lib.12.& qua pœna puniatur dictus offic. qui non iuratus iudicat, ponit Thomas Grauia. decis 49. eam quæstionem an gesta per offi.non iuratum sint nulla, ponit etiam Moli in verbo, iuramentum in casibus in quibus,& de iuramento Domini Regis, & est for. quòd processus sit nullus in for. fin. de offic.Cancellar. qui non est inser tus in volum.for.est in regestro, allegat plura, ad probandam dictam nullitatem, Auenda.in dict. lib. 1. cap.2. & Paris de Puteo vbi supra per eum allegat. Pertusa in for. de iuramento præstand.

5 †Item licèt per dictum iuramentum & cum eo, detur exercitium iurisdictionis(Paris de Pute.vbi sup.) quia tamen dictus PrimogenitusGubernator,ex dispositione forali est prohibitus per se solum exercere iurisdictionem, nisi certis casibus quos ponit for. de offic. Locumtenentis generalis,.& Primoge, videlicet appellitus, emparas, & recomendationes personarum, in causis Criminalibus, ante vigesimum annum,non in causis Ciuilibus, vt concordet,cum for.de voluntad.de offic. Cancella. & declarat Apostilla in dicto foro de offic. Locumtenentis generalis:cætera omnia tenetur exercere per suum Vicecancellarium, vel Regentẽ Cancellar. vel de eius voluntate & consensu, vt dicit dict.for. De voluntad.de officio Cancellar.tenetur dictus Primogenitus vltra prædicta,creare & habere vnum Vicecancellarium, vel Regentem Cancellariam, vt per eum, seu de eius consensu possit dictam iurisdictionem exercere,qui sit naturalis de Regno,homo de scientia, & bona fama, vt dicit for. 2.qui incipit de fuero.de offic.Cancellar.ante dictum forum bene poterat creare dictus Primogenitus maior viginti & quinque annorum,Vicecancellarium,vel eius Locumtenen. de natione quam maluerit, vt dicit ob seruantia prima,actus cur. corrigitur tamen dicta obseruantia per dic. for.2.de offic.Cancella. quia in omnem euentum debet esse regnicola: reffert Molin. in verbo Primogenitus.versicul.1.Vt ergo dictus Primogenitus, demptis dictis casibus, possit iurisdictionem exercere,etiã maior viginti annorum in ciuilibus(Molin.in verbo primogen.debet tenere vnum Vicecãcellarium, vel Regentem Cancellariam scientem foros,& leges,per quem,seu de cuius consilio exerceat dictum Gubernationis officium, iuxta dispositiones dictorum fororum,de offi. Locumtenen.& Primog. & for. de voluntad.de offic .Cãcella.nam con silio virorum sapientum debent Gubernatores regna gubernare, dicit Ioan. de Terra Rub. contra Rebell.artic.3. primi tracta.3. conclu.fol.25. argumento not. in.l. Humanum C.de leg.cap. ad Apostolicæ.§.nos autem: de re iudicata in. 6. & Hester. primo capitulo dicitur: Rex interrogauit sapientes, qui ex more Regio semper ei adhærebant, & illorum faciebat cuncta consilio,scientium leges,& iura maiorum.

iorum. Sic ergo dictus Regens Cācellariam debet scire leges, & iura maiorum, vide ibi in d.3. conclusio neapolitanā, vbi plura deducuntur, vt consilio sapientum omnia Regantur: debet igitur Regens Cancellariam esse vir scientiæ: ex quo fuitcō clusum in consilio Iustitiæ Aragonum. 1482. quod d. Gaspar. de Ariño, Secretarius domini Regis, nōpoterat vti officio Regentis Cancellariam, cùm non esset homo scientie, nec aduocatus, & quod verbum scientia in d. for. supponit scientiam Iudicandi. Hæc Pertusa super. d. fo. 2. de offi. Cancell. Nunc ergo vice Cancella. vel Regen. Cancella. creari tenetur necessariò, vt exercere possit: nam licèt verum sit (vt infra dicetur) quód Primogenitus potest creare, & habere eosdem ferè Officiales, quos habet dominus. Rex, in signum quod est Rex iuuenis, vt dicit Bages in Ob ser. penul delit. contesta. tamen ex quo Supra iūctarii tenentur eius prouisiones exequi, vt dicit fo. Supra iunctarii. de supra iuncta. & Portarii similiter, vt in fo. 1. & 2. de Porta. & similiter Scribæ mandati domini Regis tenētur ei inseruire, vt in fo. de Protho. et infra dicetur, solùm necessariò indiget dicto Regente Cācellariā. Et Egidius de Luna Regens dicit, super Obs. 2. actuscur. ibi pquā maluerit quod, d. Philippus Rex, quando vt Primogenitus Iurauit, quod denouo creauit eosdem Prothonot. Scribam rationum, & scribas mandati, qui erant eius patris, & ita dictus d. Rex Philippus Primo genitus creauit in Regentem eius Cancella. Petrum Almenara qui erat assessor Regentis offi. Gubernationis anno 1547. Et eo mortuo Montissoni, creauit alterum, videlicet, Hieronymum Diez descoron, deinde eo mortuo anno 1552. quo venit iterum ad celebrādas Curias, creauit alium. Qui. Regens Cancellariam antequā ad exercitium dicti officii admittatur, tenetur iurare, seruare fo. vt dicit dicta Obser. 1. actus Curia, & d. fo. 2. de offi. Cancell. & fo. quòd Primoge. maior. 14. annorum in fi. per regu. fo. vt omnes offi. iurent in Authen. iusiurand. quod præsta. col. 2. & per ea que supra dicta sunt, ex Not. per Pari. de pute. in d. verbo iuramētū & Auēda de exequē. māda. reg. lib. 1. c. 2. vide Franciscum de auiles in expositione capit. præsto. in proœmio fol. 19. vbi plura d iuramēto of fi. quibus omnibus præmissis dictus Primogenitus (præsens in Regno) nam extra Regnum & territorium ius dicenti impunè non paretur l. fi. de iuris. omnium iudicum, nec curandum est de his quæ sunt voluntariæ iurisdic. si an extra Regnum possit exercere pro vt de d. Rege dicitur iuxta Obseruantiam. 1. de Iurisdictio. omnium iudicum & iuxta limitationes ad regulam dictæ l. fi. traditas per Ias. ibi tūquia concessiones indulgentiæ, siue remissiones sunt de reseruatis D. Regi. vt infra dicetur, tū quia eo egresso à Regno, iam exercitium iurisdictionis residet in Regente officium Gubernationis.) Successurus ergo in Regno Iuratus in dominū & Regē post dies patris & qui maior ætatis presens in ciuitate modo præmisso iurauerit, regere poterit & exercere dictum Gubernationis officium, per suum Vice cancellarium, seu regentem Cancellariam, vt dictum est.

QVO vero ad dictum Regentis officium Gubernationis, quæ re-

quirantur, vt dictum Gubernationis officium exercere posit, eùm & hic censeatur habere de iure officium Rectoris Prouinciæ, & Rector Prouinciæ appellari posit, vt dicit Bages in glo. super Obseruantia in Curiis quas Illustrissimus Rex Ferdinandus, post medium, de quo in sequenti quæstione, latiùs dicetur. In primis debet habere prouisionem à Domino Rege, vt dicit dictus For. Quia secundum. circa fin. ibi imo. nos & successores nostri &c. Cum qua commisione, & prouisione tenetur se præsentare Iustitiæ Aragonum, vt dicit for. 1. de Regen. offici. Gubernati. & offi. suæ Curię, deniq. post dictum forum Quia secūdum, in vim dispositionis illius, prouisio dicti Regentis, facienda est per Dominum Regem, ante verò dictum forum, habenda erat commisio ab eo à quo creabatur, nam si á Rege prout nunc, ab eo habenda erat, prout, & nunc habetur. Si ab ipso Gubernatore, is prouisionem dare tenebatur; deniq. à quo creabatur, erat obtinenda prouisio: dificultas solū versatur in hoc, á quo dictus Regens ante dictum forum Quia secundū. crearetur, de quo dictum est supra, in 2. quæstione circa finem versi. solùm versatur dificultas. Primum ergo quod requiritur, est quòd dictus Regens commisionem, & prouisioné obtineat à Domino Rege, ad quem vt dictum est, pertinet potestas creandorum magistratuum, eùm in eo tā quam in fonte sit omnis iurisdictio, vt dictum est supra: ex his, quæ notat. Auenda. de exeque. mandа. Reg. lib. 1. in prin. Et habita dicta cōmissione, si non est creatus Miles, quòd antequam iuret ereetur Miles, quæ creatio eum sit aliàs Infancio, vel Mesnaderius potest fieri per quemcumq. Militem, meliùs est vt fiat per eum, in cuius posse est iuraturus: sic factū fuit per Dō Ioan. de Gurrea, creatum in Regentem officium Gubernationis. 1555. in mense Apprilis, qui antequam iuraret in posse Locumtenentis generalis, fuit per eum creatus Miles, cuius creationis militiæ prouisionis Regiæ, & iuramēti, formulas in fine huius nu. inserere libuit Et dica creatio, videtur necessaria per d. fo. Quia secūdū. ibi cui vicemiles & domicilíatus ibi. regat, & sic sicut est necessariū domicilíū, ita & militia: facit. for. de iuramento præstādo in pri. quod miles Regēs.

Creatio Militis Don Ioannis de Gurrea, die quinta Aprilis anno. 1555.



EADEM die ānte la presécia del Illustrissimo Señor don Diego Hurtado de Mendoça, Conde de Melito, Lugarteniente y Capitan General por su Magestad, en el Reyno de Aragon, comparescio el muy spectable dō Ioā de Gurrea, Señor de la Varonia de Argauiesso, el qual dixo y propuso ante su Señoria Illustrissima: que atendido que el deseaua ser promouido por su Señoria

Señoria à dignidad de Milicia y ser armado Cauallero, deuidamente y segũ los fueros del Reyno de Aragon, y en su persona concurran las calidades reqridas, q̃ por tanto suplica a su señoria, sea seruido de armar lo Cauallero, y promouer lo ala dignidad de Milicia: & el dicho señor Lugarteniẽte general; bien certificado q̃ en la persona del dicho don Ioan de Gurrea concurren todas las calidades, que segun fuero, y costumbre del presente Reyno se requieren de qualquiere manera para esto, que por tanto, & aliàs, en la mejor forma, via, y modo que hazerlo podia y deuia, lo armaua y armo Cauallero, y en verdadera señal, ledio dos vezes sobre los hõbros con la espada desembaynada, y le dixo el dicho señor Lugarteniente general, Dios nuestro Señor, y el señor Santiago hos hagan buen Cauallero, y le dio facultad, que pudiesse lleuar todas las insignias que todos los Caualleros de Aragon acostumbrã, y pueden lleuar, y que pueda gozar, y goze de todas, y qualesquiere libertades, o inmunidades, q̃ segun fuero del presente Reyno, puede, y deue, y se ha acostumbrado gozar, y juntamente con esto le mãdo despachar, y concedio priuilegio de Cauallero armado, en la forma acostumbrada, con todas las clausulas q̃ se requieren. Ex quibus fieri instrumentum, &c.

Eadem die.

ANte la præsencia del Visorey, comparecio don Ioan de Gurrea, el qual præsentibus me Notario, & testibus infrascriptis, & multis aliis militibus &c. Presento y notifico, quoddam Regium priuilegium more solito expeditũ tenoris sequentis.

Nos don Carolus &c. cùm officia nostra Regia, etsi minima, per viros habiles, prouidos, & sufficientes, virtuteq. & integritate ornatos, administrarĩ cupiamus, maiori tamẽ cura, studio, ac solicitudine, iure, innitimur, vt ea quę maximi momẽti existunt, quæq. ad subditorũ nostrorum bonũ regimen, tranquillum statum, Iustitięq. ministerium pertinent, non nisi his personis cõmendemus, in quibus fidem, integritatẽ, diligentiam, sufficientiam, & erga nos seruitiumq. nostrũ perpensum animũ, in quamplurimis rebus prospeximus, experientia ipsa comprobauimus: hinc est, vt cùm fiedelis nobis dilectus, dõ Frãciscus de Gurrea Regẽs nostræ generalis Gubernationis

exercebat officium,in præsente nostro Aragonum Regno dudum decesserit, & per eius obitum apud Curiam nostram inpræsentiarum vacuum existat,solita consideratione pensantes, cui officium huiusmodi committeremus,qui suo,vti par est oneri satisfaciat,multorum homium ingeniis,& virtutibus præsentatis, facilè fuit deliberare, tibi magnifico fideli nobis, dilecte Ioannes deGurrea,cuius dicitur, est locus de Argauiesso, præ ceteris committendum, & commendandum fore,quem propter seruitia à te nobis variis modis præstita,& impensa,prudentia, solicitudine, & in pertractandis negociis dexteritate,ac consumata experientia, aliisq. egregiis animi,&corporis dotibus, pollere cognouimus. Quam obrem tenore præsentium,motuproprio ex certa sciencia Regiaq. auctoritate nostra,delibetatè,& consultò, ac matura sacri pœnes nos asistentesConsilij accedente deliberatione, prædictum Regentis officium nostræ generalis Gubernationis dicti Aragonum Regni munus,modo quo præfertur,vaccans, tibi dicto Ioanni de Gurrea, quamdiu de nostra mera, & libera voluntate processerit,cócedimus, committimus, & fiducialiter commendamus: ita quòd, tu ipse, & non alius sit Regns officium nostræ generalis Gubernationis in prædicto Regno Aragonum, officiumq. ipsum in eo habeas,teneas, regas,& exerceas fiducialiter,legaliter atq.benè; ad honorem, fidelitatem , & seruitium nostrum, Iustitiæ ministerium, Curiæ nostræ commodum,ac Reipublicæ dicti Regni pacificum, & tranquillum statum,iùs & iustitiam vniuersis, & singulis dicto officio submisis tribuendo, & æqua lance ministrando; iura, & regalias nostras Regias, pro viribus conseruando, & augendo: nec non exerceas, & exerceri facias iurisdictionem,ciuilem, & criminalem,solitam,& consuetam, ac sic, & prout dicto officio incumbit, valeas quoquè,contra malefactores,& delinquentes quoscumq. procedere, eosq. vt moris est punire, & alia omnia & singula facere, & liberè exercere, quæ ad præfatum officium de iure, foro,& consuetudine pertinere, quouismodo dignoscãtur, & alij prædecessores tui in dicto officio facere, & exercere consueuerunt, potuerunt, & debuerunt,habeasq.& percipia-

pias & fruaris tuisq. vsibus, & vtilitatibus applices salarium annuum ordinarium, seu stipẽdium, iura, lucra, obuentiones, & emolumenta ad dictum officium siue munus pertinentia & spectantia: gaudeas insuper & vtaris fruaris ac subiiciaris, omnibus illis priuilegiis, præeminentiis, prærrogatiuis, gratiis, immunitatibus, exeptionibus, libertatibus, superioritatibus, iurisdictionibus, franquitatibus, & oneribus, ac aliis dicto officio incumbentibus, pro vt & quæmadmodum, dictus Gurrea cæteriq. in eodem officio prædecessores tui, meliùs, & pleniùs, vsi, gauisi, & subiecti sunt, potuerunt & debuerunt, vsq. quaq. præstito priùs per te in posse illius ad quem spectet solito iuramento, de benè fideliter, & legaliter, in regimine, & administratione dicti officij te habendo, & omnia alia, & singula faciendo, ad quæ teneris & sis obnoxius. Serenissimo propterea Philippo Regi Angliæ, Franciæ, & Neapolie &c. Principi Hispaniarum filio Primogenito, & nepoti nostro charissimo, ac post felices, & longeuos dies nostros in omnibus Regnis, & dominiis nostris Deo propitio immediato hæredi, & legitimo successori, intentũm aperientes nostrum, ac sub paternæ auiteq. benedictionis obrentu, dicimus eumq. Rogamus illustri verò, spectabilibus nobilibus, magnificis dilectis Consiliariis, & fidelibus nostris Locumtenenti, & Capitaneo generali nostro in prædicto Aragonum Regno Cancellario, Vicecancellario Regentibus Cancellariam, Doctoribus de Regio Consilio, Iustitiæ Aragonum, eiusq. in officio Locumtenent. Magistro rationali, Çalmetinis, Merinis, Alguaziriis, Virgariis, Portariis cæterisq. demum vniuersis, & singulis Officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus, quocumq. officio, titulo, auctoritate, potestate, & præeminentia fungerentur. tã præsentibus, quam futuris in eodem Regno constitutis, & constituendis dicimus, præcipimus, & iubemus sub, iræ & indignationis nostræ incursu, pœnaq. florenorum auri Aragonum, bis mille, nostris inferendorũm ærarijs, quatenus, & præfatum Ioannem de Gurrea, quandiu de nostra mera, & libera voluntate, vt præfertur, processerit, pro Regente officiũ nostræ generalis Gubernationis, prædicti Aragonũ

Regni habeant teneant, & reputent honorificent, atq. tractent,tibiq. & iussionibus tuis pareant, & obediant, & hi ad quos espectet in possessionem dicti officij ponant,& inducát, inductúq.manu teneant,&defendant contra cunctos, deq.salario, seu stipendio iuribus lucris,& emolumentis prædictis sol'tis,& consuetis integrè respondeant,& responderi faciát, perquos deceat,nostramq. húiusmodi gratiam, & concessionem omniaq. & singula de super contenta firmiter, & obseruent,teneriq. inuiolabiliter, & obseruari faciát,perquoscunq. &contrariú, nullatenus tentari ratione aliqua, siue causa, si dictus Serenissimus Rex Princeps,morem gerere,cæteri autem officiales,& subditi nostri prædictæ,pæne,ire,&in dignationis nostræ incursu pœnam prę appositam cupiunt euitare, in cuius rei testimonium præsentes fieri iussimus, nostro sigillo impendent. munit. Dat. In oppido nostro Brussellarum 9. Ianuarij 1555. Imperij nostri 36. Regnorum nostrorum. 40.

Yo el Rey.

ET Prædicto priuilegio sic pręsentato,dictus don Ioannes de Gurrea supplicauit, al Virrey quatenus exequeretur, & cum effectu mandaret ad implere in eodem contenta,cùm ipse esset paratus præstare iuramentum iuxta tenorem priuilegij in posse dicti Vice Regis,et dictus Locumtenens recepto dicto priuilegio, cum illis quibus &c. obtulit se recipere dictum iuramentum, & incontinenti dictus don Ioan. de Gurrea se arrodillo ante præsentiam Locumtenentis, libroq. missali manibus suis, & ore osculat. iurauit solenniter, & solitum præstitit iuramentum per deum, super Crucem Domini nostri Iesu Christi eiusq. sancta quatuor Euangelia coram eo, vt dictú est posita,quod obseruabit foros, priuilegia,libertates,vsus,& consuetudines, prælibati Aragonum Regni,& cótra ipsos,ipsa, nec aliquid ipsorú,non veniet, nec venire faciet, consentiet, neq.permittet ratione aliqua,siue causa nec obediet nec obedire faciet literis maiestatum dominorum nostrorú Regum, nec alicuius alterius, contra dictos foros priuilegia libertates vsus, vel consuetudines dicti

Regni

Regniconcessis,neq.procedet nec supersedebit, nec procedere nec supersedere faciet vllo modo, ratione literarum, vel mandatorum dictorũ dominorum nostrorum Regum, vel alicuius alterius in aliquo facto,vel negotio in quo procedere,vel supersedere non teneatur,nec debebit iuxta, & secundùmforos,priuilegia,libertates,vsus, & consuetudines dicti Regni,nisi in casu in quo, super eo priùsper Iustitiam Aragonum fuerit declaratum, per dictum Regenté officium Gubernationis generalis posse,& debereprocedi,vel supersederi,& etiam iurauit,tenere, & adimplere omnia,& singula contéta in foro de his quod Rex,& insuper iurauit contenta in foro Calatayubij, incipiente Por apellidos &c.Et finaliter iurauit tenere, & adimplere omnia alia,& singula cõtenta in foris æditis Calataiubij. Et quod seruauit& faciet, omnia alia,& singula ad quæ ratione dic.officij sit astrictus. Ex quibus tam Locumtenens generalis,quam dominusDon Ioan.de Gurrea, requisierunt per me fieri publicũ instrumé tum,præsentibus, ibidem pro testibus ægregiis,& magnificis Io. Ximenez de Aragues Regens Cancelleriam Io.Sora,C. de sancta Cruce, & Hierony. Seron Doctoribus de Regio Consilio,& Io.Perez de Nueros,Fisci Aduocato,& præsen. ibi&assisté.pluribùsmilitibus, Infantionibus,& aliis genera. officia. personis in multitudine copiosa habit.Cæsataug.

7 † Præterea antequam dictus Regens officiumGubernationis exercere possi, tenetur iurare de seruando foros, &c. prout disponitur in foro de his quæ D.Rex, & in for.de iuramento præstando,vbi ponuntur, ea quæ iurare tenetur, tenetur insuper iurare de seruãdo foros de subsidiis, & de seruando for. por apellidos fictos de appelli. de quo meminit apostilla ad dictum forũ de iuramento præstan. cuius iuramenti formula in praceden.fuit inserta.

Hoc iuramentum est præstandũ in posse Domini Regis, vt dicit dictus forus de iuramento præstando. idem dicit for.de Regen.offi.Gubernationis,& offi. suæ cur.in prin. vel in posse eius Locumtenentis,vt elicitur ex dicto foro de Regen. offici. Gubernatio.Moli.in verbo Regens offi.Gubern.versic.1.de quo juramẽto debet testificari carta per scribã mandati.

Et factis præmissis tenetur se representare Iustitiæ Aragonum, vel eius Locumtenen.cum dicta sua prouisione, & cum instrumento publico dicti iuramenti,vt de eius prouisione & iuramento innotescat,vt dicit dict.for.1.de Regen.offi.Gubernationis, & officia. suæ Curiæ, quę

omnia continuari debent, in Regestris Curiæ dicti Iustitiæ Aragonū, vt ibi in dicto foro, dicitur Molin. in d verbo. Regens. versi. 1. 2. & 3. vide eundem in verbo iuramentum, de iuramento Domini Regis, & suorum officialium, & in verbo iuramentum in casibus, vbi ponit quæstionem an gesta per eum antequam iurauerit teneant, de quo sunt videnda quæ supra retulimus ex sententia Paris de Puteo in verbo Iustitia, versiculo iuramentum, & Auendañ. de exequen. mand. regiis. lib. 1. c. 1. vide Pertusam super dicto foro de iuramento præstando.

Simile iuramentum tenetur præstare vicesgerens Guber. Regni Valentiæ, & si dictum iuramētum præstare recusauerint habeātur pro priuatis, dicit for. de popula. ad foros Aragonum in Regno Valētiæ, Molin. in d verbo iuramentum. de iuramento Domini Regis, & suorū offi. Omnes siquidem officiales tenentur iurare, vt dictum est supra, ex regula for. vt omnes officiales iur. & iuris in auten. de iur. iurādo, quòd præsta. ab his qui administ. susci. col. 2. Paris de Pudeo in dicto verbo Iustitia. versi. iuaamentum.

8 ✝ Vlterius dictus Regēs, vt possit exercere debet habere Assessorē, nā ex dispositione forali dictus Regēs, licèt possit quædam sine Assessore prouidere, vt appellitus, emparas, recommendationes, citationes, captiones, cætera tamen expediēda sunt per dictū Assessorem: vt de his omnibus habetur in foro de offic. Regen. offic. Guber. & dictus Assessor debet esse Iurisperitus, pro vt dictū est de Vicecancell. Primogeniti, & vt is exercere possit, tenetur similiter iurare, vt dicit dictus forus de offic. Regen. offic. Guber. & fo. de Regen. offic. Guber. & offic. suæ Curiæ: de cuius Assessoris officio infra dicetur, indiget ergo dictus Regen. offic. Guber. dicto Assessore, nam licèt habeat Alguaziriū, Notarium, & Portarium, poterit tamen cum Supraiunctariis D. Regis exequi suas sententias: vt dicit fo. Supraiūctarij de Supraiuncta. & similiter Scriba mandati: solum ergo necessariò indiget Assessore, vt dictū est, quia ex forali dispositione, non potest sine eo causas expedire. De cæteris eius officialibus, videlicet Alguazirio, Notario, Portario infra dicetur.

Quinta Quæstio.

SVMMARIVM.

1 *PRimo ostenditur præmittendo ex diuersis foris. Quòd Procurator generalis, & Guberna. Aragonum pro eodem supponuntur, similiter gerens vices Procuratoris, & Regens officium Gubernationis.*

2 *Maiordomus, & Gubernator an supponantur pro eodem afferuntur, hinc inde rationes.*

3 *Officiū Gubernationis est maius omnibus officiis Regni, & id quare, & quomodo intelligatur.*

4 *Locumtenens generalis, & Gubernat. an idem officium supponant, & in quo vnus alium superet, vel alter ab altero superetur diligenter, & curiosè examinatur.*

5 *Alia est potestas, & iurisdictio Gubernationis, si eius officium Regatur per primogenitum; & alia si regatur per Regentē, et licet per for:*

for. Quia secundum. videatur in omnibus transl.ta in dictum Regentem: nihilominus tamen exercentur plura per Primogenitum, quæ per Regentẽ nõ possunt exerceri, & distinguuntur, & differunt vterq; quoad honores, & munera.

6 *Primogenitus in signum, quod est Rex decoratur in hoc, quod in sua Curia habet eosdem officiales, quos Dominus Rex. Et officiales Curiæ. dicti Primogeniti, creantur per eundem primogenitum Guber. & ibi quod Supraiunctarij Portarij creantur à domino Rege.*

7 *A Primogenito non appellatur, sicut à domino Rege, non potest appellari.*

8 *Primogenitus iure proprio, & inuito patre, est Gubernator, & exercet officium: ideo Rex Ioannes dum esset Infans, & Primogenitus, firmauit contra Regem Petrum, eius patrem.*

9 *Regens distat à præmissis, quia Rector prouinciæ censetur, & ad summum cũ in Regia Audientia præsidet. præsidi prouinciæ comparatur, & obiter de Rectore Prouin. & præside, an idem esset officiũ, apud Romanos, vel diuersa.*

10 *Regens in sua Curia nõ habet officiales quos Primogenitus, sed solũ habet Assessorem, vnũ Alguazir. Portar. & Notar. & dicti officiales non creantur à Regente, & ab ipso, vt Rectore prouintiæ potest appellari, quod est immutatũ quando in Regia Audientia præsidet per for. 1528. & similiter nullus inuito Rege potest esse, Regens, & iuxta tenorem prouisionis, potest amoueri pro libito Regis.*

11 *Considerando vim, & potestatem officij Guber. Circa negotia distinguuntur negotia, quia quædã sunt reseruata domino Regi, quædam ei & Primogenito, quædã ei Primogenito, & Regen. quædam eisdem, & Iustitiæ, quædam soli Iustitiæ: nam de iure plura reperiuntur reseruata principi, de foro similiter reperiuntur plura reseruata domino Regi.*

12 *Elongatio debitorum, est de principi reseruatis, in Regno: & quis literas elongamenti concedat.*

13 *Elongamenti litere, quibus concedãtur, & concedi possint.*

14 *Quibus litere elongamenti dirigantur.*

15 *Litere elongamenti, in quibus casibus concedi non possint.*

16 *Quando dicta, elongatio concedatur.*

17 *Quæ contra literas elongamenti opponi possint.*

18 *Elongamenti effectus quis sit.*

19 *Creatio notariorum est de principi reseruatis in Regno.*

20 *Quis possit creare Notarios.*

21 *Et quis creari Notarius possit.*

22 *In instrumentis conficiendis quæ obseruare Notarius debeat.*

23 *Qualiter Notarius, teneatur instrumenta recepta, in publicam formam redigere.*

24 *Diuisio terminorum, est de principi reseruatis in Regno.*

25 *Finium regundo. actio qualis sit.*

26 *Vnde finium Regun. actio oriatur.*

27 *Finium Regud. actio cui competat.*

28 *Hanc actionem intentans, quæ sit probaturus.*

29 *In iudicio diuisionis terminorũ, qualiter, procedatur.*

30 *Fines, seu moliones terminorũ, quot modis probentur.*

31 *Finium Regun. actio, quanto tempore duret, seu præscribatur.*

32 *Infantionum salua, est de principi reser-*

reseruatis in Regno.
33 *Qualis sit hominum conditio in Aragonia.*
34 *An quis poßit creari Infantio.*
35 *De effectibus, siue priuilegiis Infantionum, & traditur notabilis differentia, inter Infantiones, ex priuilegio, seu de carta, & Infantiones, natos.*
36 *Infantionum priuilegium, circa eorū personas.*
37 *Eorundem priuilegium, respectu regalium seruitutum.*
38 *Infantionis causa coram quo ventilé tur.*
39 *Infantionia quibusmodis probari poßit: vbi de salua Infantionatus non nulla.*
40 *In Infantionis processu qualiter procedatur, tā super poßeßione, quā super proprietate.*
41 *Infantionia, seu eius priuilegium qualiter amittatur.*
42 *Commißio causarum, cum clausula appellatione remota, est etiam de reseruatis, domino Regi: & ibi obiter, an à Primoge. Guber. appellari poßit.*
43 *Licentia faciendi boalare, vltra id quod vniuersitatibus conceditur, scilicet, quantum cōtinet vna ballista (vt dicit forus) est etiam de reseruatis domino Regi, & traditur notabilis differētia inter ius pascendi competens vniuersita. de foro, & quod ex pacto. vel alio titulo competit.*
44 *Creatio militis, est etiam de reseruatis, & huius occasione, nonnulla de militia tractantur.*
45 *Quis poßit milites creare.*
46 *Qui creari milites poßint.*
47 *De solennitate quæ in militis creatione obseruatur.*
48 *Militie effectus, seu priuilegia.*
49 *Militia, & eius priuilegium qualiter amittantur.*
50 *Militis exauthoratio, seu degradatio, est etiam de reseruatis domino Regi, & traditur forma, & solennitas illius, quæ tamen vix est in vsu.*
51 *Status restitutio, & natalium purgatio, & ea quæ ad remißionem, & indulgentiam pertinent reseruata sunt domine Regi, et an ista etiam Primogenito Guber. competant.*
52 *Nominatio cōsiliariorū Regiæ Audientiæ, tam super ciuili, quàm super criminali; est de reseruatis.*
53 *Conuocatio Curiarum, est de reseruatis domino Regi, adeo, quód nec per Locumtenen. gene. conuocari poßunt.*
54 *Ex maxima tamē, & vrgenti neceßitate, conuocari poßunt, tam per Primoge. quàm per Locumtenen. gene. adeo quod aliquando per Regen. offic, Guber. & Iustiti. Arago. Regnum fuiße conuocatum legimus.*
55 *Sunt quædam reseruata domino Regi, & Primogenito, quæ neq; Regen. offiic. Guber. neq; Iusti. Arago. nec aliis officialibus copetunt, & nonnulla in quibus Primogenitus domini Regis præ cæteris honoratur enumerantur, cum tribus num. sequentibus.*
59 *Reseruata domino Regi, & primogenito, circa causarum cognitionem, & expeditionem.*
60 *De euocatione causarum quæstiones proponuntur.*
61 *Euocatio quid sit.*
62 *Quotuplex sit euocatio.*
63 *Quis causas euocare poßit.*
64 *Quomodo euocatio fieri debeat.*
65 *Quæ causæ euocari poßint.*
66 *Quando causæ euocari poßint.*
67 *De quibus locis causæ euocari poßint*

Quis

tur Iustitiæ Aragonum.

149 *Quæ in Curia Primogen.Guber. expediuntur, aliquibus exceptis, possunt expediri, etiam in Curia Regen. offic. Guber. & multa exempla proponuntur nu.*150.

150 *Fori loquentes de potestate, & iurisdictione Regen.offic.Guber. à fortiori procedunt in Primogenito, & quare in aliquibus for. & obser. de Regen.offic. Guber.potestate tractantibus, non fiat mentio Primogeniti.*

1 IRCA quintã quæstionẽ, qualis sit eius officij scilicet, Gubernationis, vis, potestas & iurisdictio, est primò aduertẽdum pro declaratione fororum, ex quibus præsens quęstio terminatur, quòd ista duo supponunt pro eodem, scilicet Gubernator Aragonum, & Procurator generalis, nam loquendo de dicto officio quandoq; fori vtũtur isto verbo Procurator, quandoq; isto verbo Gubernator, quãdoq; vtroq; simul, mediãte dictione seu, quæ in ducit repetitionem eiusdem multiplicatis verbis: vt in cap. exceptionis, delit. contesta. in 6. ibi exceptionẽ, seu deffensionem, quia vtraq; deffensio est, vt dicit Albe. in suo dictiona. versicul seu, vt est videre in prooem. Regis Iacob. in dicto volumine Francisci Cortes, dicitur Ferdinandus Infans Procurator Aragonum in Fo. de 2. confirmone. faciemus iurare præmissa per inclitum Infantem Iaco. Charis. primog. nostrum, Procuratorem Aragonũ, & in declara. priuileg, præsente Infante Alphonso charissimo Primog. & general. Procurat. nostro, & alibi sæpe, idem in Regente officium Gubernatio. qui quandoq; in foris appellatur, gerens vices Procuratoris in for. vt debitum non pos. proba. per lite. sigilla. de nobilibus iurat Artaldus de Luna, gerens vices Procuratoris Arago. quandoq; fori de dicto officio loquentes locuntur per verbum Gubernator, in for. de censu. ibi las sentencias que se daran por nos, o por Primogenito Gouernador, & in for. de offic. Alguaziriorum, ibi, los Alguaziles del Primogenito Gouernador, & in for. de offic. Iustitiæ Arago. que la persona del Iusticia ni por nos, o el Primogenito Gouernador, & alibi sæpissime, idem in Regente offic. Guberna. in omnibus foris de Regent. offi. Gubern. & alibi passim, quandoq; inseritur, vtrunq; verbum, scilicet Gubernator & Procurator, vt in for. Quia secũdum. quò 1 Regen. offi. Gubern. ibi sic quòd Gubernator, seu Procurator Aragonum, & ibi loquendo de dicto officio, à persona separato, statu. inquit quòd de inceps offic. Guberna. seu Procurat. & idem in for. Statuimus, Quòd primogen. pos. offic. Gubern. seu Procura. & in for. de Iuramẽto pręstando, iurat Regens offic. Guber. seu Procurationis Arago. Et in for. actus cur. super reddi. Rega. ibi Primogenito, ò Gouernador general, & in Obser. Not. quod tres. de foro compe. ibi, infans vel Gubernator, & in diuersis, & quàm plurimis alijs for. cùm ergo, fori loquentes de dicto officio Guber. loquantur, quãdoq; per verba Gubernator, quandoq; per verbum Procura. coniungendo dictos foros, quod argumentum à coniunctione legum validissimum est: vt per Ias. & alios in. l. Gallus. §. ille casus indificili de lib. & posth. cõsequens est vt ij duo termini

mini, Gubernator, & Procurator, pro eodẽ in for. supponi. dicantur.

2 † Præterea secundùm Vitalem in lib. in excelsis ex his quæ dicit in titulo de Sententiis, & Appella. videntur supponi pro eodem Dispẽsator Domus Regiæ, seu Maior domus Aragonum, & Gubernator, seu generalis Procurator: nam vt ipse dicit in d. tit. de Iudi. post Regem autem, dispensator domus Regiæ, qui dicitur Mayordomus in iudicãdo, obtinet Principatum, & sic est idem dicere, quod dicit fo. Quia secundum .dum dicit, quòd officium Gubernationis est maius aliis officiis. Item dicit Vitalis ibi, quód dictus Mayordomus euocat causas, quod ad Gubernatorem ex dispositione forali noscitur pertinere: vt in declaratione Priuilegij gener. c. 13. vbi permittitur euocatio in dif ferenter in Curia Regia, & in factis Gubernatoris, & eo adueniente, conquiescit officium ordinariorum, si à dicto Mayordomo fuerit imperatum, sicut, & per aduentum dicti Gubernatoris, conquiescit exercitium ordinariorum, præcipiendo, id est, euocando, prout quotidie fit, vt refert Bages in Obser. Not. quòd tres. de fo. compet. qui asserit Mayordomum, non posse cognoscere de re-fer. D. Reg. refferendo Vitalem in titulo de diuersitate Iudicum in §. post Regem, & sic ab effectu resultat etiam officium Mayordomi, esse dictum Gubernatoris officium, nam sicut Dominus Rex dat Salua guardiã, ita & Mayordomus, vt elicitur ex fo. de viola. rega. protectio.

Item quòd Gubernator, Procurator gener. & Mayordomus pro eodem supponatur maximè, quia idẽ Vitalis in tit. de sententia, & appellat. hoc exprimit, asserendo posse appellare ad Mayordomũ, seu Procuratorem, aut Gubernatorem Aragonum, & hoc asserit in dicto vol. fororũ Vitalis, qui est domini Frãcisci Cortes, licèt quo ad hoc, si Gubernator erat idem quod Mayordomus, posset dubitari, ex his quæ idem Vitalis dicit in d. titu. de Iudici. vbi declarando officium Mayordomi asserit, eum non posse sententias ferre, sed illę sunt ferẽdæ per Iustitiam mayorem, qui vt creditur est Iustitia Aragonum, vel per iustitias locorum; sequi ergo videtur Gubernatorem, qui Iudex est, & sententias profert, à Mayordomo differre, vt infra dicetur. Item in dicto libro Francisci Cortes in d. tit. de senten. & appella. ibi quòd potest appellari ad Mayordomum, seu Gubernator. illud verbũ Gubernator, seu Procurator, non reperitur in aliis Codicibus dicti Vitalis, quia in eis tantùm dicitur, quòd possit appellari ad Mayordomum: prætereà in d. volum. fororum antiquo. de romancio dicti Francisci Cortes in procem. Regis Iacobi enuntiantur, officium Procuratorgener. Arago. in personam Ferdinandi Infantis, & officium Mayordomi in persona Petri Cornelij, & sic necessariò infertur, quòd erant officia diuersa, si id verùm est, quòd tempore celebra. Curiæ per Iacobum primum Hoscæ Ferdinandus Infans patruus Regis Iacobi erat Procurator Aragonũ & Petrus Cornelius erat Mayordomus.

3 † Secundùm est præmittendum, quòd dictũ Gubernationis, seu Procurationis generalis officiũ, est maius omnibus aliis officiis iurisdictionalibus præsentis Regni, vt dicit dictus forus Quia secũdũ, quòd Regẽs offi. Guber. sit mil. simplex, ibi cũq; officium Gubernationis Aragonum, maius aliis officiis nostri Regni

ni existat, & hoc non mirum videri debet si vt dictum est supra in 3. quæstione huiusmodi officiũ opponatur officio Cæsaris, pro vt opponit Eguinarius Varo. in Commentariis de beneffi. ad Obertum Hortensium in titul. de acquiren. benefic.cap. 6. quod Cæsaris officium est immediatè maius post Imperatorem, vt declarat Hieronym. Cagnol. in repe. tub. procem.ff. veter. num. 58. & Hieronym. Çurita 2. parte lib. 6. fol. 4. vide quæ supra dixi in d. quæst. 3.

Præterea vt latè diserit Francis. Marci. decis. 626. Gubernator est Locumtenens Principis, qui habet regimen Prouinciæ, & potest exercere ea quæ sunt meri, & mixti imperij, l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. Pręsid. vrb. vbi Bar. & Ioan. de Plat. l. 1. C. de excusa. muner. lib. 10. Et dicitur Proconsul, vt ibi, & idem decis. 618. tractans de viribus, & potesta. Guber. differit si potést concedere prouisiones, cum clausulis non obstantib. & motu Proprio, & decis. 619. agit si potest consensum præstare his, quæ speciale mandatum requirunt, tandem per tex. in l. Et ideo, ff. de offic. Procon. & Lega. dicit Marc. Ant. Natta consi. 54. n. 6. quòd huiusmodi Gubernator, seu Prouintiæ Præses, dicitur habere maius offic. aliis, post Prin. ex quo est Præses Prouintiæ, & ei comparatur: vt dicit etiam Neuiz. consil. 83. nu. 2. cum sequen. facit quod dicit Bages in obs. 3. Actus Cur. vbi si propriè verba summantur asserit, Primogenitum Gubernatorem esse Locumtenen. D. Regis, nam dicit ibi, quòd postquam Primogenitus est maior 14. annorum, non potest Dominus Rex facere alium Locumtenen. general. nisi ipsum Primogenitũ, nisi Rex, & Primogenitus esset absens à Regno: deniq. si Gubernator gener. Procurator gener. & Præses Prouintiæ, & Locumtenẽs gener. pro eodẽ supponũt, certũ est de iure esse maius cæteris officiis Regni, vt dicunt Fran. Marci. & Neuiz. vbi supra, per d. l. Et ideo. ff. de offi. Proconf. & Lega. de Procuratore gener. quòd is sit Præses Prouintiæ, id etiã deducitur ex Euãgelio dũ dicitur, in eo: procurante Pontio Pilato Iudæam, & alibi Præses dicatur: deniq. hij termini in viã iuris sinonymi sunt.

De foro tamen, debet considerari si Locumtenens generalis, & Gubernator pro eodem supponãtur, & importent idẽ officiũ, & per supra dicta videtur dicendũ quòd sic, ex quo fori, vt dictũ est supra, recipiũt declarationẽ, & interpretationem à iure communi: de quo per Ang. & Paul. de Cast. in l. si stipulatusfim Dãnas ff. de verbo. oblig. Natta cõs. 172 nu. 14. tamẽ ex alio videtur per quãplures foros esse diuersa officia, tũ quia inter Locumtenen. & Primogenitũ Gubernatorẽ apponitur copula, quæ solet inter diuersa poni: vt not. in Rub. de Iur. & fact. igno. & alibi sæpe, tũ quia maiores effectus producit, & operatur Locũtenẽs gener, quam Primogenitus, nã Primogenitus non cognoscit de reseruatis Locumtenenti, vt infra latè dicetur, & sic vt diuersa officia censeri debẽt, & iudicari.

Pro declaratione tamẽ præmissorũ quæ multũ iuuant, pro decisione quęstionis principalis, ego cõsidero, quòd potestas, & iurisdictio Locũtene. regulatur solũ à commissione, & potestate sibi in eius prouisione à Rege cõcessa, in Primogenito verò cõsiderari potest sibi à lege esse tributam

tributam iurisdictionem, quandoq. etiam à Rege ex commissione sibi facta, quando fieri solebat commissio, vt dictum est supra in 2. quæst. prin. vbi actum fuit si Gubernator, seu Procurator gener. indigebat mandato, quoniam si vera est sententia Glosatoris Bages in obs. 2. actus Cur. quòd debeat habere mādatum Gubernator, seu Procurator generalis, quod rectè iudicetur eū esse Locumtenen. domini Regis, & dum eum habet, nō potest alium facere, tamen ibi diximus, quòd ex quo per dictū forum Statuimus. sub Rubri. Quod Primoge. maior 14. annorum &c. Dicto Primogenito datur exercitium iurisdictionis, quòd non indiget mandato patris, & consequenter est necessariò dicendum, quòd sibi à lege est attributa potestas, & iurisdictio: ante vero dict. for. Statuimus. ex quo dictum exercitium non ita à foro erat radicatū in dicto Primogenito, nam detegitur alios à Primogenito fuisse Gubernatores, & quidem Rege habente Primogenitum, vt fecit Rex Petrus, qui fecit Procuratorem generalem, & Locumtenentem fratrem suum Ferdinandum, eo habente Primogenitum, vt refert Curita par. 2. lib. 9. c. 14. fol. 215. quod fecit Rex Petrus anno 1357. De quo dixi supra: dicimus sententiam Glosatoris veram esse, vt mandato præcedente, Gubernator exerceret, & quidē eo tempore, & casu, credamus regulari potestas Gubernatoris, à regali mandato, & sic asserit dictus Çurita in dicta 2. parte lib. 8. c. 54. fol. 193. quòd transmigrante dicto Rege Petro cum exercitu in Insulā Sardiniæ, dimisit in Procuratorem generalem Regnorum istorum, Infantem Petrum, cum amplissimis potestatibus: ita quod circa eius iurisdictionem, & facultatem ad eius mandatum amplum habebatur relatio, & ita dictis priscis temporibus Procuratorem, Gubernatorem, idē supponere, videtur posse defendi, sicut de iure supponunt, licèt modò non ita iudicari possit, vt dictū est, nam secundùm varietatem temporum, statuta quoq. variantur humana, c. cum M. Ferrarien. de consti. videmus nunc non eosdem effectus operari iurisdictionem, & potestatē Gubernatoris, seu Regen. offi. Gub. siue is sit Primogenitus, siue is sit miles simplex, cum ea quæ Locumte. gener. tribuitur à Rege, vt dictū est, nam Locumtenens gener. cognoscit de reseruatis domino Regi, & hoc virtute verborum positorū in eius regali prouisione, scilicet ponentes vos in locum, & ius nostrum: quæ verba, vt dicit Pe. de Bellug. in Specul. Prin. tit. de potestate Locumtenen. gener. nu. 4. operantur hūc effectum, vt videatur constitutus Procurator in rem suam, & proprio iure Locumtenens exercet vtiliter, quid quid ad Regem pertinet, vt in casu legis qui quadringenta. ff. ad Trebel. & ibi Angel. & Imol. Et idem Angel. in l. si cum emptore, ff. de pact. & in l. 3. ff. de Noua. vel saltem est verùm quòd per illa verba dicitur habere mandatum cum libera: Bar. l. in prouintiali, §. si ergo. ff. de No. ope. nuntia. ex quo mādato, potest ea etiam, quæ speciale mandatum requirunt. cap. qui ad agendū extra de Procura. Sed non est dubium Principem, seu Regem, & causas meri imperij quæ indelegabiles sunt de iure, l. 1. ff. de offic. eius cum concordantiis. Et etiam omnia illa, quæ in signum priuilegij, & prærrogatiuæ singularis, sunt

Principi reseruata posse cõmittere, vt notatur c. quòd translatione de offic. lega. & sic meritò virtute talis Regię prouisionis poterit dictus Locumtenen. ea omnia, tanquam si specialiter essent sibi commissa, & ita videmus dictum Locumtenen. committere causas finium regundorum elonga. & creatione Not. sicut idem Dominus Rex, committit, & hoc est quod sentit Molin. in verbo Locumtenen. versic. penul. Et per quæ verba intelligantur commissa illa, quæ sunt domino Regi reseruata, ponit Felin. c. quæ in Eccle. 3. colu. versi. quarta declaratio, Bossius in tit. de Principe. nu. 891. cum seq. ibi, & in titul. de regal. ponit plura pro declara. eorumq. dicit Bellug. & quòd ista cognitio competens Locumtenen. de reseruatis, resultet à vi verborum prouisio. constat, ex quo à dispositionibus foralibus non est aliquid cautum super eo, deniq. iurisdictionem dicti Locumtenen. intelligimus regulatam a vi verborũ commissionis, in his quæ à foro cauta non sunt: Primogenitus verò nullum mandatum suscipit à patre, nec illo indiget, vt dictum est, idq. ostẽdunt fori, nam post dict. for. statuimus: saltem fori Calatayubij, & ab vnde iam de dicto Primogenito, & eius iurisdictione loquuntur, sine expressione qualitatũ dicti officij, tanquam sibi a lege competens, & similiter Reg. n. offici. Guber. qui mandato suscepto, de exercendo iurisdictionalia quæ ad dictum offic. Guber. a foro competit, verùm est eos non posse exercere, nisi ea quæ in vim fororum exercere valent, & sic de reseruatis domino Regi non se poterant intromittere.

Hoc supposito resultant duo ex præmissis, primum quòd potestas Locumtenen. domini Regis regulatur à Regia commissione, & potestate in ea concessa & attributa: iurisdictio verò Primogeniti Gubernatoris, seu Regentis officium dictæ Gubernationis, regulartur ab ipsis foris, ita vt ex eis deprehendatur eius vis, potestas, & iurisdictio. Secundum quòd ex ipsis foris constat ipsum Gubernatorem, non posse cognoscere de reseruatis, vt infra latè dicetur. Ex quo videtur dubitabilis dicta conclusio præmissa, quòd officium Gubernationis est maius omnibus alijs officiis Regni, quia Locumtenens generalis potest omnia quæ Gubernator, & insuper cognoscit de reseruatis, de quibus Gubernator non se potest intromittere, vt infra latiùs dicetur: & sic videtur, quòd non est maius officio Locumtenentis, imo dictum officium Locumtenentis generalis, est maius cæteris ex præmissis: & ideo anteponitur in ordine litere ipso Primogenito, vt est videre in omnibus foris Calatayubij, facientibus mentionem de omnibus, anteponitur Locumtenens ipsi Primogenito Gubernatori: vt in foro Coram quibus dominus Rex, & Locumtenen. & Primogenitus iurare teneatur, & alibi sæpe, nisi dicamus, id verum esse, tempore æditionis dicti fori Quia secundum. sub rubrica Quod Regens officium Gubernationis sit mile x simplex: vbi id asseritur, quòd dictum officium Gubernat. est maius cæteris officiis Regni quo tempore pro eodem supponebant. Gubernator, Procurator generalis, & Locumtenens generalis, per ea quæ supra dicta sunt, vel si id verum non est, quòd eo tẽpore nõ erãt idẽ, sed diuersa officia,

quòd

quòd dicta cõclusio foralis intelliga tur de officialibus habentib' iurisdi ctionem ordinariam ab ipso foro regulatam, nõ verò de officiali: id est Locumtenenti generali qui, suã potestatem, & iurisdictionem habet regulatam à regali p ouisione, & elicitam ex verbis eiusdem, vt di cit Petrus de Bellug. vbi supra, nam ex dictis verbis(ponentes vos in locum nostrum)efficitur alternos, & nulli dubium, dictum officium Locumtenent. esse maius cæteris officiis Regni, respectu exercitij iurisdi ctionis, quia vt dixi exercet ea omnia, quæ Primogenitus, & vltra exer cet ea quę sunt de reseruatis, licèt ali quo respectu, dictum officium Gubernationis, sit maius in eo, quòd Primogenitus Gubernator existens in exercicio sui officij, facit cesare officium dicti Locumten. scilicet per for. Quod dominus Rex, non pos. face Locumt. general. & ex eo etiam quia dictus Primogenitus Gubernator, opponitur Præfecto Prætorio, Locumtenen. verò, opponitur Præsidi, vel Proconsuli, vt dictũ est supra proximè, & infra latè dicetur. Et sic respectu adequationis ad officia de iure introducta, maius videtur officium Gubernationis, quã Locumten. cùm Præfectus Prætorio, sit multò præexcellentior, ipso Præside, vel Proconsuli, vt ex tit. de offi. Præfec. Præto. & tit. de offi. Procons. & de offi. Præsi. de sumi potest, & infra dicetur. Et in plurimis foris æditis per Reginã Mariã, ante Locũte. generalẽ, ponitur Primogenitus, vt in foro de officio Alguaziriorũ in for. Quòd offi. executo. & minis. iuris. reg. sint secula in fi. & in for. Los Lugarestenientes de offi. Iusti. Arago. in correctis, & in fo. de iuramento vendi. & in for. 1. de offi. Locumte. & Primoge. licèt in rub. contra, & in fo. de processu super Notor. & in foro de officialibus alie nige. & hoc est quòd voluit dicere Mol. in verb. Regens versi. Regen. offic. Gubrnationis Curi. vbi dicit quòd in Primogenito est mai' aliis.

Tertio propriùs accedendo ad materiã propositæ quæstionis, est ad vertendum quòd huiusmodi offic. Gubernationis, seu procurationis generalis, potest regi vt dictum est, vel per Primogenitum, vel habentem iura Primogenituræ, maiorem quatuordecim annorũ, vel per militem simplicem: & licèt forus. Quia secundum quòd Reg. offic. Gubernationis, disponat, quòd dictũ officium, regatur per militem simplicẽ, qui vtatur, & debeat vti dicto officio, & habeat officium iurisdictionis ciuilis, & criminalis eiusdem, & sic videtur, quòd ea omnia quæ pertinent ad dictum officium, exerceantur per militem, sicut exercebantur per magnatem, seu Primogenitum: nihilominus tamen plura exercentur per Primogenitum, quæ per militem Regentem officium Gubernationis exerceri non possunt; Primogenitus enim in Curia sua ferè omnia potest exercere, quæ dominus Rex exercet in eius curia, exceptis domino Regi reseruatis: Bages in obseruantia 4. de appella. nam Primogenitus Gubernator, Præfectus Prætorio appellatur, à quo non appellatur, sed supplicatur, secus à Rectore prouintiæ, qui est Regens officium Guber. vt dicit Bages in Obseruantia in Curiis quas illustrissimus Rex Ferdinandus. post mediũ Actus curia, & in obser. domino Rege de appella. in cuius Præfect Prætorio locum, succeedunt Reges nostri temporis: Bal. in l. 2. C. de appella tio.

tio.Bart. in l.omnes populi.de iust. & iure num.8. & sic idem officium tum domino Rege habere videtur tam nomine,quàm re: Rex inquam iuuenis appellatur Primogenitus Gubernator, in Regno successurus, c.cepit Erminigildus 24.quęst.1.Bal. & Iass.in l.in suis.ff.de lib.& posthu. Oldra. consil. 94. ponit plura notanda glosa in verbo Rex iuuenis, in tracta. contra Rebell. artic.2. primi tractatus. 6. conclu. fol. 23. & idem in 6. & 7. & etiam dominus potest appellari, sicut pater, vt dicit Ioan. de Terra Rub.ibi,in d. 6. conclu. quòd in Primogenito.d.Regis Arago.clarè detegitur, cum per Aragonenses dictus Primogenitus iuratur,in dominum de præsenti, & Regem post dies patris: vt vidimus supra in 4. quæst. prin.in 2. requisito,deniq.nomine, idem officium habere videntur, quia vterq, Rex appellatur, vterq. Præfecti Prætorio dicuntur, vterq. domini,& in dominos iurantur.

Prætera dictus primogenitus, decoratur vltra nomen, vt supra dictum est,etiam re, quia sedet à dextris patris. c.quàm periculosum.vbi glo. 7.quæst.1.Ter. rub. in d. trac. contra Rebell.1. tract.in.2. articulo vbi de iuribus Primoge. in.2. & 4. conclu. fol. 22. & 23. glo.in l. decernimus.C.de Sacro.S.Eccle.vbi Bal. dicit quod Primogenitus Regis, sedet à dexteris Regis,tum ad dexterã Dei sedet in gloria Patris, vide plura de eis,& quæ per manum dexteram significantur per glo. not. in d. 4. conclu. 2. articuli primi tracta. contra Rebell. in verb. à dexteris patris.

Sed videtur dicendum,quòd ista non obeniunt Primogenito ratione officij Gubernationis, & Procurationis, sed ratione filiationis, & Primogenituræ,cuius filiationis, & Primogenituræ causa,& ratione dicuntur sibi plura competere: vide Mol. de Primoge. c. 2. lib. 1. vt est ius succedendi in Regno, quæ consuetudo est iuri conformis, vt per plura comprabat Terrarub. in d. 2. articul. pri.tracta. fol. 21. 1. conclu. quòd habeat præceteris fratribus excellentiorem vestem, ibi conclu. 2. quòd præceteris honoretur, ibi conclu. 3. quòd sedeat à dexteris patris, vt dictum est, ibi cõclu.4. quòd competat ei ius conregnandi, vt ibi conclu. 5. quòd sit Rex iuuenis, & quare iuuenis appelletur. ibi 6.& 7. conclu. ex quo in .8. conclu. infert quòd si Rex appellatur,regimen debet habere, & propterea posset dici quòd potiùs Gubernatio, & procuratio competit ratione Primogeniture ipsi Primogenito,quàm quod ratione Gubernationis competant præmissi honores:non enim quia Gubernator ideo Rex appellari, nec vt Rex honorari debet, etiamsi dictum Gubernationis officium opponatur Cæsari: vt dictum est supra in 2. quæst. & dicit Hieronymus Çurita in 2.parte fol. 4. que el Cesar aunque tenia las vezes del Emperador en paz y guerra, pero que se diferenciaua en el asiento que tenia la silla medio palmo mas baxa, que la del Emperador, y en el vestir,que el Emperador yua de colorado,y el de azul.Et sic videturquòd præmissi honores, non debentur à foro,ratione dicti officij Gubernationis, seu procurationis, sed ratione filiationis, & Primogenituræ, non enim personis magni status quę dictum officium regebant debebatur: propterea, nec Reges nominari,nec à dextris Regis sedere: licèt

licèt Bages contrarium dicat, quòd ideo exercet iurisdictionē, non quia Primogenitus, sed quia habet mandatum à patre, vt dictum est supra in 2. quæst. prin.

6 † Præterea dictus Primogenitus Gubernator, dum Primogenituræ, & Gubernationis. titu. fungitur, sicut fungebatur Rex Petrus 2. vt idem asserit in proœ. in 2. Curia quam Aragonensibus celebrauit Cæsaraugustæ, decoratur alio honore, quia insignum quòd est Rex, tenet omnes Officiales, quos Dominus Rex tenet in curia sua, vt dicit Bages in Obser. penul. de lit. contes. & deducitur ex foris de offi. Cancella. & Vicecancel. vbi habet Cancella. Vicecan. Regen. Cancell. sicut dominus Rex, Alguazirios duos vt in for. de Alguazi. & offi. Alguazi. Supraiūctarij: similiter sicut tenētur exequi mādata, & prouisiones domini Regis, sic etiā prouisiones Primogeniti, Gubernatoris, & sic tenētur inseruire Curtæ Infantis sicut Curiæ Regis, vt in fo. Supraiunctarij de Supraiuncta. & in aliis foris dicti titu li: similiter etiam de Portariis dicendum est, vt Curiæ Infantis, sicut Curiæ, domini Regis teneantur inseruire: vt in for. de Porta. similiter de Scriptoribus dicendū est, vt Protho. Scribas mandati habeat, sicut dominus Rex, vt in for. vbi Reges. & in foro, de Prothono. & sic dictus Primogenitus, circa officiales, & ministros iurisdictionis, eodem honore decoratur, quo dominus Rex, adeo vt vterq. suum Procuratorem Fiscalem habeat for. 1. de Procura. Fisca.

Possct dubitari, an creatio dictorum officialium Primogeniti, pertineat ad dictum Primogenitum, vel ad dominum Regem, nam ex quo à domino Rege emanat omnis iurisdictio, videtur quòd ad eum spectet creandorum officialium iurisdictio, & potestas, vt dicit Auenda. de exequen. manda. reg. lib. 1. cap. 1. in prin. & dictum est supra in 1. quæst. in fi. & ita videmus quòd dominus Rex Petrus, quando in Insulam Sardiniæ ad eam debellandam transfretauit, dimisit in Procuratorem generalē, Infantem Petrum, eius patruum, & nominauit in principalem, seu Vicecancellarium sui consilij, à micer Bernardo de Olzinillas, vt refert Çurita in 2. parte lib. 8. cap. 54. fol. 193. Similiter etiam videmus, quòd licèt fori loquantur de Vicecancel. & Regen. Cancella. Locumtenen. domini Regis: nihilominus ipsi à Rege creantur, vt videmus, præterea Assessor Regen. offici. Guber. est officialis ipsius Regen. & tamen non creatur ab eo, sed ab ipso Rege, & sic non videtur inferri, ex dictis foris loquen. de Cancella. Vicecancel. Regen. Cancella. domini Primogeniti, & Alguaziriis, & aliis offic. eiusdem, quòd sint eius officiales, & propterea ab eo creentur.

N oppositum videmus: nam dictus dominus Rex Philippus, dū Primogenituræ, & Gubernationis titulo fungebatur in annis 1547. & 1552. creauit suum Regentem Cancellariam, Petrum de Almenara, & D. Descoron, vt dictum est supra in 4. quæstio. prin. pro quo facit Obseruantia 2. Actus Cur. vbi donec sit ætatis viginti quinq. annorum, debet Primogenitus tenere Vicecancellarium, & Regentem Cancellariam Aragonenses; ef-

fectus

fectus tamen maior viginti quinq. annorum, potest illum tenere de natione qua maluerit, si ergo eius arbitrio, & non alterius relinquitur eius erit creatio, & constitutio dicti Vicecancell. & Regen. facit præterea for. 1. de offi. Cancella. ibi teneatur Primogenitus tenere Cancella. Aragonens. Episcopum, vel Archiepiscopum: ita quod ipse oneratur à for. ad tenendum, siquidē si creatio ad patrem spectasset, non oneraretur filius, nec prohiberetur tenere Cancellarium alienigenam, sed pater fuisset à foro prohibitus, creare Cancellarium Primogenito, nisi Aragonensem.

Supraiunctarij, & Portarij, quorum numerus certus est, creantur à domino Rege, vt dicunt for. de Supraiuncta. & Porta. & Locumtenen. Supraiunctariorum, à Depputat. Regni Aragonum, vbi casus se offerat necessitatis, vel diminutionis numeri dictorum Supraiunctariorum, vel Portariorum, siquidem se offerant præmissa regnante Primogenito, nulli dubium quin ab eo potuisset numerus suppleri, idem de scribis mandati, & aliis officialibus, qui omnes officiales debent esse Regnicolę, & ideo dicta Obser. 2. Actus Cur. est correcta per dictum fo. de offi. Cancel. & Vicecancella. vt dictum est supra in 4. quæstione princ.

De eius Procuratore Fisci, dubitari non potest si ab eo constituatur, cùm illud expressè caueatur in for. t. de Procura. Fisci. vbi dominus Rex ait, quòd Procurā. Fisca. qui ab eo, vel Primogenito constituentur, vltra salarium constitutum non recipiant, facit for. Item por conseruacion sub rub. for. Inquis. Cæsaraugustæ. fol. 220. vbi in constitutione officialium, datur parificatio inter Regem, Locumtenent. & Primogenitum. Item sicut dominus Rex, ita & Primogenitus in casu necessitatis potest creare vltra numerum statutum Alguaziriorum, For. Como por fuero. de Supraiunctariis, & etiam absente Rege, solebat creare Regentem Iustitiatū, iuxta For. Los Lugartenientes de offic. Iustitiæ Aragonum.

7 † Ex præmissis infertur ad aliud, in quo Primogenitus honoratur sicut Rex, nā sicut à domino Rege nō appellatur, sed supplicatur: similiter nec à Primogenito, nā vt dictū est, vterq. Præfe. præt. appellatur, à quo deiure non appellatur, sed supplicatur. l, Si quis. C. de Præei. Impe. offe. Et sic cùm Primogenitus dicatur de iure Præfectus Prætorio, consequens erit, vt ab eo appellari non possit: ponit Bages in Obseruantia domino Rege in fin. de Appella. & in Obseruan. in Curiis quas Illustrissimus Rex Ferdinand. Actus Cur. & ibi in fin. qualiter non potest haberi recursus à sententia Primogeniti, nisi is qui, à sententia domini Regis haberi potest, licèt Sancius, Egidij, Iustitia Aragonum tenuerit, quòd à sententia Primogeniti, potest appellari, ad dominū Regem, tamen dominus Egidius Petri de Salanoua, Iustitia Aragonū, dixit, quòd hoc non auderet dicere pro toto mundo, refert ista Bages in Obser. Nota. quòd tres. de Fo. Competen. & ibi Pertusa, & idem Pertusa super For. 1. fini. regundo. qualiter tamen ista procedant hodie, infra videbitur.

8 † Præterea ad paria etiam iudicatur

tur Primogenitus cum domino Rege, in eo quòd iure proprio, & à leg: sibi quæsito iure, iurisdictionem exercet, nam vt dictum est supra in 2. quæst. prin. exercitium iurisdictionis dicti officij Gubernationis, fuit per dictum For. Quòd Primogenitus pos. offi. Guberna. & ipsis iurisd. exer. & ideo quia à dicto For. sibi restituitur, & tribuitur dicta iurisdic. potest illam exercere inuito patre, adeo quòd, si dominus Rex vellet impedire suum Primogenitum in exercitio, & iurisdictione dicti officij, illud non posset facere, salua clem. & ita Rex Petrus secundus, odio prosequens eius Primogenitum Ioannem, & reliquos, eius filios, contemplatione cuiusdã Siuiliæ Fortiane eorum nouercæ, volens priuare dictum eius Primogenitum, & eum impedire in exercitio dicti offi. Guber. dictus Primogenitus firmauit coram Iustitia Aragonum contra eius Patrem, super dicto officio, & eius exercitio, & fuit sibi recepta Iurisfirma, vt idem Iustitia, coram quo firmauit dictus Primogenitus attestatur de præmissis in su epistola, inserta in vol. For. ponit de his plura B. ges in Obseruan. 1. & 2. Actus Cur. & Hieronymus Çurita in 2. parte in lib. 8. & ratio quare inuito patre potest exercere, ea est, quia iure proprio sibi competit dictum exercitium l. Si Arrogator ff. de adop. l. Qui fundum. ff. ad leg. fal. & in l. eius. ff. de reg. iur.

Præmisa etiam iuuantur, ex his quæ Ioan. de Terra. Rub. in d. tracta. contra Rebell. ponit in 2. articulo primi tracta. in 10. conclusione, vbi quòd Primogenitus, ideo quia est patri conregnans, & cum sit Rex, ideo regimen habere debet, & consequenter etiam inuito patre regere, & conregnare potest: idem in 3. articulo primi tracta. in. 1. & reliquis duabus conclusio. sequen. præmissa attestatur, vbi supponendo dictum regimen competere dicto Primogenito iure proprio infert, ergo & inuito patre illud exercebit, per d. l. Si arrogator, de adop. & l. Qui fundum. ad leg. fal. & in dicta lege Eius. de reg. iur. licèt glos. in dict. 10. conclu. in verbo inuito Patre, ponat plura circa veritatem dictæ conclusionis, nam asserit non ita crudè, nec amarè esse sumendum, dictum verbum inuito patre, quinimmo asserit ibi glosator multa damna oriri ex diuersis capitibus, nam pro bono Regimine Reipublicæ, vnum habere debet caput, nam ab ipsa natura nullus in dominio, vel potestate desiderat neq. facile tolerat consorrtem c. quod ante xxiij. quæst. 7. & licèt in terminis iuris procedere possint dicta per glosatorem ibi in dict. verbo patre inuito, fol. 24. tamen de foro ita amarè, & crudè sumi potest. dictum verbum, patre inuito: ex quo vt dictum est, à dicto Fo. datur sibi dictum exercitium iurisdictionis, & cùm For. Arago. sint leges pactionales, ideo dominus Rex eis stare tenetur.

9 HÆC omnia quæ supradicta sunt de Primogenito, longe distant à milite Regente officium Gubernationis, seu Proturationis generalis, nam dictus miles Regens, non Præfectus Prætorio dici potest, quo rum loco vt dictum est successerunt Reges nostri temporis & Cardinales, secundùm Bar. & plures alios quos allegat Marcus Anto. Natta consi.

confi. 84. numer. 7. Sed potiùs dici debet dictus miles Regens, Rector Prouintiæ, vt dicit Bages in gloſ. ſuper Obſer. in Curiis, quas Illuſtriſsimus Rex Ferdinãdus, poſt medium Actus Cur. & in Obſer. Domino Rege.de appella. & quidẽ iuditio meo optimo iure, vt ex qualitate vtriuſq. officij detegitur, nam vt dicit Ioann. Fab. in. l.Ciuitas.per illum tex. C. de offi. Recto. Prouin. officium dicti Rectoris, eſt nõ morandi in eodem loco, ſed vagandi per Prouintiam, vt eius præſentia homines à malis coherceantur: hoc idem diſponit For. 2. de Regen. offi.Guber. vt non poſ. alium reg. fa. debet enim vagare per Regnum, vt eius metu à malis cohereceantur; poteſt tamen iuditio meo conſiderari dictus Regens dupliciter, vno modo quando præſidet in Regia Audiẽtia, & iſto caſu cẽlendus eſt, & iudicari debet, vt præſes Prouintiæ: præſidet enim in Prouintia, vt per plura oſtendit dictus Mar. Anto. Nata. in dict. conſi. 84 poſt numerum 7. vbi quod iſti Gubernatores, vt Præſides Prouintiarum, cenſentur. Si vero dictus Regens, officium Guber. non præſideat, quo caſu, eius officium in vagando per Regnum conſiſtit, ſicut officium Rectoris Prouintiæ, quòd eo caſu iudicetur Rector Prouintiæ, & iſto caſu proredant dicta per Bages in dictis Obſer. ſupra allegatis, vel potiùs, quòd Præſes, & rector Prouintiæ pro eodem ſupponatur, & ſic in ff. non eſt titu. de officio Recto. Prouin. ſed de offi. Præſ. & in C. non eſt titu. de offi. Præſ. ſed de offi. Recto Prouintiæ, & Chriſtophorus, in Paratill. ad d.titul. de offi. Recto. Prouin. videtur innuere, vnum officium eſſe Rectoris, & Præſidis prouintiæ, & reſultat ex l. 1. de offic. Recto. Prouin. vt ad titulum faciat, & ita, hoc modo probant idẽ eſſe omnes ferè leges dicti tituli: deniq. reſpectu nominis non honoratur vt Primogenitus, cùm longè diſtent Rector, & Præſes Prouintiæ à Præfecto Prætorio, vt ex eorum titu. detegitur.

10 † Neq. etiam dictus Regens honoratur in habendo in ſua Curia, eoſdem officiales, quos Primogenitus habet in ſua, non enim habet Vicecancell. nec Regen. Cancella. ſed vnum tantùm Aſſeſſorem, vnũ tantùm Alguazirium, vnum tantùm Scribam, & vnum Portarium: de quorum, quolibet ex dictis officialibus, ſuo loco dicetur: vide per dictũ Bages in Obſer. 1. Actus Cur. vnus tantum debet eſſe Aſſeſſor iuxta Fo. de Tenen. locum Iudi. cum quo, vel eius ſubſtituto debet ferè omnia expedire dictus Regens officium Gubernationis, & non cum alio Aſſeſſore, vt dicit For. de Aſſeſſore Regen. Officium Gubern. vnus debet eſſe Alguazirius, vt dicit For. Quòd Regen offi. Guber. non poſs. habere niſi vnum Alguazi. Item vnus eſt eius Scriba, de quo loquitur, For. de Iuſti adminiſ. & For. de Regen. offi. Gubernationis & offi. ſuæ Curiæ For. Neceſſariis. de Iudi. de quibus offi. & Portario, quia de eorum quolibet ſuo loco dicetur, ſubſiſto: hoc vnum ſupereſt ex præmiſsis, quòd dictus miles Regens, non honoratur ſicut Primogenitus in habendo eoſdem officiales.

Similiter nec Officiales dicti Regent. creantur ab eo, nec aliquis eorũ, ſed à domino Rege, præterquam in caſu neceſsitatis, quo caſu poſſet Alguazi-

Alguazirium, & etiam Notariũ, & Portarium creare, vt suo loco dicetur.

Præterea si dictus Regens Rector Prouintiæ censetur, poterit ab eo appellari, sicut de iure à Rectore appellatur, vt reffert dictus Bages, in dicta Obseruantia, in curijs quas illustrissimus Rex Ferdinandus, actus curiæ. de quo dicetur, infra nã si præsidet in Regia Audientia solùm potest haberi ille recursus, qui habetur à sententijs latis per Locumten. generalem per viam electionis firmæ, vel alterius recursus, præterquã appellationis, secus si non præsideat vel si prçsidet, tamen se absentat cum vno ex Consiliarijs Regiæ Audientiæ, & in locis extra locum vbi Audientia residet profert sententiam, quia ex quo iudicat vt ordinarius illius loci poterit appellari, idem in Locumtenen. generali dicetur.

Neq; vltimum quadrare poterit, vt inuito Domino Rege, exercere posit miles aliquis dictum officiũ, ex quo institutio, & destitutio, dicti officij à mera & libera principis, id est Regis potestate pendet: Vita. in dicto titul. de Iudi. nam nullus potest prætẽdere dictum officium, nisi fuerit de eo à Dom. Rege prouisus, vt dictum est supra in 4. quæstione. Similiter cùm dictũ officiũ prouideatur, ad meram, & liberam Domini Regis voluntatem, poterit quocumquè tempore ab eo dictum officium auferre, licèt in hoc, sint ponderanda. verba Priuilegij, quia regulariter concessio, & priuilegium, seu prouisio dicti officij, & alterius cuiuscumque, censetur esse perpetua, etiam si ad beneplacitum concedatur, vt not. Rebuff. 3. tom. pag. 269. quia postquam eos creauit, ordinarij sunt, & iure proprio iurisdictionem habent. l. 1. de Offic. eius ff. et id quod nostrum est, sine facto nostro non potest à nobis auelli, per reg. Iur. Id quod nostrum. vide ibi nota. verba per Rebuff. vbi supra.

11 † Visso de viribus, potestate, & iurisdictione dicti officij Gubernationis, seu Procurationis, circa honores, & præheminentiam, nunc videndum restat de eius potestate, viribus, & iurisdictione circa causas, & negotia. Et pro introductione dictæ quæstionis est sciẽdum, quòd sunt quçdam causæ reseruatæ domino nostro Regi, de quibus is solus, vel cui specialiter demandauerit se potest intromittere, sunt quædam quæ per Dominum Regem, & Primogenitum tantùm expediri possunt, quædam quç per eos, & Regentem officium Gubernationis tãtùm possunt expediri, quædam quæ per eos, & Iustitiam Aragonum, alia quæ per solum Iustitiam Aragonũ expediuntur, seu eius Locumtenentem: quibus animaduersis, facilè erit iudicare de potestate, & iurisdictione dicti officij, circa dictarum causarum expeditionem.

12 Quçdam sunt Domino Regi reseruata, in quibus ipse solus habet potestatem, & cui ipse demandauerit, & hoc tam inspecto iure communi, quàm iure nostro municipali fororum Aragonum, nam Bald. in. l. rescripta C. de precibus Imperatori offerendis, ponit decem & nouem capita, soli Regi reseruata, & infinita Papç reseruata, Idem Bald. in. l. 1. C. de Iure Aure. annulo. ponit multa quæ Princi-

pi idest Regi soli, propter eius excellentiā sunt reseruata, Mateh. de Afflict. in titul. Quæ sint regali. in prin. in vsi. feudo. ponit, centum viginti & sex casus principi de iure reseruatos, ponit etiam Bald. & alij in l. Imperium. ff. de Iurisdi. omnium iudi. Felin. in cap. cum nobis col. 3. de Præscri. vbi dat regulam & signa ad cognoscendum, quæ sint Principi seu Regi reseruata, latè per eum, & alios. in cap. quæ in Ecclesiarum de Constitu. vbi latè de potestate Principis, & Papæ, tam iure diuino, quàm gentium, vide Bossium titul. de Principe fin. col. Cassane. in Cathalog. Gloriæ Mundi parte quinta, consideratione 24. Velascū de iure emphiteo. quæstione 8. num. 32.

De Foro autem, plura etiam sunt domino nostro Regi reseruata, de quibus vt dicit Bages in Obseruan. Nota quòd tres. de foro compe. solus Dominus Rex potest cognoscere, & cui Dominus Rex demandauerit, nam vt dictum est supra in 2. præmisso huius 5. quæstion. etiam Domino Regi reseruata, possunt per eum specialiter delegari, vt not. in cap. Quoad translationem. de offi. lega. ita quòd vt ipse asserit, Primogenitus Gubernator, in vim dictæ suæ iurisdictionis, non se potest intromittere: in primis sunt Domini Regi reseruata illa tria, de quibus in dic. Obseruā. Nota quòd tres. de foro Compe. nota inquit quòd tres sunt causæ reseruatæ Domino Regi, de quibus Infans vel Gubernator Aragon. intromittere se non potest, Prima est in litteris elongamenti debitorum, Secunda in creatiòne Notariorum, Tertia in diuisione terminorū, de qua nullus nisi Rex, intromittere se potest.

12 †De hac elongatione debitorum, quā Iurisconsultus vocat moratoriā cautionem, in l. cum Possessor. §. fi. ff. de censi. & Imperator vocat illam moratoriam præscriptionem, in. l. 2. C. de Præci. Imper. offe. de iure viderè poteris in dict. l. 2. & l. Vniuersa. de Præci. Imper. offer. vbi Bal. Sali. Pau. & alij Hostien. in titul. de Dila. ponit longum tracta. Rebuff. 2. tom. in titul. de Literis dila. pagi. 64. & Aymo. Publi. fol. 98. & Papon. §. 68. fol. 92. cum sequen. de for. poteris viderè in for. & Obseruan. de elonga. debitorum, vbi glosatores Moli. in verbo. litteræ: elongamenti super introductione: cuius materiæ possunt considerari, quæstiones positę per Rebuf. dict. titulo de dilat. Primo à quo concedatur littera elongamenti, & huic quæstio. respōdet dicta Obser. Nota quòd tres. de for. Cōpet. quòd solus Dn̄s Rex illā concedit, ratio est, quia priuilegium quòd alijs præiudicat, nō potest concedi per altum extra Regem, Archidi. in ca. peruenit 16. quęst. prima: & ita dicit procedere de iure Rebuff. in 2. quæst. pag. 63. dict. 2. to. titu. de Dila.

13 †Secūdò potest quæri quibus cōceditur litera elongamēti seu concedi valeat, & huic quęsito responden. Obser. 1. & 2. de elonga. debito. vt nō solùm debitor scriptus, sed & is cuius cōtēplatione debitū est contractum, post illam obtinere ad vtilitatem debitoris scripti: debitor inquam, passus aliquod magnum damnum obtinebit dictam litteram, vide per Rebuff. dict. titul. de Lite. dila. in 3. quęstion. pag. 67.

14 †. Tertio potest quęri, quibus dictę literę elōgamenti dirigantur: cui potest responderi ex regulà generali, ex quo ex dictis for. & Obseruan. de elonga. debitorum

bitorum.non elicitur responsio, de qua regula vide eundem Rebuff. distinguentem inter litteras gratiæ, & iustitiæ in tit.de Rescriptis. in 8.
15 quæstion.pag. 13. † Quartò potest quæri in quibus casibus,non potest impetrari dicta littera elongamenti:& huic quæsito respondet for. de elonga. debito. & obseruan. fin. de elonga.debi.quando debitum est ratione emptionis hæreditatis,vel matrimonij, vel sententiæ latæ non admodum Serraniæ,vel debiti creditoris extranei,vel debitoris habentis mobilia, videndus est Bages in dict. Obseruan. de elonga. debito. Molin.in verbo literæ elonga. vide plures casus in quibus non habet locum elongatio, per Rebuff. in dict. tom.2.titul.de lite.dila.quæstion. 4.
16 pag.61.†Quintò quæri potest quãdo dicta elōgatio cōcedatur:respondet Rebuff.in 6.quæstion. quando se offert causa elongandi,vt si se offerat aliquis casus fortuitus, incēdij,
17 vel id genus. † Sextò quæri potest, quæ contra dictam litteram elongamenti opponi possunt: & primo id quòd dicit tex.in. l. vniuersa C. de Præci.Impe.offeren. scilicet, quòd deficit cautio, super quo vide Bald. in dict. l. vniuersa.quæ lex,non seruatur in Francia, vt dicit Rebuff. 1.tom. pagina 26.numer.42. super quo vide per Rebuff. quæ possunt contra literam seu gratiam elongamenti opponi, in dict.titul. de lite.
18 dila.quæstion. 8. pagin. 78.
† Et quis vltimò sit effectus elongamenti,ponit ibi Rebuff. in vltima quæstione scilicet, vt pendente dilatione non fiat aliqua innouatio, ibi pag. 78.an operetur ad effectũ præscribendi,vt si stetit creditor per 25. annos ,quòd non petat,ita quòd debitori tantùm desint quinq; anni, ad complendam præscriptionem, si obtinet literam elongamenti, per quinquennium, an cum ea compleatur prçscriptio, vide Bald. in dict. l. Quotiēs C.de Præcibus Impe.offe. & de eadem elongatione debitorũ vide Rebuff.t.10.pag. 26. in fine.
19 †Secundus casus reseruatus domino Regi de positis indic.Obse.Nota quòd tres. est creatio Notariorum, intellige generalium per totum Regnum,vt dicit Bages in dicta Obseruantia Nota quòd tres.nam particulares,ad limites iurisdictionis, possunt per alios creari,vt deducitur ex Obser.Not.Quòd de for.de fide.in stru.& per obser.Item quòd dicitur Interpreta. qualiter. vbi latè per Bages de mat. Notariorum,quæ latissima est in iure, & for. vt videre potest ex tot rubricis,& foris à titu. de Nota.& de creatio. Notar. abun
20 dè Molin.in verbo Notarius.†Possunt tamen circa dictam mat. proponi nonnullæ quæstiones, quarũ prima quæstio est,quis potest creare Notarios,cui quæsito respondet dict.Obser.Nota.quòd tres.scilicet quòd dictus Dominus Rex solus,tamen vt dixi,sunt Obseruãtiæ,& fori,qui innuũt ab alijs etiã posse creari.vt sũt dict. Obser.Nota.quòd de foro.de fide instru.& for. de priuileg.gener.ca. Item los Striuanos sean puestos por los Iurados &c. Et in obser.Itē quòd dicitur.ꝙ los Scriuanos.Interpre.qualiter,&in quib9, & nõ est dubiũ Notarios creari posse per Duces,Comites,& e.ad limites eorũ iurisdictionis,vt per Molin.in verbo Notarius creatur,versi.si.clarè enim detegitur, à pluribus posse creri Notarios ex fo.á la creaciõ titu.de Tabell.Tamē loquēdo de Notarijs cũ auctoritate cōficiēdi iustitiã per totũ Regnũ,pro hac distinctio.

vide Papon. pagin. 6. versiculo. 2. principaliter solùm eos posse creari per Dominum Regem,& cui ipse demandauerit, est dicta obseruantia Nota quod tres. ponit Molin. in dicto verbo Notarius creatur versicu. Notariorum creatio est. Tu tamen attende ad dispositionem nouissimam for. De creation de Notarios, de anno. 1552. vbi statuitur, posse eos tantúm creari per Vicecancellarium, aut Regentem Cancellariam Domini Regis, eius Locum. vel Primogenitũ: ita quód ex dicto for. potest elici vt dictus casus non sit de reseruat. Domino Regi tantùm, ex quo per Vicecancell. vel Regẽtem Cancellariã vel Primogenitũ possunt creari: de iure ad quem spectet creatio dictorum Notariorum, post alios vide Felin. in cap. cum P. Tabellio. de fide instrum. num. 14. idem in suo reperto. verbo Notarius versiculo fin.

21 † Secunda quæstio potest esse vt sciamus quis potest creari Notarius: imprimis debet esse homo legalis, & sufficiens, vt dicit for. de Not. & vt certus sit numerus, item debet esse maior ætatis 20, annorum for. A la creacion de Tabellio. Notarius tamen ad examinandum testes debet esse ætatis 22. annorum, & trium annorum de practica in iudiciario, for. Item que los Notarios que recibẽ testigos de Tabelli. Itẽ debet practicasse per quatuor annos, duos quidem in iudiciario, reliquos duos cũ Notario de Caxa, for. 1. de creatio. nota. Item non debet esse in Sacris constitutus, for. 1. de Tabellio. Rebuff. 1. tom. pag. 89. num. 42 Couar. pract. quæstion. c. 19. nu. 8. Item creatus semel, si fuerit priuatus, non potest iterum creari Ias. in. l. Barbarius Philippus nu. 52. ff. de Offic. Præto. Item si ad curias, & acta iudiciaria creentur: vt sunt scribæ mandati, & reliqui, ad regendum Scribanias curiarum, quos creat Dominus Rex, vt dicit obseruan. Item que las scriuanias. de priuilegio general, & obseruan. Item quòd dicitur ibi de scriptoribus, Interpre. qualiter, & in quibus. isti tales debent esse Aragonenses, in foro de Proiho. & in foro, Quòd Commissa. Porta. & Nota. &c. & in foro Placitum gerimus de Tabelli. reliqui verò possunt esse alterius nationis, tenetur tamen in signatura exprimere vnde est habitator, vt in foro Quòd Notarius tene. exprim. vnde sunt habita. qui Notarius postquam fuerit creatus, tenetur iurare ea quæ refert Molin. in verbo Notarius iurat, vbi cumulantur omnia quæ tenetur iurare, quæ sunt plura, allegat Abb. in cap. sicut extra Ne Cler. vel Monach. ad probandum ea, quæ Notarius de iure iurare tenetur.

22 † Tertia quæstio potest esse qualiter Notarius tenetur conficere instrumẽta, & primò requiritur quòd sit rogatus & requisitus, for. 2. de Nota. vt certus sit nu. de quo per Abba. Feli. & alios in cap. 1. de fi. Instrum. & an præsumatur rogatus, Feli. ibi num. 20. Requisitus autem tenetur conficere, sub pœna à dicto for. imposita, de quo Molin. in verbo Notarius versiculo 1. Secundò requiritur quòd conficiat instrumentum de gestis à se, vel coram se, & de his quę aliquo ex sensibus corporis à se, & testibus adhibitis perpenduntur, aliàs nõn valet. l. Tutor. §. finali ff. de Vsu. Bald. consilio 28. volumin. 1. Rebuffus primo tomo, pagina 215. nu. 16. Tertio requiritur, quòd antequã instrumentum testificetur, legatur

legatur partibus, de quo latè per Couarru. in cap. Relatum I. de testam. num. 10. cum sequen. & eo tempore dari debent confrontationes, & kalendaria, iuxta for. statuimos que de oy auant. & for. Item statuimus de Tabellion. Quarta quòd seruetur forma fori, in Nota, scilicet, quòd apponantur subscriptiones testium, & partium, iuxta. for. forma para testificar, in casibus ibi contentis.

23 † Quarta quæstio esse potest, qualiter instrumenta recepta teneantur in publicam formam redigere, nam postquam fuerit testificatus, seu receperit instrumentum in prothocol lo, tenetur illud registrare in suo re gestro, vt dicit for. secūdus, de Tabell. & demum in publicam formā redigere, & requiritur primò quòd duæ primæ lineæ scribātur propria manu Notarij actitantis, deinde testes, & Kalendarium: de quo late per Molin. in verbo Kalendarium, & ibi an Kalendarium posit incipere ab ęra, vel indictione, & qualiter fiat computatio ab æra & ab indictione, ponit Bages in obseruantia nota. etiam. Interpre. qualiter & inquib*, Couarru. ponit plura, quando annus debeat incipere ab æra, quando à natiuitate, quando ab incarnatione, cap. 12. lib. 1. resolu. & dictum Kalendarium debet extensè apponi, & nō per abbreuiaturas, nec cum tilles: vide Molin. in dict. verbo kalenda. Bages, in dict. obser. Item quòd dicitur de scriptoribus, Inter. qualiter, & Inqui. vbi videas plures not. quæstio. & ne extra materiam vaguemus, vide in Reperto. Molin. Feli. Ias. Abb. & Bolsiu, in mverbo Notarius. Ad vnum tamen est aduertendum, quòd si plura instrumenta extrahantur in publicam formam sub vnica signatura, quòd quodlibet instrumentum, debet habere duas primas lineas, & kalendarium, de manu Notar. conficien. seu actitantis: ita fuit deter. in Curia Iustitiæ Aragonum. 5. Martij. 1571. vide in foro Prouidendo. de fid. instru.

24 † Tertius casus reseruatus per dictam obser. Nota quòd tres. est diuisio terminorum, quæ soli Regi, & cui ipse demandauerit est reseruata, de quo ibi Bages, & Pertusa, & in obseruā. I. de Genera priuilegijs, & in obser. fin. finium regundo. & in for. finium regundor. vbi Pertusa, Molin in verbo diuisio, versiculo ante penul. & fin. idem in verbo Dominus Rex. De reseruatis Domino Regi, dicit tamen Bages in dict. obseruan. fin. & etiam in dict. obseruantia prima, quòd licét de diuisione cognoscat solus Rex, vel eius Commissarius, tamen si violētia fiat circa ipsos fines, benè de ipsa cognoscit Iustitia Aragonum, diruit moliones, & tollit fortias. † Et vt ali 25 qua introductio detur ad materiam finium regundorum, potest de pluribus dubitari. Primò qualis sit hæc actio, & quòd sit personalis, elicitur, ex. l. I. vbi not. ff. finium regū. Ioan. Fab. in. §. omniū Insti. de actio. & in. §. quædam potest. nu. 20. dicitur in rem, & in personā, & sic mixta, vt declarat Floria. in d. l. I. ff. finiū

26 regun. † Item potest quæri, vnde talis actio oriatur: quidam asserunt, ex delicto, alij ex contractu, alij & veriùs, ex varijs figuris causarum; hoc est, secundùm diuersa facta: Auendaño de exequendis mandatis Regijs. libro I. capit. 4. numero 26. Hieronymus de Monte. in tractatu de finibus Regendis. ca. 38. num. II. & eo casu, quo ex deli-

cto oriatur, vt quia vi sint expulsi, seu auulsi limites, agi potest coram Iustitia Aragonum, vt dictum est.
27 † Item potest queri, cui competat hec actio: & certum est competere habenti terminos contiguos, ex quo nemo compellitur esse in communione.
28 † Item potest queri si intentans hanc actionem, debeat probare se dominum fundi, vel possessorem tantùm, cum in ea de proprietate agatur: de quo in. l. si quis
29 C. finiũ. regun. † Item potest queri, qualiter in hoc iuditio diur. procedatur, & vt dicit Bages in dicta obseruantia final. & alijs locis supradictis procedetur summariè: vide modum procedendi, per Ferrerium, in sua methodo in processu super diuisione terminorum, in quo processu per cedulas agetur, quantùm fines cuiusque partis sunt extendendi, quo cognito ponit fines, commissarius, vel mitet agri mensorẽ si materia exiget, & ita seruatur, vt ex dicta methodo depræhenditur, quidquid dicat glos. in. l. si Irruptione. ff. fin. regun. vide Ioann. Fab. in dict. §. quædam num. 22. circa finem: & Ferrerius in dicta methodo, Hieronymus Bux. in dict. tracta. cap. 30. † Item
30 potest quæri, qualiter probentur fines, seu moliones, & primo per instrumenta de præmissis confecta, & sic per tacitas, aut expressas partium assertiones. l. optimam de con trahẽ. stipu. Hieronymus Buxensis. dic. tracta. de regen. fi. cap. 60. Item per lapides antiquos, & signa apparentia, vt sunt viæ regales, montes, valles, & flumina. l. qui tabulas in princip. ff. de fur. Item per famam, cap. cum causam de proba. & ibi Felin. in fin. Item per custodes appsitos. l. in nomine. §. sanci. mus. ff. de offic. præfecti præto. Ahri Item per libros antiquos dict cap. cum causam, iuncto cap. ad audientiam. de Rescrip. Item per scripturam in columna, vel lapide impressam. l. 2. de Alb. scriben. not. glos. in dict. cap. cum causam. Item per testes de præmissis deponentes, dict. cap. cum causam. attestantes de visu, & auditu, maiorum. l. in summa. §. item labeo de Aqua plu. arcen. vbi Bart. Item per voluntatem Domini declaratam. l. si seruus plurium de leg. 1. §. fin. Item per communem, oppinionem, & reputationem, Specul. tit. de proba. §. 1. versicul. hoc etiam nota. Item per præsumptam probationem, vbi essent difficiles probationes: Bald. in Authen. quas actiones dè Episco. & cleri. Item per solutionem collectarum, & exactionem taliorum. l. si quis C. fin. reg. Bald. cõs. 404. li. 1. Item per sententias arbitrorum, & Iudicum. l. inter Castellanum. ff. de Arbi. Item perperceptionem redituum dict. l. si quis, Fin. reg. circa quam quæstionem, vide Bald. in dict. consil. 404. lib. 1. 468. lib. 3. Auenda. de exequen. mandat. reg. lib 1. cap. 4. Guid. Papæ, decis. 192. Bald. 420. lib. 1. Hierony. Buxien. in dict. tract. de Regen. finibus, c. 17. & cap. 21. & cap. 22. &. cap. 50. & ca. 51. & 52. & 58. in final. & 60. 64. & cap. 66. & in cap. 67. vbi in probationibus dubijs, in quam partem debeat Iudex inclinare. † Itẽ quæri po
31 test, per quantũ tẽpus duret actio finiũ Regundorũ: respondetur quòd per 30. annos, vt per Buxien. cap. 74. & ibi quòd incipit currere, à die turbationis, & qualiter in præscribẽdis finibus requiritur sciẽtia, & paciẽtia quæ præsumitur, cõcurrẽte loci vicinitate, vna cũ tẽporis diuturnitate. cap. 75.

c.75.in fi & 77.n. 6.& ibid.num.31. quódper exercitium iurisdictionis, meliús quã ex alia causa demonstratur territorium, & quód moliones positi per triginta annos, intelligãtur positi de consensu partium, seu Vniuersitatum, c. 105. Item quales sunt hodie confines, tales præsumuntur fuisse, Alcia. de præsump. regula. 2. præsump. 13. pag. 171. idem est contra, vt stetur vetustati, nisi probetur contrarium. l. in finalibus vbi Flo. ff. fini. reg. asserens fines antiquos esse attenden. nisi per agrorũ possessores, vel eorum successores probentur noui appositi, vbi vidẽdus est dictus fo. Item qualiter in dict. processu diuisionis sit ferẽda sẽtentia ponit. D. Brixensis. c. 101. cũ sequen. super quo potest videri sententia lata in processu de la Almunia, & Riela, & an appellatione pẽdente, possint apponi dicti termini, & sic exequi sentẽtia, respõdet quod non dictus Hiero. Brixen. in c. fi. & ita fuit seruatum in causa de la Almunia & Riela, super dicta diuisione terminorum.

Sunt præterea alij casus. D. Regi reseruati, de quibus d. Primogenitus se non potest intromittere, quos refferunt glosatores in d. Obser. nota quòd tres. de fo. compe. & in fo. finium reg. quorum vnus est, salua infantioniæ de qua solus Rex, vel cui ipse demandauerit, cognoscere potest, salua enim coram Rege facienda est, nam illius auctoratio, per eundem dominum Regem facienda est, non per alium: for. Omnis homo de Probat. for. Fatigatus, & for. Itẽ qui eumq. de condi. Infan. & obser. Item circa de priuileg. mili. Moli. in verbo Rex. versic. de reserua. Domino Regi. Videndus est Bages in d. obs. nota. quòd tres. & in obs. Item circa, allegat Vitalem in titulo de appella. §. Iure autem latores, vbi inter alios casus enumeratos de Regia Maiestate, & supræma eius iurisdictione, dicit esse infantioniæ probationẽ, circa quam infantionatus materiã pro aliquali eius cognitione, potest queri de sequentibus.

33 † Primo qualis sit hominum cõditio in Aragonia, cui quæsito respõdet Vitalis, in titulo de statu. hominum, quem fideliter refert Bages in Obser. in curiis quas idem D. Petrus Actus cur. dicens Aragonen. cõditionem sic esse discernẽdã, vt qui dam sint infantiones, alii verò signi Regis, siue de signo seruitio: Infantionum autẽ alij hermuneij, alij franchi qui de carta vulgariter appellantur, hermuniorum autem infantionum, alij Barones, vel Richi homines, alij Mesnaderij, alij simplices milites, alij Infantiones simpliciter nominantur: quód in effectu est idem, quod dicit obser. 2. de condi. Infantio.

Hominum autem signi seruitij, seu signi Regis, alij sunt Ciues, siue Burgenses, alij villani, vel pagenses, alij villani de parada de significatione istorum terminorum, & cuiuslibet eorum, vide dictum Vitalem in d. tit. de statu. hominum, & Bages in in d. obser. in curiis, aliquid per Molin. in verbo Infantio circa fin.

34 † Secundo potest quæri an, quis possit creari Infantio: & huic quæsito respondet Mol. in verbo Infantio, versic. Infantionis filius, vbi dicit, quòd Milites creantur, quia militia non transit in successorem, Infanciones verò nascuntur, quia non

potest quis creari Infantio: in hoc tamen vt ex Apostilla ad for. interest, de creatio. Milit. deiegitur, videtur quòd sit facienda distinctio temporum, nam post dictum forū, qui fuit æditus 1461. clarum est, quòd non potest quis creari Infantio, nec ei dari priuilegia Infantionum, quia hoc clarè disponitur in d. tex. tamē Apostilla ibi dicit in litera. c. quòd ante illum for. id fieri poterat, per Obs. fin. Interpre. qualit. & in quibus. & sic quòd vocabantur Infantiones de carta. Ommissis tamē priuilegiis vniuersitatis Cæsaraugustę, & aliarum ciuitatum, dicit Vitalis, in d. titul. de de statu. hominum, quòd isti Infantiones de carta, id est, quibus dabatur Priuilegiū infantionatus, quód tantùm consequebantur inmunitatem seruiendi & præstandi seruitia; ab alijs tamen infantionum priuilegijs, pœnitus sunt experti. Et ita iudicatum fuit in curia Iustitiæ Aragonum, inter Infantiones de carta, Vill æde Luna & Erla, litigātes, cū domino, anno 1572. videantur motiua Iudicum, quæ sententia fuit cō firmata in Regia Audientia anno 1573.

35 Tertio potest queri de effectu seu Priuilegio Infantioniæ, & sic quos effectus operatur. Et Imprimis operatur effectum immunitatis circa eius domum seu palatium, de qua loquuntur plures fori, & Obser. adeo quòd secundùm fo. æquiparatur, inmunitas Ecclesiæ, & domus infantionis, quos allegat Pertusa in Obser. 2. de his qui ad Eccle confug. de qua inmunitate, loquuntur docto. in l. pleriquæ de in ius vocan. reffert plura Gonnius in tracta. de immuni. Eccles. 21. ampliatione, & refert similem dispositionem immunitatis, de qua in for. de his qui ad Eccle. & Pala. Infant. confu. esse in Regno Nauarrę. Et ibi declarat istos terminos Infantio, Balvessor, & Mesnaderius: hec ergo est regula quòd Palatia infantion. gaudēt immunitate, quam ponit Moli. in verbo Infantio versiculo. 2. In declaratione cuius regulæ, ponunt plura Bages & Pertusa, in Obser. de his qui ad Eccles. confu. quæ regula. limitatur in pluribus casibus relatis Per Molin. in d. versiculo 2. scilicèt quando non pro maleficio, sed pro debito se aliquis recolligisset, & in hoc differt ab immunitate Ecclesiæ. Item si maleficium est commissum cum cōsilio Infantionis in, cuius domo se recollegit malefactor, quia tunc ab eius domo potest extrahi, Obseruan. 4. de sacro sanctis Eccle. sed de ratione dictæ Obser. potest dubitari, ex quo si ipse Infantio consulens deliquisset posset, se ipsum in sua domo saluare Obser 5. de sacro san. Eccle. & sic videtur quód nō debuerit esse deterioris conditionis consulens, quàm delinquens, ad not. in l. Consilij non fraudulenti. de reg. iur. vbi Deci. quem vide pro solutione: vide alias fallen. per Moli. ibi, hodie verò non seruatur dicta Immunitas in casibus conten. in fo. de homici. quo ad dicta Palatia infantionū, secus quoad Immunitatē Eccle. vt dico super dicto fo. de his qui ad Eccle. cōfu. vbi etiam quæritur, an idem sit in locis Infantionum, quod in eorum domibus. 36

Secundo operatur effectum circa eorum personas, nam Infantiones non possunt accusari nec puniri, nisi per Officiales Regios; & ideo dicitur, quòd Infantiones habitan. in locis dominorum, subsunt tantùm Officialibus vniuersalibus: vt in fo. Con color & fo. Con calidades de appelli. vide Moli.

Moli. in verbo. Infantiones de Infan. habitan. in locis dominorum: intellige nisi delinquat in locis regalibus, quia licèt sint habitan. in locis dominorum, ex quo ibi sortiuntur forum ratione delicti commissi, iuxta not. in c. fi. de fo. compe. ibi per Officiales regios illius loci poterit cognosci de delicto, & ita fuit factum contra Dominicum Castillo Infantionem, qui deliquerat in locis regalibus, nam sicut Milites & Infantes qui habitant in locis regalibus, ibi ratione domicilij sortiuntur forum actiuè & passiuè Moli. in verbo Miles versiculo milites verò qui habitãt. sic etiam si ibi delinquat. vt latiùs infra dicetur. Itẽ priuilegiantur quia non ita sunt puniendi sicut plebeij: l. Quotiens. vbi Lucas de Pen. C. de digni. l. xij.

37 Tertio operatur effectum immunitatis, circa seruitutes Regales & personales, de quo latè per Moli. in d. verbo Infantiones, & in so. & Obser. de priuileg. milit. & infan. & de condi. infan. proprium enim Infantionũ est, recipere & nihil dare pro aliqua villania, de quo vide Auẽda. de exequen. manda. Reg. li. 2. c. 14. Et de pluribus eorum priuilegijs, per Io. Lieier. de Primog. in quæst. 4. lib. 2. fol. 59. col. 4. & supra dictis omnibus priuilegijs vtitur, pendente lite super Infantionia, fo. si aliquis Quomodo quis deb. suam infan. salua. l. lite ordinata & l. ordinata C. & ff. de libe. ca. de quo vide Couarru. in c. 16. nu. 10. lib. 1. resolu. & de effectibus nobilita. seu ingenuitatis, vide Otaloram & Tiraq. in suis tract. de Nobili.

38 Quarto potest queri coram quo super ipsa Infantionia agi posit, et quidẽ si de salua Infantioniæ agendum est, quod est quando per possessionẽ intenditur probari & agi, vt ad mittatur ad dictam saluam faciendã, & sic quãdo agitur vt admittatur ad faciendum saluam, de eo non potest agi nisi coram domino Rege, vel Iustitia Aragonum, seu eorũ locũt. ex demandatione. d. Regis: & in super quando, post quam quis est admissus ad faciendam saluam, petitur illius auctoratio per cartam perpetuò valituram, iuxta fo. omnis homo de proba. ista sunt de reseruatis domino Regi, per iura supra allegata in prin. versi. incipien. sunt præterea, nu. 33. Si vero de Infantionia agitur per gradus, tunc quia non est facienda salua, nec agendum an sit ad mittendus ad faciendam saluam, sed solùm an sit Infantio, vel salua Fratris prosit sibi, isto casu sine demãdatione potest cognoscere Iustitia Aragonum: & sic iste casus non est de reseruatis domino Regi, & ita seruatur, vt per Molin. & Ferrerium in methodo super Infantionia in practica processuum super Infan. in versiculo & est notandum.

39 † Quinto potest queri, qualiter probatur quem esse Infantionem. Et ex deductis per glosatores fororũ & Obser. & Molin. in dicto verbo Infantiones versi. in proprietate, resultat posse probari per instrumẽtũ militiæ Patris, Aui, vel alterius ascen. nam filius militis est Infantio, vt dicit Obser. 1. de condi. Infantio. Itẽ per litteras decissorias saluãtis, quæ salua est maioris efficatiæ & effectus, quã priuilegium militiæ, nam illud solùm prodest militi & eius descenden. salua verò non tantùm prodest saluanti, & eius descendentibus, sed etiã Fratri ex eodem patre, & eius

eius descenden. & non tantùm fratri & eius descen. sed etiam fratri Patrueli, seu consanguineo germano & eius descenden. intellige, descendentibusper rectam lineam masculinam. Obser. 1. de Salua Infan. facien. vbi Bages. Item per milites Iuratores qui iurant eum esse Infantionem, & cassale ostendunt, à quo sua ingenuitas procedat, seu processit. Sed hæc probatio militum, solùm iuuat ad saluam faciendam, nam vt dicit fo. Fatigatus, de cōdi Infantio. dictus existens in possess. Infantio. secundùm Patos, ibi. cum dictis militibus saluam faciet coram Rege, vel eius commissario, de quibus militibus sunt quatuor fori diuersimodè loquentes scilicet: dictus fo. fatigatus & fo. 1. 2. & fo. Si aliquis quomodo quis deb. suam Infan. salua. Pro quorum fororum declaratione, est præmittēda dispositio fo. Omnis homo de Proba. & quę ibi dicit Patos scilicet omnis homo qui dicit se Infantionem, est in possessione Infantionatus, non contribuendo: sed quare cùm sit in possess. cōpellitur probare, respondet, quia est præsumptio contra eum: ideo compellitur, & quia dicebat se Infantionem, ideo compellitur probare, quia ei qui dicit incumbit onus probandi. l. Ei qui ff. de proba. Couarru. li. 1. varia, Resol. c. xvj. nu. 10. & secundū leges Longobardorum, quibus nos vtimur, qui ex patre Infantione nascitur, habetur pro Infantione, fo. Villanus, de condi Infan. & ideo si dubitatur se talem patrem habuisse, debet probare, vt de condi. Infantio fo. Fatigatus. et sic per dictos milites iuratores: intrat modo forus Fatigatus. Fatigatus ergo pro sua Infantionia, quia dubitatur se patrem habuisse Infantionem (est tamen in possessione Infantioniæ secundùm eundē Patos) habeat duos milites consanguineos ex parte patris, qui tactis sacro sanc. Euāgelijs. &c. & sic per istū fo. iuncta declarat. Ioannis de Patos, quilibet probata eius quasi possess. suæ Infan. cum duobus consanguineis ex parte patris, iurantibus eum esse Infantionem, erat admittendus ad facidā saluam: venit postea forus Item quòd de cætero. & præmissa dicta quasi possessione, cum duobus militibus etiam non consanguineis iurantibus, vt supra in fo. Fatigatus erat quis admittendus ad faciendam saluam: venit postea fo. Cumtotum. & ex causa ibi recitata, reuocat dictū fo. Item de cætero, & addit foro fatigatus, vt sciatur in quo gradu cō sanguinitatis sint coniuncti dicti milites saluantes, seu iurantes esse Infantionem, & apponitur maxima pœna dictis militibus iurantibus falsùm, facta fuit alia dispositio in eadem curia, quód Infantio, qui se vult saluare sit in possess. suæ Infantioniæ, vt præmittitur in omnibus supra dictis foris, secundùm Patos, & additur in isto, quòd non fecerit seruitutem regalem in tota vita sua, nec reperiri poterit, quòd pater, nec auus fecerint seruitutem, & statuitur quód talis fatigatus, possit suam Infantioniam saluare, cum duobus militibus, etiam non consanguineis, & illi duo milites possunt alios saluare: & sic constat probari Infantioniam per cartam scilicet, per priuilegium militiæ, vel literas dictæ forias saluantis: probatio veró possessionis, & attestatio militum iurantium, confert, ad saluam faciendam, & inde ad obtinendam auctorizationem illius, per cartam perpetuò valituram, iuxta dictum fo. Omnis homo. & hoc est quod dicit Moli.

quód

quòd ad probandam proprietatem & dominium dictæ Infantioniæ, nō prodest sola possessio, in dicto verbo Infantiones, versiculo in proprietatē: vel dicamus quòd illa attestatio militum habeatur loco tituli, qui requiritur in causis possessorijs habentibus mixtam causam proprietatis: Anto. de butri. in c. fi. de causa possess. & proprieta&. ista causa immunitatis est huiusmodi, tamen licèt Mol. in d. versicul. in proprietate, asserat dictam Infantioniam, non posse probari quo ad proprietatē & dominium sine priuilegio, quod verum crederem, ex quo nulla præscriptio iuuat, præterquā immemorialis, Ripa. li. 2. respon. c. xxvj. Tiraquell. de Nobilita. quæstio. 14. Couarru. lib. 1. resolu. c. xvj. nu. 10. in fi. tamen immemorialis vt per eos ibi, prodest, ex quo illa, vim tituli & priuilegij habet: c. super quibusdam §. Præterea de verbo. signi. l. hoc iure. §. Ductus aquæ. de aqua quotidia, & æstiua, vide quæ habeo in Reperto. in verbo præscriptio in memorialis, & supra fo. 26. super dicto Reperto. & Anto. Grab. com muni. oppi. 1. conclu. vbi tit. de præs. plura de effectu huius præscription.

40 † Sexto potest quæri, qualiter in processu Infantioniæ procedatur, & in hoc nihil ferè potest addi, eis, quæ Moli. & Ferrerius traddunt, alter in Verbo Infantio versi. Pratica proceden. super Infantionia, tam super proprietate, quā super possess. alius in methodo de processu super Infantionia, vt siquidem interrogetur qui se asserit Infantionem, si velit eam probare per posse. aut gradus, & vtroq. casu exprimitur ab eis forma proceden. nam si per possessionē, cōmuniter fit articulatio de possessione propria patris, & aui iuxta dictum fo. Si aliquis, non tamen negarem posse admitti ad faciēdum Saluam iuxta dictum fo. Cum totum. ex quo dictus fo. Si aliquis. æditus in eadem curia, non corrigit eum, sed ponit diuersum casum, & sic ad limites cuiuslibet ex dictis foris, esset admittendus ad Saluam faciendam, & isto casu quando agitur de probanda dicta Infantionia per possessionem, & per eam ad se Saluandum, expectat dicta causa, iudicium proprietat. & licèt fuerit disputatum super hoc asserendo, quòd attestatio dictorum militum, est iudicium proprietat. quod iuuatur ex dicto fo. Omnis homo. vbi dicta Salua auctoratur per cartam perpetuò valituram, & ita quòd dicta sententia nō possit retractari, nisi in casibus quibus sententia lata ex probationibus priuilegiatis retractari potest: de quo per Docto. in c. Proposuisti. vbi Deci: nu. 14. ext. De proba. nihilominus tamen post dictum processum saluæ, fuit intentatum iudicium proprietatis, & ita fuit declaratū in processu de Lastanosa de Mōçon, & in hominibus de Larues, & etiam credo in processu de los Ruizes, de la Communidad de Daroca, & dictus Moli. & Ferrer tanquam de re certa, ponunt formam procedendi in articulo proprietatis, vel secundùm fo. antiquos, vel fo. secūdum de Rei vendi. dicta siquidem immunitatis, seu ingenuitatis causa, iudicium habet possessionis & proprietat. vt per Couarru. & quos ipse allegat in d. c. xvj. nu. 10. & 11. lib. 1. Resolu. supra allegat. & de quæstionibus quę in ritu dicti processus se offerunt, vide vbi supra dictos Molinum & Ferrerium.

Vltimo

† Vltimo quæri potest qualiter amittatur Infantionia, & amittitur.
41 1. quidem per sententiā super ea latam, ex quo res iudicata pro veritate accipitur, quia & si non esset Infantió, ex quo per d. Regē iudicatur Infantio, amodó pro Infan. habetur, quia res iudicata pro veritate habetur, & ita dicit lex, ingenuū accipere debemus eū, pro quo lata est sētētia, etiam si fuerit libertinus. l. Ingenuū ff. de statu homni, hæc Patos in d. fo. omnis homo. de proua. idem è contra dicendum est, ex quo contrariorum eadem est disciplina, dicit glo. in Rub. ff. de acqui possess. glo. in c. deniq. 21. distinc. in verbo etiam, allegat. l. inter stipulantē. de verbo obli. Item amittitur priuilegium Infantioniæ, si Infantio exerceat mercaturam, seu artem aliquam mecanicam suis manibus: vt in Obser. Item si alguno sera, tit. declara. d. reg. ponit. Moli. in verbo Infantio. verū Infantiones si exercent; super quo potest dubitari si perpetuo amittant priuilegium Infantioniæ, vel pro eo tantùm tempore, quo dictam artē exerceant: cui dubio respondet Cassa. in consuetu. Burgun tit. des droitz: §. 19. nu. 31. distinguendo, quòd si est nobilitas sanguinis, quòd non amittitur, sed suspenditur durante tempore impedimenti, quia iura sanguinis tolli non possunt, si verò nobilitas peruenit ex priuilegio, illa perditur in totum, vt ibi percum, & eundem latiùs in cons. 64. n. 37. ex quo benè infertur quòd cum In fantionia nascatur, & non erectur quòd sublata arte impedimenti, remanebit Infantio. Bages. in Obser. 1. ad fi. de condi. Infantio. vi. Rebuff. 2. to. pag. 217. Itē, an illi expressè possit renunciare Infantio, sicut potest tacitè, cùm sit par virtus taciti & expressi: vide Couarru. in c. quàmuis pactum a. relectio in prin. num. 5. vsq. ad fi. Tiraquel. de Nobili. quæst. 35. & 36. Otolorā de Nobilita. in 2. parte 3. partis principalis. c. 9. num. 7. cum sequen. idem Couarru. c. 1. varia. reso. lib. 2.

42 † Est etiam de reseruatis Dominó Regi commissio causarum appellatione remota, quoniam ex quo à Domino Rege nó appellatur (nā licèt regula sit, quòd appellari posit à quolibet iudice. c. omnis & c. ad Romanā. 2. quæst. 6. Specu. tit. de appella. §. Videndum. in prin. tamen à Rege, vel alio non recognoscente superiorem, non appellatur l. 1. ff. à qui appella. non licet Maran. de appella. nu. 237.) nimirum si potest causam committere appellatione remota. Hæc tamen commissio fieri non potest, nisi a Domino Rege, secundùm Bar. in l. fi. C. de senten. idem l. 1. §. fi. ff. à qui. appella. non licet; vbi, not. secus esse in interlocu. hac siquidem clausula appellatione remota, nullus, præter Principem vti potest, d. l. 1. in fi. ff. à quibus appella. non licet Maran. de appella. nu. 226. fol. 287. & sic dicitur hæc commissio de reseruatis domino Regi. Et hæc dicit Bages. in d. Obser. not. Quod tres. esse de mente Sancij Æ gidij Iustt. Aragon. qui asserbat à Primogenito Gubernatore posse appellari: tamen eximi us Petri de Salanoua Iustitia Aragonū, dicebat oppositū, & quódipse non audere dicere pro toto mūdo, quòd a dicto Primogenito posit appellari, vt retuli supra, quia primogenitus, præfectus prætorio appellatur, vt dictum est supra, à quo similiter

similiter non appellatur. l. Præfe-ctu.ff.de Mino.l.1. §. his cunabulis. ff. de offic. Præfect. Præto. Maran. de ordin. Iudi. titul. de appella. nu-mer. 239. & consequenter hæc com missio non potest dici de reseruatis domino Regi tantùm, quinimo at-tentis dispositionibus foralibus, do-minus Rex non potest, salua clemen cia, tollere ea, quæ Regnicolis com petuntà Foro, cùm & ipsi fori in contractu transierint, quibus contra ctibus, dominus Rex stare tenetur Ias. latè, consi.1.vol.1.

43 † Est etiam de reseruatis domino Regi tantùm, licentia faciendi boa-lare, vltra illud quod fieri potest per vniuersitates, scilicet quantum continet vna ballistata: nam facien-di maius boalare licentiam, solus dominus Rex concedere potest: vt per illam Obseruan. dicit Bages in Obser. 1. de Pascuis, dicit ibi, esse dictam licentiam de reseruatis, si-cut est diuisio terminorũ, & creatio Notariorũ adeo, quòd Primogeni tus quantũcumq. sit Procurator, seu Gubernator generalis, illam non potest concedere. Prohibetur siqui dem dictum boalare, vltra dictam ballistatam, ne ius depascendi locis circumvicinis impediatur, compe-tit enim ius de pascendi eis, de area, ad aream, & de sole, ad solem, iuxta dictas Obseruan. de Pascuis, & Ob seruan. Item in Aragonia in omni-bus Villis. de Genera. priuile. & in Foro de Villis, de Pascu. quam ratio nem reddit Molin. in verbo Boala-re, quæ iur conson a est. l. Si do-mus.ff. de serui. vrba. præ. l. Si eo loco.ff. si serui. vendi. Soci. consi. 105. cum sequen. lib. 1. Cassa. in consuetu. Burgundiæ. fol. 396. col. 2. Couarru. lib. 1. Variarum reso-lu. cap. 17. numer. 11. ad fi. licèt in hoc sit maximè aduertendum, an seruitus de pascendi, competat pa-cto, aut titulo aliquo, vel ex eo tan-tùm, quia vicinus, quæ distinctio elicitur ex his quæ ponit Cepola in tract. de Serui. in tit. de seruit. iuris de pascen. nu. 25. cum sequen. vide Co uar. in c. pe. pratica quæst. Auend. de Exequen. manda. Reg. c. 4. quẽ, Co uarru. & plures alios allegat in d. quęstio. num. 4. cum sequen. & ibi numer. 6. tractat de huiusmodi seruitute areæ foralis, scilicet quæ est, inter loca vicina, & ex ibi dictis resultat, quòd non est tantæ poten tiæ hæc seruitus, quæ competit ra-tione vicinitatis, quantum illa quæ ex pacto, perscriptione, aut alio ti-tulo competit ratione vicinitatis, nam nihil fieri potest quod ius serui tutis competens, ex titulo deteriore tur: secus si ius pascendi competat ea ratione, quia Incola, vel vicinus, nã tũc bene potest dominus Prædij, in quo nõ erãt arbores, vel vites (quo casu collectis fructibus poterat de pasci per vicinos) plantare dictas ar bores, vel vites, & impedire per in-directũ dictũ pastum, vt ex pluribus comprobat Couar. à nu. 2. in d. c. pe. & ideo, quia non est tantæ potentiæ hæc seruitus ratione incolatus, vel vicinitatis, permittitur D. Regi, da-re licentiã faciendi boalare, præam-bula causæ cognitione, & sic impedi re dictã pasturã, quod aliàs non lice-ret, ex quo salua clementia, non per mittitur D. Regi auferre ius quæsi-tũ: iuxta not. per Feli, & Dec. in c. quæ in Ecclesiarũ. de Consti. Itẽ do-minus Rex, hanc licentiam faciendi boalare, præambula causæ cognitio ne concedit, dando commissionem, prov t fuit mihi data, instantibus ho minibus de Boquiñen. petentibus dictam licentiam, vt accederem ad

videndum terminos, & partes quibus sine incommodo dicti iuris areæ foralis, vel saltim cum minori incōmodo, quo fieri posset daretur dicta licentia, & ad considerandum causas, quæ possint dominū Regem mouere, ad concedendum licentiā faciendi boalare in tali loco, & tantæ latitudinis, & longitudinis, & quoniam ex dicta licentia parum præiudicij paratur vicinis, adhibita causæ cognitione, & quia iuxta dictas Obseruantias, & signanter. d. Obser. Item in Aragonia in omnibus. & dict. For. 2. de Pascuis, in dicto boalari, ad paria iudicantur omnes, quia quando vni vtuntur eo, & alij vti possint: vt dicunt dict. For. & Obseruan. & Bages latè in dict. Obseruan. t. de Pas. & Vitalis titul. de Minut. animalibus decolla. & in titulo de vetato, nimirum, si domino nostro Regi competat dicta facultas dandi licentiam, ad faciendum boalare vltra dictā Ballistam: vide Perius. in dict. For. 2. de Pascuis.

44 † Est insuper de reseruatis domino Regi Creatio militis, quia ex hominibus conditionis, solus Rex creat Milites, Obseruan. 1. de Condi. Infantio. For. 1. de crea. Mili. ponit Pertusa in For. 3. de crea. Mili. & Bages in dicta Obser. 1 de con di Infan. vbi quòd Villanus, non potest Miles creari, nisi per dominum Regem, vel cui ipse demandauerit: in hoc tamen sunt distinguenda tempora, quia ante For. Interest. de crea. Mili. de anno 1461. Villani creabantur per dominum Regem, post dict For. neq. per Regem, nisi in batalla, modo, & forma ibi recitatis, Infantiones, & ciues honorati, sicut & olim, & hodie possunt promoueri per militem, & tamen vt in hoc aliqualis introductio dari possit, potest quæri.

45 † Primò quis potest Milites creare: de hac quæstione attenta iuris dispositione est tex. in l. neminem. C. de re mili. lib. 12. disponens neminem, præter Principem posse militem approbare, & ibi Luc. de Pæn. & in l. 1. C. Qui milita. poss. eo lib. & in l. 1. de Digni. vbi etiam Bar. à numer. 79. cum sequentib. quem ad hoc alleg. Molin. in verbo Miles potest promouere: de For. vide eundem Molin. ibi, & in verbo Batalla, versi. in Batalla potest. Pro quo faciunt, supra proximè scripta, vt distingamus tempora, & personas, scilicet, tempus ante Forum de crea. militum. 1461. & per sonas Infantionum, & ciuium honoratorum à Villanis, nam ante dictum For. 1461. solus Rex poterat villanos creare Milites, Molin. in verbo Batalla. versi. ante pen. & in verbo dominus Rex non potest, post dictum For. solùm ipsi villani, possunt creari in batalla per dominū Regem, vel eius Locumtenentem, vel Primogenitum, vt dicitur in dicto For. Interest. de crea. Mili. Calat. vel etiam per Regem extraneū in dicto bello, cum approbatione Regis naturalis, For. fi. de creat Mili. quo verò ad Infantiones, & ciues Cæsaraugustæ, & aliorum habentes priuilegia Infantionum, ipsi possunt perquemcumq. Militem promoueri, vt ex dictis For. 1. & 2. de Crea. Mili elicitur, & ex Obser. de Condi. Infan. vide Molin. in dict. versicu. Miles potest promouere, & Pertusam in for. 1. de Re mili. & in li deter. titul de Militibus, & in dicto For. Interest. vide Carol. de Grassa. de Regal.

de regal. li. t. in 2. iure. vbi asserit quód de iure quilibet miles potest alium milite creare.

46 † Secundo potest quæri qui possũt creari milites,& super hoc de iure vide Rub. & iura ibi contenta Qui milita. poss. vel non li. 12. C. & certum est, damnatos iuditio, ex quo irrogatur Infamia,non posse milites creari,l. qui cum vno. §. Adulteri,de Adulte ff. Infamis enim nõ potest esse miles,glo.in l.a.§.Miles.ff.de his qui not.infa.Bal.in l.de positi.C.de depos.& similiter debet habere creãdus miles plura requisita de quibus per glo. in l. milites.ff.ex quibus causis maio.glo.in Auten.de manda.prin. §.fi. & glo.in §. Item in milite.de excusa.tut.Iusti.& Bar. in l.vnica.C.de Athl.dicit,vt miles in bello promoueri possit,debet habere trinam victoriã,Archi.in c.de quibusdam.37.distinc. Panor. in c. cùm secundum: de præb. col. 4.& sic regula erit,quemcumq. posse in militem promoueri, nisi qui prohibeatur,& cùm á fo. nihil ex his quę à iure tradnntutur, reperiatur immutatum,erit recurrendum ad regulas artis, ex his quę d. Rex Iacobus in proe.fo.disponit,deficiẽ. for. esse recurren.ad sensum naturalem & æquitatem,quod est ius commune, in quo Relucet naturalis equitas,& sensus, vt declarat, pe. de Bel leg. in Specu. prin. fol. 25. vide quæ habeo in fo. antiq. in d. prohemi.

47 † Tertio potest quæri qualiter miles creetur,& sic quæ solennitas est seruanda in creatione militis, de iure,vt notatur in auten.de mãda.prin. §.pe. in glo. verbo certe & in l. penul.ff. ex quibus causis maio. & 2. quæst. t. c. prohibentur. Lucas de Pẽ. in d.l.C.qui mili.lib.12. tenentur præstare certum iuramentum, in quo iurantur sex,vt dicit glo. in l. penul. ff. ex quibus causis maio. vide in Reperto. Abba. in verbo miles.de Foro qualiter quis miles creetur,vide eundem Pertusam in d. suo libro,deter. in titu. de militibus,& remissiue in di. Fo. interes de Re mili.& ex dic. Fo. 1.de re militari,potest elici forma creationis, ex forma degradationis, vt per Regem,aut militem creantem, cingatur ense,dicendo verba quæ ponit Lucas de Pen. in l. his quidem. qui mili. poss. in verbo cingulo.scilicet accipe sanctum Gladium, in quo deijcies aduersarios populi mei, Israel.vide ibi not. verba per eum vbi asserit,dictum gladiũ seu ensem, debere esse deauratũ. Item solet in signum creationis, Dar dos golpes con la spada desembaynada, encima el hombro,diziendo Dios y Sãtiago os haga buen Cauallero. Vt videbis in forma creationis milita. don Io. de Gurrea supra inserta in. 4. quæst. prin. sub n. 6.

46 † QVARTO. potest quæri de effectu dictæ militiæ, & in primis,dicta militia de Fo. dicitur dignitas, vt elicitur ex Obseruan. 2. de condi. Infantio. Molin. in verbo miles versi. militia dicitur,Pertusa in Fo. 1. de re mili. secus de iure, nisi dignitati iungatur, quia tunc non aliás dicitur dignitas: l. 1. de equestri. digni. libro. 12. Alb. in l. militia C. loca Bar. in l.1: C. de digni. lib. 12. Martin. Laud. in tracta. de militibus, vide quos allegat Molin. in dicto versicu. militia. Item operatur alium effectum, quia generat Infantiones

 nam

nam miles creatus, generat filios Infantiones. Obser. 2. de condi. Infã. Moli. in verbo Miles, versi. militis filius. vbi quærit de quæsti. an generatus ante adeptam militiam dicatur Infantio, & ibi, tandem concludit esse Infantionem, vide quæ habeo in Reperto, & Abba. in verbo miles.

Item sunt priuilegiarij circa immunitates domorũ, sicut Infantiones. Itẽ circa earum personas, adeò quòd dubitatur, secundùm Molin. in versi. miles magnus, si possunt puniri pœnis corporalibus, tamen concludendum est in hoc, quòd miles simplex, puniri potest pœnis corporalibus, nam ea ratione quia potest puniri, statuitur Regen. officium Gubernat. debere esse militem simplicem, fo. Quia secundum. quòd regẽ. offi. Gubernationis sit miles simplex: circa verò iurisdictionalia est miles, sicut Infantio, vt non possit accusari, nisi coram Regijs officialibus, vt dictum est de Infantione: vide Moli. in verbo miles versi. de militibus habi. in locis dominorum.

Item habent priuilegium creandi, milites, eos, qui sunt Infantiones, & ciues honoratos Cæsaraugustæ, nã miles de iure potest militem creare: vide Carol. de Grassa. supra rela tum, similiter, & saluandi Infantiones, vt de eis latè per Moli. in verbo miles. Item habent circa onera, immunitates non soluendi, nec contribuendi, vt in foris & Obseruan. de priuileg. mili. & condi. Infan. in quibus milites, & Infantiones ad paria iudicantur: de iure quæ sint militum priuilegia, & an milites nostri tẽporis gaudeant priuilegijs militum, vide in l. Centurio. ff. de Volga. & pupil. substi. vide in Reperto. Abba. & quæ ibi habeo in verbo, miles & l. 1. C. de Iur. & Fac. igno. vide etiam tracta Martini Lauden. de mili.

49 ✝ VLTIMO potest quæri qualiter perdatur dicta militia, seu eius priuilegiũ, & quidem si saluant Infantioniam alicuius, in casu non permisso, perditur militia, vt dicunt fo. Fatigatus. de condi. Infan. & fo. 1. &. 2. de crea. mili. Item si exerceant artem vilem, vt dictum est de Infantione, quæ sunt hic repetenda, si amittat in totum, vel durante tempore & exercitio illius artis; & per ibi dicta videtur quòd perpetuò, ex quo non habet nobilitatem ex sanguine, sed ex priuilegio militari. Item exigentibus eius demeritis, vt si alia crimina perpetrasset, per quæ venerit degradandus; de qua degradatione infra proximè dicetur: vide Moli. in verbo miles. versicu. milites pro delictis, de iure vide in l. desertorem. §. Pœna militum vsq. ad fi. legis. ff. de Re mili. & in titu. de Deserto.

50 ✝ EST insuper de reseruatis domino Regi, militis exauctoratio, seu degradatio, quia solùs Rex potest deponere militem, & illum degradare à cingulo militiæ, Fo. Conditor orbis. de re milita. vbi ponitur forma degradationis, vt scilicèt ipsemet degradandus cingat sibi ensem, quo facto, Princeps terræ, scilicet Dominus Rex, accepto cultello supra renes, scindat ensis corrigiam, ita vt cadat in terra ensis, & ita sit à militia depositus: nam vt dicit Lucas de Pena. in l. Is

quidem

quidem in verbo cingulo, Qui mili ta. non poss. quòd hoc cingulo spoliati perdunt omne militiæ priuilegium, solus ergo dominus Rex degradat militem, vt dicit Vitalis in tit. de appella. §. Iure autem latores. quem refert Bages. in d. Obser. Nota quòd tres. & in Obser. Item circa. de priuileg. mili. quem etiam refert, & sequitur Pertusa in d. fo. Cōditor. Bages in Obs. pena militis. de le. Aquil. qui allegat dic. fo. sed quia hæc parum seruantur non est, quòd super eis, quę super hac degradatione facienda sunt insistamus, scilicèt quæ causæ cognitio præcedere debeat, & declaratio, & si potest dupliciter fieri verbaliter, & solemniter, seu actualiter, & si iudicatur ad paria cum degradatione militis celestis militiæ, de qua in c. Degradatio. de Pœ. li. 6. vide in Reperto. sanctæ Inquisi. verbo Degradatio Moli. in d. verbo miles versm. il pro delictis vbi alegat. d. c. Degradatio, vbi quæri tan vltra militiam amittat priuilegia, quę alias ex Infantionia vel alio priuilegio competebāt, de quo etiā agunt Patos super dicto fo. Conditor. & ibi etiam Pertusa, asserentes idem quod ipse Moli. scilicet quòd ex degradatione non amittat nisi militaria priuilegia, & solet hodie miles exigentibus meritis decapitari, sicut fit in Italia, non furca suspendi, sicut fit in Francia, vt reffert. Bar. in l. Desertorem. §. 1. ff. De re mili.

51 †Item beneficij absoluendi ab infamia: concesio, status restitutio, natalium purgatio, & ea quæ ad remisionem, & indulgentiam pertinent: dicit enim Vitalis, pertinentia ad remisionem & indulgētiam, vt infamiam abolere, statum restituere, purgatio natalium, criminremittere libertates, & similia concedere, deffectus processuū supplere contra Officiales inquirere, venditionesbonorū Sarra. aprobare, illos torquere, cotos facere, nobiles castigare, Regi esse reseruata; in dicto titu. de appella. iure autem latores esse de supræma, & pre excellenti Regis iurisdictione, quod iure ciuili etiam fundatur, & de aboblitione vide Papon. §. 3. inprin. fo. 7. l. generaliter C. de senten. pass. l. fi. de gene. aboli. l. ad tempus C. ex quibus causis Infa. irrogetur. Et sic crimina relaxare, priuilegia siue libertates, & immunitates facere, & concedere, ad Dominum Regem pertinet, vt dicit Bages in dict. Obser. Nota quòd tres. & hoc est in causis prædictis, & etiā supplere processuum deffectus & nullitates, facere contra officiales Inquisitiones; Molin. in verbo Officiales delinquen. venditiones bonorum Sarracenorum, & Iudæorū Christianis factas approbare, Iudæos & Sarracenos quorum corpora sunt Domini Regis, Foro de Iudæ. & Sarrace. torquere. Prohibere ne extra Regnum, extrahant equos, Ganatum. &c. §. Item que los Cotos de Priuileg. generali captio nobilium, & eorum castigatio, de quò infra latiùs, dicetur. Hæc omnia sunt de reseruatis d. Regi, vt asserit Bages. in dicta Obseruan. Nota quòd tres. & Moliu. in verbo d. Rex, versicu. de reseruatis Domino Regi, quæ omnia dicuntur ad Dominum Regem pertinere, & eidem esse tantùm reseruata, respectu Primogeniti, in vim fori iurisdictionem exercentis, vt supra diximus: secus

respectu locumt. generalis, locumtenens generalis solet omnia supra dicta Regi reseruata exercere, vt di cit Moli. in verbo Locumt. genera lis: ratio est, quia Rex potest ea que sunt sibi reseruata, delegare. c. quóad translationem ext. de Offi. lega. & præterea attendenda est vis & potestas verbotum contentorum, in regio Priuilegio, vt dicit Petrus de Bellug. in Specu. prin. titu. de potesta. Locũt. vbi dicit, quòd pro pter illa verba quę in eorum prouisionibus apponũtur, scilicet, pónẽtes vos in Locum & ius nostrum, ex quibus verbis indubiè Locumt. generalis videtur constitutus, vt in rem propriam procurator, & proprio iure, Locumt. exercet vtiliter, quid quid ad Principem pertinet, vt in casu legis quadringenta. ff. ad Trebell. vbi Ange. & Imola. & in. l. si cum emptore ff. de Pac. & l. 3C. de Noua. adminus est verbum dicere, quod habet mandatum cum libe ra, Bar. in l. in prouintiali. §. Si ergo ff. de Noui. ope. nuntia, ex quo mandato potest, ea quę requirunt speciale mandatum. c. qui ad agendum. de Procura. li. 6. hæc Bellug vbi supra & ita Locumt. quotidie cognoscit de reseruatis, & delegat, ei, sicut Rex solet, nam Locumt. potest ea omnia quæ princeps, Laurẽ. Silua conf. 74. & hoc ex eo quia eius iurisdictio suscipit vires & effectum, á viribus & effectu verborũ Regij Priuilegij, & regulatur ab eo vt dictũ est supra: iurisdictio verò dicti primogeniti in vim dispositio num foralium, non extenditur ad ista reseruata.

52 Tum ex dispositionibus foralibus de anno. 1528. de nominatio consi. D. Regis est ipsi reseruata, in casu vacationis perpetuæ, iuxta formã fo. sit nominatio & prouisio, & simi liter de consiliarijs super criminali, fit per eundũ dominum Regem no minatio, iuxta fo. super criminali, de anno. 1564. sicut & eius Cancel la. Vicecan. Regens Cancell. sui per eum creãdi iuxta fo. de Offi. Cancell.

Vltimò, est & aliud reseruatumdo mino Regi, & adeo reseruatũ, quòd nec per eius Locumt. generalem ex plicari potest, videlicet conuocatio curiarum, quia solus. d. Rex, & non alius illas potest conuocare, vt reffert Moli. versi. de reseruat. domi no Regi in verbo. d. Rex, & in ver bo Curiæ generales versi. si. & in verbo Locumt. generalis versi. si. vt elicitur ex prœmio fororũ Mae llæ: vbi sub amplissimis protestatio nibus ibi contentis, fuerunt per Lo cumtenentem generalem, conuocatæ & celebratæ.

54 † Subsistente tamen maxima & vrgenti necessitate, conuocari possent per Primogenitum, vel Locũtenentem generalem, vt reffert Petrus de Belluga. in Specu. prin. tit. de habilitatione ad curiam, & Iaco. Callicius in extravagatorio curiarum. 4. quæstio. nam tunc absq. metu periurij posset, etiam si id iuratum esset per Aragonenses, vel do minum Regem, fieri dicta conuocatio & celebratio curiarum, de cõsilio eorum ad quos iuramentum di rigitur, seu in quorum fauorẽ fuit factum, quia semper habet clausulam sub intellectam, rebus sic stantibus. Bal. in l. cleri. C. de fideĩ co. & absurdum esset contra publicàm vtilitatem interpretari, quod in eius fauorem inductum est, Bal.

Bal.l. Obseruare. §. Proficisci. ff. de Offi.Proconsu. & Leg. Bellug. vbi supra,& isto casu ponit formam cõuocandi dictam curiam generalem, dictus Iacob. Calicius in dict.4.quęstione.Et ita videmus factum fuisse, vt reffert Iustitia Aragonum in sua littera,in fin.fororum inserta,col.9. quia mortuo Rege, fuit conuocatũ Regnum per Regentem officium Gubernationis,& Iustitiam Aragonum, super successiõne Regni:nam licẽt aliàs sine consensu Regis non possit congregari Regnum, tamen ex vrgẽti,& necessaria causa, ipsum regnum tangente, posset congregari:argumento eorum quæ not. Feli. in ca.super literis nu.21.de Rescrip. vbi notat,quòd concilium generale non potest congregari sine licentia, & auctoritate summi Pontificis:fallit tamen ex causa prædicta,vt ibi per eum,facit,quia necessitas facit licitum,quòd aliàs est illicitum, vt in regula iuris,& alia regula quòd necessitas non habet legem, vel veriùs non subest legi: de quo plura per Cassane. in consuetu. Burgundi.tit. Des Iustities.§.5.fol.51.Guiller. Bened.in repe.ca. Rainucius.in verbo, & vxorem nomine Adelasiã.n.1033 cum sequen. Plura enim necessitatis causa permittuntur,aliàs prohibita, ad quod reffert plura Tiraquel. de Retractu.lineag.§.26.glo.1.n.20.necessitati Nedij quidem resistunt, vt idem reffert.§.1.glo.9.nu. 32. periculum enim instans tribuit iurisdictionem,aliàs non habẽti, Obser.de consuetudine de Cita.vbi nota.

55 †Sunt quædam reseruata Domino nostro Regi & Primogenito tãtùm,quæ nec ad Regen.offic.Guber. Iustitiam Aragonum,nec alios officiales pertinent,nec per eos exerceri possunt.

In primis circa honores,præheminentiam,& emolumenta, cõpetunt Domino Regi,& Primogenito, ea quæ alijs competere non possunt:& primo ratione nominis,nam vt dictum est supra circa princ.huius. 5. quæstionis versi.3.propiùs accedendo, vterq; idem nomen habere videtur , quod alijs non competit,scilicet,quia vterq; Rex appellatur,vterq; præfectus prætorio, vterq; dominus appellatur: & est quia vterq; in dominum iuratur de prę senti,vt ibi dixi,licẽt etiam dictus Primogenitus varijs etiam nominibus decoretur,secundùm varietatem fororũ, & temporum : quandoq; Gubernator appellatur,vt in dict. for. Quia secundùm.quòd Reg.offi. Gubern. sit mil.simp. quandoq; Procurator generalis,vt in for.de Secunda confir. mone.quandoq; Infans,vt in declara.priuileg.4. col.& in dict. for. de Secunda confir.mone. quandoq; Primogenitus tantùm, quo tantùm nomine vtuntur Fori Aediti Calat. & post eos vsq; nunc : ref. runt Bages in dict.Obseruan.2.actus cur.& Obseruan.4.de appella.& Moli. in verbo Primogenitus : & appe.latur Primogenitus, etiam si natus, ante quã Pater nactus esset regalẽ dignitatẽ,vt vbi Moli.versi.ante penul.vbi allega.Feli.in ca.Inter cętera.de Rescrip.n.2.Lecirier.de Primog quæst. 12. Car. Moline.tit.1 §.8.numer.55. & allegat bonam rationem, & etiã si nullus eum sequatur, vt dicit ibi versic.penul.& quis deniq; dici possit Primogenitus, ponit, Corsc.in tracta. de potesta. & excellentia Regia , quæstion. 26. de Foro tamen, dictum ius Primogenituręsolùm consideratur in Filijs Regum, vt dicit idem Molin.versic.Primogenituræ ius, & an per amentiam,

 vel

vel alias amittatur, ius Primogenituræ, vel si dabitur ei curator, vide eundem Molin. ibi vet sicu. fin. allegantem Bald. in cap. 1. de successio. feu.

56 † Secundò decoratur, quia solus Primogenitus sedet à dextris patris, vt dixi supra in princ. huius secundæ quæstionis, versiculo præterea dictus Primogenitus decoratur, vbi latè quod sedet à dextris patris, honoratur præceteris, conregnat patri, ideo Rex appellatur, ideo regimen habere debet, & quidem inuito patre, & sic à lege. Et si opponimus officium, & ius dicti Primogeniti, officio Cæsaris, vt dixi supra in 2. quæstione princ. nullus tali decoratur honore, ex quo Cæsar, Augustæ maiestatis hæres designatur, & ideo dicitur, ex Cæsare fecit Augustum, vt dixi latè in 3. quæstion. princ. allegando Hieronim. Cagnol. in procem. & Hieronym. Çuritam, hæc nulli, nisi Primogenito a lege competunt.

57 † Similiter in signum quòd dictus Primogenitus, honoratur vt Rex, habet eosdem officiales in curia sua, quos Dominus Rex in eius curia solet habere, scilicet Vicecancella. Regen. Cancella. & reliquos: Bages in Obseruan. penul. delit. contesta. Similiter & illos creat, vt dixi supra, circa princ. huius quæst. secundæ versicul. Præterea dictus Primogenitus Gubernator: hæc omnia sunt de reseruatis Domino Regi, & Primogenito, nam solus Dominus Rex, & eius Primogenitus conregnant, habent & creant dictos officiales, secus in Regente, quia non habet eosdem officiales, nec aliquem eorum creat, vt dixi supra. Iuratin super cùm eadem solennitate, qua Dominus Rex, vt dixi supra tractando de eius iuramento, iuxta for. coram quib. Domin. Rex Primogen. & Locumten. iur. te. Habent soli, Procuratores Fiscales, & non alij, for. de Procurat. Fisci, & de Procu. Fiscali, quibus citatis, habentur Domin. Rex, & Primogenitus pro legitimè citat. vide Molinū in verbo Primogenitus Dom. Regis dicitur.

58 † Circa emolumenta, sunt quædam Domin. Regi. & Primogenito reseruata, quæ Regen. nec alijs competunt, vt est exactio cenarum: Rex si quidem, & Primogenitus tantùm habent cœnas: intellige de cœnis quæ ratione visitationis, & iurisdictionis debentur, quas nullus præter eos habet, nec Regens officium Gubernationis for. 3. de Regent. officium Guberna. quòd non poss. alium reg. face. sunt tamen aliæ cenæ, quæ dicuntur alimentationis, super quibus non potest transigi. l. De alimentis. C. de Transf. neq; priuilegium concedi, cum in præiuditium tertij fieri non valeat, vt latè de dictis cænis, tam alimentationis, quæ debentur omnibus filijs Domin. Regis non habentibus aliàs vnde se alant, quàm visitationis, quę ratione exercitij iurisdictionis debentur tantùm Domino Regi Locumtenent. generali, & Primogenito, per Bages, in Obser. for. Aedi. apud Exeā, vbi plura notanda reperies, & de dictis cænis visitationis, ponit etiam Molin. in verbo Primogenitus Domini Regis an recipiat: vbi quòd Primogenito tantùm debentur cenæ absentiæ, & à locis quibus illas recipere consueuit, quia cænas præsentię tantùm exigit Dominus Rex, & eius Locumtenens generalis, & vide Molin. in verbo Domi-

Domini Locorum qui non sunt. circa fin. & vid. For. & ibi not. per Pertusam in For. Actus curia. super Reddi. Rega. Hæc enim solùm ipsis reseruata dicuntur, ommisso eo, quod de Locumten. gener. dictum est supra, qui pro eadem Regia persona dicitur supponere; & ideo dicitur posse omnia quæ Dominus Rex, excepta conuocatione & celebratione Curiarum..

59 † Præterea circa causarum cognitionem & expeditionem, sunt quædam dictis Domino Regi & Primogenito reseruata, quæ alijs non competunt, scilicet Euocatio causarum ex causa suspitionis iudicis & territorij, quæ dicitur Perhorrescentia; de cuius nominis Ethimologia & significatione ponit Molin. in Verbo Perhorrescentia. in principio, vbi allegat iura de hac Iudicis & loci suspitione, & quatuor

60 Foros de ea loquẽtes. † Et quia hæc Euocationis materia est diffusa, pro introductione possunt proponi plures quæstiones, ommissa huius termini seu vocabuli Euocatio, significatione, quam latè ponit Rebuff. 1. tom. in tracta. de Euocatio. in prin.

19 † Primo quid sit Euocatio, cuius termini diffinitionem ponunt, Rebuff. in dict. tracta. de Euoca. in 2. quæstion & Couarru. In Practi. quęstio. 9. quæsti. num. 1. in princip. vbi dicunt quòd est litis penden. coram inferiore, ad principem vel superiorem, sine prouocatione facta translatio: & ibi per eos, quòd Euocatio, non fit, nisi litis quæ iam pendet, quia quod non est, euocari non potest .l. Decem de Verbo. obliga. in hoc tamen deuiat consuetudo Regni, quòd Euocatio fit quandoquè generaliter causarum motarum & mouendarum, de qua consuetudine meminit Ferrerius in sua Methodo de Euocatione Perhorrescẽ. in fin. verum tamen est, quòd hodie se abstinet Regens Cancellariã á tali Euocatione generali, sed solũ Euocantur causæ motæ, & durante beneplacito: super qua quæstione, an causæ mouendæ possint Euocari, allegat Mólin. in dict. verbo Euócatio versi. Euocata si est aliqua causa, circa medium, ibi, an ante ex dictis.

62 † Secundò potest quæri, quotuplex sit Euocatio: de iure dicunt Rebuff. vbi supra in 3. quæstion. & Couarru. in dict. 9. quæstion. n. 4. versic. his quidem, quòd est duplex: tacita, vt quando Princeps causam coram ordinario cæptam, scienter alij delegat, ex hoc videtur facere illam ab ordinario auocare: expressè, quando vtitur euocationis verbo, sed hæc distinctio non procedit in Aragonia, cùm non habeamus tacitum, vt latè dico super regula standum est cartæ, nisi enim expressè euocetur in casu quo de Foro euocari potest, non intelligitur euocata: datur insuper alia distinctio de iure, quòd Euocatio, alia fit ex officio, alia verò instante partè, vt Rebuff. ibi, & Couarru. circa fin. dict. quæstion. 9. hæc autem distinctio, bene habet locum in Regno, nam quandoq; fit Euocatio ex officio, vt quando Domin. Rex, Locumtenen. Primoge. vel Regens officium Gubernationis, extra ciuitatem Cæsaraugustæ, intrat in aliqua Ciuitate, seu Villa Regali, statim in ingressu euocant ómnes causas motas, & mouendas ex officio: de qua Euocatione ex officio, loquitur For. 2. de Regen. offic. Gubernationis quod non possef. alium reg.

reg. fa. licèt in Euocatione generali quæ fieri solet, agatur contra dispositionem illius For. alia est Euocatio quæ fit parte instante, quę est omnis alia Euocatio, siue sit illa quæ fit iuxta For. de Euoca. in calculo ferendæ sententiæ, siue fit ex causa suspitionis, potest tamen de Foro dari alia Euocationum distinctio, quam in expresso ponit dictus Ferrerius in Methodo, titulo de Euocationibus, scilicet quód alia sit Euocatio simplex, alia quæ fit ex causa, simplex, quæ absquè aliqua allegatione, & petitione prouidetur, vt est illa, quæ in calculo ferendæ sententiæ fit, de qua loquitur dictus For. de Euoca. alia quæ fit ex causa suspitionis iudicis & loci, de qua loquuntur illi quatuor Fori allegati per Molin. in verbo, Perhorrescentia. circa princ. & meliùs obser. pro parte communita. cùm ver. seq. tit. actus Curia.

63 † Tertio potest quæri, quis potest causas Euocare, & huic quæstioni, respóndent de iure, Rebuff. in dict. tracta. de Euocation. quinta quæstione, & Couarru. in dict. quęstion. numer. 1. vbi quòd euocare potest ille superior qui liberè potest quacumquè in parte litis, iurisdictionem iudicis tollere, deniquè ille qui iudicare iusserit: & sic non omnis ad quem appellari potest, de iure poterit euocare, ex quo sequitur quód Metropolitanus non poterit auocare à Diocesano, sed ille tantùm superior qui iudicare iusserit, & sic potissime ad Principem spectat dicta causarum euocatio, hęc latè per eos ibi: de Foro tamen adhibe, distinctionem, quia aut loquimur de Euocatione simplici, vt illa quę fit in calculo ferendæ sententiæ, & quæ fit ex officio, & ista fieri potest per quemcumquè, qui in Regia Audientia præsideat, iuxta dictum For. de Euocatio. & For. 2. de Regent. offic. Gubernat. quòd non poss. alium Reg. face. nisi fiat Euocatio à Curia Iustitiæ Aragonum, quia non potest à dicta Curia Euocari, nisi præsideat, Dominus Rex, Locumtenens, aut Primogenitus. Regens officium Gubernationis extra ciuitatem, Cæsaraugustæ, etiam si in Regia Audientia non præsideat. euocat ex officio & in calculo ferendæ sententiæ, supra dict. For. de Euocatio. Aut loquimur de Euocatione per Perhorrescentiã, ex suspitione iudicis & loci, & ista non potest fieri nisi per Dominum nostrum Regem, & Locumtenent. seu Primoge. quia est de reseruatis Dominus Regi & Primogen. solus ergo Rex, & Primoge. seu eorum Regen. Cancellariam, faciunt dictas Euocatio. Perhorren. vt Reffert Molin. in dicto verbo Perhorrescen. versic. & debetis notare. idem in verbo Primogenitus Domini Regis potest. & in verbo Euocatio, versiculo Euocata si est aliqua causa. vbi in dicto verbo Perhorrescen. credit, Regentem officium Gubernationis, Primogenito existente in Regno, posse hanc Euocationem Perhorrescen. facere, quòd est falsùm, ex quo vt infra dicetur, officiũ Regentis cõquiescit, Primogenito in Regno existẽ. crederet bene Mol. Si loqueretur de Regẽt. Cancellariã Primogeniti, & quòd hæc Perhorrescen. fit de reseruatis Dño Regi & Primogenito, ponit latè Bages in dicta Obs. pro parte cõmunitatũ. Act°. curia. & dict°. Ferrer. vbi supr. sed an Regens

Regens officium Gubernationis, si in Regia Audientia præsideat, possit euocare per perhorrescentiam; & videtur quòd sic, quia vt alius reputatur, quia licèt ab eo possit appellari, non tamen à sententiis latis in Regia Audientia per eum. Item cognoscit de causis appella. à sententia Iustitiæ Aragonum. Item de causis iam euocatis per perhorrescentiam cognoscit, & sic videtur posse euocare, quia cum præsideat in Regia Audientia, quæ Regem representat, vt dicit Rolan. à Valle cons. 70. nimirum, si potest ea quæ alius in ea præsidens: sed his non obstantibus non facit dictas euocationes ex causa perhorrescentiæ.

64 † Quarto, quæri potest, quomodo fieri debet euocatio, & sic quæ solẽ nitasfit seruãda in prouisione huius euocationis de iure, ponit Rebuf. dicto tractatu de Euoca. in 4. quæstione, de foro, & consuetudine, vide dictum Ferrerium in sua methodo, ponentem formam in euocatione simplici, in dicto titulo de euocationibus, & in euocatione perhorrescentiæ in dicto titulo de Euocatione perhorrescentiæ. Forma verò quæ seruatur in euocatione quæ fit ex officio, quãdo Dominus Rex, Primoge. aut Locumtenens, vel Regens officium Gubernationis intrãt Ciuitatem, aut villã regalem, & volunt causas euocare ab Ordinariis, est, quòd solet dicere Notario, quò I ipse euocat omnes causas, tam motas quàm mouendas, & quòd de ea reconficiat instrumentum, & solet mandare intimari: deinde si vult, dat quoddam cartellum cursori, firmatum per dictum euocantem intrantem villam, seu locum Regalem, & eius Regen. Cancellariam, seu Assessorem, & Scribam: dicendo.

Cartellum euocationis.


OYD que os hazẽ a saber departe dela S.C. y Real Mageſtad, y por prouisiõ y mãdamiẽto hecho por el muy Illustre señor D. Iuã de Gurrea, señor dela Baronia de Argauiesso &c. Gouernador de Aragon, y del Consejo de su Mageſtad. Como por su venida a la presente Villa euoca asi todas las causas, asi ciuiles, coma criminales, y asi mesmo se intima y notifica a todas y qualesquiere personas que quisieren pedir justicia, o pretendieren serles hecho agrauio, o sinrazon, aquella vẽgan a pedir ante su Senoria, o ante el Doctor &c. su general Assessor, que se hara todo cumplimiento de justicia: y asi mesmo se manda a los sobredichos, y otros qualesquiere, que ninguno sea osado de lleuar, o traer dentro de la presente Ciudad, o Villa, de dia, ni de noche arma alguna, sino solamente espada en la cinta, y para los sumarios, os oyra

ra nueſtro Alguazil &c. Y por que ignorancia no ſea alegada &c. Dat. en N. en vn dia del mes de N. 1572.

Don Iuan de Gurrea
Gouernador de Aragon.

V. Bardaxi Aſſeſſor.

Loſilla.

Deſpues ſe ha de hazer acto de la relacion del Corredor, como ſe ha intimado voce præconia el Cartel.

Quo facto reſtat inhibitus Iudex ordinarius, nam iudicium ſoluitur vetante eo, qui maius imperium habet l. Iudicium. ff. de Iudi. vide Papon. § 6. fol. 24.

Euocationes perhorreſcentiæ, ſolet hodie Iudex illas prouidere durante beneplacito euocationis, ex quo eſt prouiſio gratiæ, vt per plura oſtendit Molin. in dicto verſic. Euocata ſi eſt aliqua cauſa à Curia Çalmetinæ. verſic. Sed quæro.

65 † Quintò, quæri poteſt quæ cauſæ poſsint euocari: & de iure atteta diffinitione euocationis, non habetur conſideratio ad diſtinctionem cauſarum, cùm pendeat hoc à poteſtate euocãtis an velit auocare iuriſdictionem ab inferiore, ſed attenditur ad cauſam quæ allegatur pro obtinenda prouiſione euocationis, de qua Rebuf. ibi in 7. quæſt. de foro diſtingue, aut ſumus in euocatione quæ fit ex officio, vt quando Gubernator, ſeu Locumtenen. intrat aliquam Ciuitatem, ſeu Villam Regalem, & euocat cauſas, iuxta ſeriẽ, & tenorem Cartelli ſupra proximè inſerti, & tunc indiſtinctè omnes cauſæ tam motæ, quam mouendæ cenſentur euocatæ de conſuetudine, adeo quòd nulla iuriſdictio remanet pænes ordinarium, & omnia quæ per ipſum exercebantur, exercentur per Iudicem auocantem: facit quod dicit Molin. in verbo Euocatio, verſic. Euocare licet non poſſit, aut ſumus in euocatione quæ fit ad inſtantiam partis, & in hoc eſt etiam diſtinguendum, quia aut ſumus in euocatione perhorreſcentię, & ſic in ea quæ fit ex cauſa ſuſpitionis Iudicis, & loci, & iſto caſu, dempta cauſa criminali vſurarum iuxta for. 1. de vſur. Calat. vt per Molin. in dict. verſ. Euocata ſi eſt cauſa in fi. omnes cauſæ poſſunt, & ſolent euocari, quantumcunq. ſint priuilegiatæ, & diſponitur, quòd in eis procedatur, non obſtante euocatione, nam intelligitur de ſimplici euocatione, non de ea quæ fit ex cauſa ſuſpitionis Iudicis, & loci, & ita euocantur cauſæ criminales, & apprehẽſiones, & his ſimiles: de quo vide Molin. in verbo Euocatio. verſic. fallit etiam in caſu fori noui, & ibi vide circa ſententiam, & executionem litis pendentiæ, quòd per dictã euocationem non impediatur, licèt contrarium ſeruetur, quòd indiſtinctè euocantur omnes, dempta cauſa vſurarum, tam mota, quàm mouẽda

Molin.

Molin.in verbo Euocata. si est aliqua causa à Curia Calmetinæ, post medium, licèt hodie vix fiat euocatio de causis futuris. Aut sumus in simplici euocatione, & tunc etiam regula est, quòd omnes causæ sunt euocabiles, iuxta For. de Euocatio. fallit in omnibus causis relatis per Molin. in dict. 1. versi. Euocatio. quos etiam refert Ferrerius in dict. titu. de Euocationibus, nec causa quæ ventilatur in Curia Iustitiæ Aragonum, potest euocari ad Regiam Audientiam si in ea præsideat Regens officium Gubernationis, ex ratione, quam tradit Molin. in verbo Euocatio. versi. Fallit etiam in causis. cum versi. sequen. nec causa à qua non potest appellari, cùm facilius denegetur euocatio quam appellatio, vt dicit Molin. in dict. verbo Euocatio. versi. fallit etiã in causis offi. delinquen.

66 † Sextò potest quæri quando possunt euocari causæ: & hæc quæstio potest intelligi respectu causę, scilicet quando concurrit causa, vel vtilitas publica, vel alia magna, & vrgens causa, & de hac quæstione loquitur Rebuff. in dict. tracta. de Euoca. quæst. 6. potest etiam intelligi respectu tẽporis, seu status processus, id est in quo statu, seu parte processus potest causa euocari: & de iure ex his quæ dicta sunt supra in prima quæst. cùm id pendeat à mera, & libera euocantis voluntate, poterit quocunq. tempore, & statu processus fieri dicta euocatio: de Foro est distinguendũ, aut loquimur in euocatione quæ fit ex officio, & tunc euocatur causa in quocumq. statu processus, nam sicut nõ habetur distinctio causarum, ita nec status illarum, Molin. in verbo Euocatio. versicul. Euocare licèt, aut sumus in euocatione que fit ad partis instantiam, & tunc, aut est euocatio perhorrescentiæ, & sic ex causa suspicionis Iudicis, & loci, & ista potest fieri in quocumq. statu processus: Molin. in verbo Euocatio. in princ. idem in verbo Perhorrescentia. Aut sumus in simplici euocatione, & tunc aut causa est summaria, & ista potest quandocumq. Euocari, quia semper dicitur esse in calculo ferendæ sententiæ: ita dicit Molin. in verbo Euocatio. versic. Euocare potest. Regens officium Gubernationis. aut est causa plenaria, & ista non potest euocari nisi in calculo ferendæ sententiæ. For. de Euocatio. Calataiub. Mol. in verbo Euocatio. in prin. nisi inchoata fuisset in Regia Audientia, & per eius recessum rediret ad ordinarium, licèt Çalmetinam, quia tunc, quando Regia Audientia reuertitur reassumit, & euocat causam prædictam in quocumq. statu. ita dicit Molin, practicari in d. verbo Euocatio. versicu. Fallit etiam secundum foristas.

67 † Septimò potest quæri de quibus locis possint causæ euocari: & quidem si sumus in euocatione quæ fit ex officio, est certum non posse euocari causas, nisi de locis in quibus reperiuntur præsentes Locumtenen. vel Gubernator, & hoc extra ciuitatem Cæsaraugustæ, quia in ea non fit euocatio ex offi. Mol. in dicto versicul. Euocare licet non possit. Item prædicta loca quibus intrãt debent esse Regia, in quibus Regij Officiales iurisdictionem exerceãt, & sic debent esse loca propria domini Regis, nam in locis quæ sua propria non sunt, non potest dominus Rex iurisdictionem exercere, quanto minus poterit, abdicare iuris-

dictionem ab offic. ibi pro dominis locorum iurisdictionē exercen. per illa verba magna,& ardua priui leg generalis §. Item del Mero y Mixto. vbi dominus Rex in locis quæ sua propria non sunt, no meta Iusticias ni faga juzgar. Quæ verba reasumit Molin. in diuersis locis, in verbo Perhorrescēcia, an possit pro uideri. & in verbo Dominus Rex, salua sua clemencia non potest ponere.& in verbo Adiunctos, an possit dominus Rex.& in verbo Iurisdictio. & in verbo Domini locorū. Si verò sumus in euocatione quæ fit instante parte, siue sit simplex, siue perhorrescentia, an possit pro uideri in locis dominorum, Ecclesiæ, seu dominorum temporalium: vide quæ super hac quæstione ponit Molin. in verbo Perhorrescentia. versicul. Perhorrescentia, an possit prouideri. & in verbo Domini locorum ordi. De simplici, scilicet, de ea quæ fit in calculo ferendæ sententiæ, non fit nisi in loco Regio quo reperitur euocans, & ideo quia extra locum in quo, reperitur euocans non potest fieri euocatio, fuit prouisa firma Communitati Calataiubij, contra Regen. offic. Gubernationis qui euocabat causas Communitatis existens in Ciuitate. Molin. in verbo Regens officium Gubernationis. vers. Regens quidam. idem Molin. in verbo Euocare, licèt nō possit. De perhorrescentia verò, licèt dubitet Molin. ibi & in d. verbo Domini locorum ordinum. veritas est quod indistinctè euocatur à locis dominorum, siue temporaliū, siue Eccle. de omnibus causis à quibus potest appellari ad Regiam Audientiā. Hæc ita seruantur de cōsuetudine, quia odia restringi, fauores conuenit ampliari, euocatio autē res fauorabilis est, nā interest quòd maiores Iudices, causas agant. l. non destinguemus. §. 1. ff. de arbi. Inno. c. de causis col. 2. de offi. delega. licèt euocatio alio respectu dicatur odiosa: Rebuff. dicto tract. quæst. 10. num. 89. pag. 447. pro qua consuetudine euocandi à quocunq. loco facit Obserua. sequitur. Actus Curia. ponderādo verbum vbiq. quod est idem quod omni loco. l. 1. Solu. matri. ibi, semper, & vbiq. idest omni loco.

68 † Octauo potest quæri quis sit effectus huius prouisionis euocationis, & Docto in c. vt nostrum de appellā. vbi de materia euoca. agitur & in c. Cæterum de rescrip. dicunt hunc oriri effectum, quòd prouisa euocatione etiam ante præsentationem dicitur iam adēpta iurisdictio, & Bal. in l. Mandatū. C. Manda. Cōmuniter tamē in hoc adhibetur distinctio quam refert præposi. Alex. in d. vt nostrum. colu. fi. quod aut in euocatione apponitur clausula decreti irritan. quæ afficit ignorantes, & tunc etiam ante præsentationē afficiat euocatio, ita quòd actus gesti post prouisionem sint nulli, aliàs non, nisi euocatio fiat ex officio. Tu tamen, vide Couarru. in d. cap. 9. practi. quæstio. numer. 7. & Paulo ante. Rebuff. verò in d. tracta. de euoca. quæstio. 3. quem sequimur in Aragonia dicit, quòd indistinctè ante præsenta. literarum euocationis non censeatur abdicata iurisdictio, sicut in Francia seruatur, vt asserit, quia in Aragon. non considerantur interesse Iudicis euocantis, sed partis quæ curet esse vigil, & potest non vti prouisione, in sui fauorem introducta, vt per plura comprobat ibi Couarrubias dicto numero. 7. gesta verò post euoca-

euocationem præsentatam sunt nulla ipso iure, licèt antea gesta tenerint, vide plura super his cumulata per Rebuff. in d. tractatu de Euocatio. quæst. 9. non enim debet esse tam audax Iudex inferior, vt post euocationem notificatam, in causa procedere debeat, secundum Cassa. quê ipse allegat ibi. num. 83. & pondera verbum Iudex inferior. quia ea ratione euocatió quæ fit per Regen. officium Gubernationis de caũsa quæ ventilatur in Curia Iustitiæ Aragonùm, non obtemperatur, & procedit òr ea non obstan. quia par imparem non habet Imperium. l. ille à quò. §. Tempestiuum. ff. ad Trebell. refert Mol. in verbo Euocatio. vltima fallen. & verbo die 4. Septembris. & hoc quod dicitur per euocationem præsentatam tolli iurisdictionem Iudicis à quo euocatur, intellige in casu quo à Foro nõ prohibeatur, nam si antequam sit causa in calculo ferendæ sententiæ euocetur contra Forum de Euoca. poterit Iudex à quo euocatur procedere in causa ea non obstàn. Mol. in verbo Euocatio. versicul. die 21. Ianuarij & latius in verbo Euocata si est aliqua causa. intellige de euocatione simplici, item per dictã simplicem euocationem intellige sublatam iurisdictionem cum facultate illam reasumendi si Iudex euocans recedat à loco vbi causa agitatur: Molin. in verbo Euocatio. versicul. die 4. Septembris circa fi. & versicul. die 8. Februarij, & versicul. penul. & versicul. Euocata. si est aliqua causa à Curia Çalmetinæ. licèt secus de iure, quia nunquàm redit ad Iudicem à quo euocatur. Enric. Boic. in dict. cap. vt nostrum Rebuff. in dict. tracta. de euoca. quæst. 11. pag. 449. numer. 99. Secus quoad euocationem Perhorrescentiæ, quia is à quo est euocata causa numquàm illam reasumit, vt dicit Molin. in dictis versicul. penul. & aliis proxime citatis, nisi euocationis perhorrescen. prouisio reuocaretur, vel tolleretur per reuocationem precarij, ad bene placitũ, vide Menoch. de arbiti. quæst. 70. & 69. quà hodie euocans vtitur, nã hodie prouidentur euocationes per Regentẽ Cancellariam ad bene placitum, propter inconuenièns quòd oritur ex eo, quia licet prouisio, euocationis sit in facultate Iudicis, quia potest illam non prouidere, vt per Molin. in verbo Perhorrescentiam an sint astricti. & in verbo Euocata. si est aliquà causa à Curia Çalmetinæ. pòst medium, tamẽ reuocatio dictæ prouisionis videtur quod non potest fieri nisi subsistente legitima causa, de iure, & multoties interest Reipublicæ, vt prædictæ prouisiones tollantur præsertim factæ de causis motis & mouen. Et ideo est bona cautela, illam prouidere ad bene placitum, quòd fieri potest, ex quo potest in totum denegari, & sit prouisio à voluntate prouidentis pendens.

69 † Hoc tamen verũ est quòd prouisio euocationis præsentata Iudici inferiori magis opperatur in suspendendo iurisdictionem, quàm appellatio, quia consistit in facto, quia siue euocatio sit iusta siue iniusta suspendit iurisdictionem inferrioris, secus in appellatione quæ consistit in iure, vt per Panor. & alios in cap. vt nostrum, Ioan. Montaigne. in tracta. de aucto. mag. con. parte. 6. fol. 40. Rebuff. d. tracta. de euoca. quæst. 11. pag. 448. numer. 97. & ista ratione non procedit quod Molin. asserit sub dubio fortè, quòd si

Iudex post euocationem profert sententiam, & ab ea fiat electio iurisfirmæ, quòd non poterit allegare nullit. ex deffectu iurisdictionis, vt ipse dicit in verbo Euocata si est aliqua causa ad Audient'. sed quia imo ex defectu iurisdictionis, est nulla sententia, nec propter electionem conualidatur, & sic poterit allegari nullitas de iure: quos effectus operetur, & producat dicta euocatio elicitur ex his quæ Rebuff. dicit in d. tracta. de Euoca. quæst. 11. & 12. vbi tractat. de differentiis inter appellationem, euocationem, & supplicationem. Poterit tamen Iudex euocatus capere in fragantia, ad finem remittendi ipsum obtinentem euocationem: vide Pertusã in For. 1. de Adiunct. Item dictus Iudex euocatus, poterit cognoscere non obstant. euocatione de causa modici valoris, quia illa non est tractanda in locis remotis, & sic non erit trahenda ad Regiam Audientiam: Felin. in c. nonnulli, colum. 1. de Rescrip. Rebuff. 1. to. pag. 515. & ideo dicitur quòd in euocatione perhorrescentiæ, non comprehẽduntur calonię, non exceden. sexaginta solidos, sicut dicitur de calonijs statutariis non exceden. sexaginta solidos, quæ executantur, non obstant firma. Fo. Statuimus. de fir. iur. super quo, fuit facta declaratio, inter homines de la Almunia, & Ricla, super partita de griu.

70 † Nono potest quæri qualiter sit exequenda huiusmodi euocationis prouisio: & in hoc nihil addendo his quæ traduntur à Mol. in verbo Perhorrescen. versicul. Perhorrescen an sint astricti prouidere. vbi secundum For. Antiquos commitebatur in loco propinquiori, vbi erat copia priorum, iuxta For. de Adiunct. hodie indistinctè, sine impetratione Iudicis tractatur in Regia Audientia, & iuxta præmissa ponit modum procedendi Ferrerius, titul. de Euoca. & ducitur processus originalis, vt ibi, præterquam à Curia Iustitiæ Aragonũ, à qua mandatur extrahi copia.

71 † Vltimò potest quæri qualiter tollatur euocatio, seu euocationis effectus: de qua quæstio. ponit nonnulla Rebuff. dicto tracta. de Euoca. quæst. 10. pag. 447. vt quia dicta prouisio sit obtenta per obreptionem, aut subreptionem, nam vt dictum est supra, de iure non potest euocatio prouideri sine causa, & ideo si detegitur causa falsa, vel si omititur expressio eorum quæ retardasset ad non concedendum &c. vide eum ibi: de For. potest adhiberi distinctio, aut loquitur in euocatione generali quæ fit ex officio, & ista cessat, per recessum euocãtis à loco, nã omnes causæ quæ corã ordinario tractabantur, & tractarẽtur, si euocans, illum locũ non intrasset, eo à loco recedente, remanent omnes pœnes ordinarium, & sic isto casu cessat euocatio, & illius effectus. For. 2. de Regen. offi. Gubernationis, quòd non poss. aliom reg. face. For. Necessaria Cosa. de Iudi. Aut sumus in euocatione quæ fit parte instante, & tunc aut est euocatio simplex, quæ fieri tantùm potest in calculo ferendæ sententiæ, iuxta For. de Euoca. & tunc similiter per recessum Iudicis euocãtis à loco, reuertitur ad ordinarium à quo fuerat euocata, vt dictum est supra & refer Mol. in verbo Euocatio. versi. die. 4. Septẽbris, & die 8. Februarij, & versicul. penul. Aut est euocatio

Perhor-

Perhorrescent. & super hac, vidi fieri magnum dubium in plerisq. euocationibus. in processu Iuratorum de Casteion fuit maximè altercatum, & de eo fuit actum in quadam euocatione de Aren. & alia de Gracia, nullam tamen vidi sublatã, seu reuocatam, non tamen video quare non procedere possint decissa in Capella Tolosana. quæst. 236. & notata per DD. in cap. Statutum. §. Quia verò. de Rescrip. in 6. scilicet, quòd possit probari contrariũ eius quod pars eum speciali potestate, iurauerit, scilicet habere suspectum Iudicem & territoriũ, vt probando quòd ibi est domiciliatus & habitat, & alia ex quibus detegatur, quòd non perhorrescit territoriũ, vel Iudices, vt quia illi, quos habebat suspectos sunt mortui, vel desierunt aliàs esse Iudices, & loco eorum alij positi: & ista ratione fuit reuocata perhorrescentia de gracia in mense, Augusti, vel Septembris, 1572. pro quo facit deter. de qua per Mol. in verbo Adiunctus. vbi adiunctio, obtenta contra Iustitiam, & Locumten. non arctat Locumten. futurum.

72 † Est etiam de reseruatis domino Regi & Primogenito, euocatio causarum à Curia Iustitiæ Aragonum, ex quo Regens offi. Gubernationis, non potest ab ea euocare, quia par in parem non habet imperium, ambo siquidem, & dominus Regens & Iustitia, habent æqualem iurisdictionem, & curias vniuersales. For. 1. de Iudi. Molin. in verbo Regens officium Guber. & in verbo Iustitia Aragonum. & in verbo Euocatio. & dixi supra, imo recedente Rege, vel Primogenito, redit causa euocata, ad Curiam Iustitiæ Aragonum, Mol. in verbo Euocatio. versiculo die 4. Septembris.

73 † Item de reseruatis domino Regi, & Primogenito, est prouisio adiunctionis, vt si recusetur vt suspectus Regen. offici. Guber. Iustitia Aragonum, vel alij Iudices ordinarij, potest per recusantem peti adiunctus: ista sunt conformia iuri ciuili, in quo statuitur, quòd per recusationem non desinat esse iudex ordinarius, sed iudicet cùm adiuncto, qui tollit suspicionem: Auten. si vero contigerit. C. de Iudi. vbi Ias. & alij, idem in. l. Apertissimi num. 4. eo titulo.

74 † Circa hanc materiam pro illius introductione posset de pluribus quæri, primò quis potest dare adiunctum: & huic quæsito respondet Bages, in Obser. in Curiis quas illustrissimus Rex Ferdinandus: vbi quòd solus dominus Rex, seu eius Locumtenens, vel Primogenitus, possunt illos dare, idem asserit Ferrerius in methodo, de processu prouisionis adiunctionis: allegat, Bages For. de Com. & res. vbi Pertusa, & in libro deter. vbi alios allegat.

75 † Secundò quibus Iudicibus potest dari: & datur iuxta d. Auten. si verò contigerit. responsum, Iudicibus ordinariis, quia ordinarius propter suspicionem non potest remoueri, licèt secus de iure Canonico, vt ibi per Ias. & etiam secus in delegato, in primis enim dabatur Regenti offic. Guberna. & Iustitiæ Arago. quia hi sunt ordinarij vniuersales, vt in For. 1. de Iudi. sed hodie per Fo. 1528. cessat dicta adiunctio, nam data suspicione in aliquo ex Locumten. iudicant cæteri, seu fit

H 3 extra-

extractio alterius. Item Præsiden. Regen. offic. Gubernationis, similiter est facta prouisio quando alter ex eis est suspectus, & idcirco cùm exercitium iurisdictionis in iudicando resideat, non in Iustitia Arago. neq. Regente offic. Guberna. sed in Consiliariis, & Assessore, & dictis Locumtenentibus, vix hodie practicatur hæc mat. adiunctorum, cùm sit tradita forma super dictis suspitionibus, & quando Regens officium Gubernationis est recusatus, intrat loco illius Regens Cancellariam, ex Foro nouissimo de anno 1564. ad vnum est etiam aduertendum, quòd licèt Iudex sit suspectus, & propterea sit ei datus adiunctus, quòd non ex eo, remanebit suspectus, illius Iudicis suspecti Assessor, & sic non censebitur datus adiunctus Assessori, quia suspicio afficit personam, non iurisdictionem, secundùm Bal. in l. 1. C. Si qua. prædi. potestate, & in Auten. Clericus. de Episco. & Cleri. hæc Pertusa in For. 1. de Adiunct.

76 † Tertiò potest quæri de processu, seu forma, & solennitate quæ adhibetur in obtinenda huiusmodi prouisione adiunctionis, siue semel, siue pluries impetrentur adiuncti: de quo vide in methodo Ferrerij de processu prouisionis adiunctionis, quæ prouisio secundùm eum, & Molin. in. d. verbo adiunctus. versicu. adiunctos. benè fieri potest per dominum Regem extra Regnum, quia non est contenciosę, sed voluntariæ iurisdictionis dicta concessio: sed de hoc potest dubitari, cùm in ea adhibeatur causæ cognitio, & exerceatur iurisdictio in admittendo ad iurandum, & aduerandum suspicionum causam.

77 † Item potest quæri in quibus causis dari nō posit adiunctus: quos vide per Mol. in d. verbo Adiunctus, & etiam Ferre in Methodo vbi supra: similiter de viribus, & potestate dicti adiuncti, & eius officij, si quæratur, ibi videbis per Mol. & similiter quando dictus adiūctus cesset, & sine eo posit Iudex ordinarius procedere, etiam si fuerit datus, ibi videre poteris, quia tamen est materia quæ vix in palacijs versatur, ideo non est insistendū, nā vt plurimum quando concurrit suspitio, euocantur causæ per perhorrescen. licèt illa non habeat locum nisi concurrat suspitio Iudicis, & loci, prouisio verò adiunctionis, debuisset habere locum, data tantùm suspitione Iudicis ordinarij: de qua materia adiunctionis, vide etiā per Pertus. in Foris de Adiunctis, & in eius libro deter. in eo tit. vbi videbis etiā, si dominus Rex, posit pro libito voluntatis mutare adiunctos, quod verò attinet ad propositā materiā, est concluden. quòd dicta prouisio adiunctionis est de reseruatis domino Regi, & Primogenito, taliter quòd Regens officium Gubernationis illam non potest dare, nec Iustitia Aragonum, sed illis dantur, & si per eorum aliquem posset dari, maior ratio foret, quòd daretur per Iustitiam Aragonum, qui totum Regnum pro territorio habet, quàm per Regen. qui non habet territorium, nisi locū in quo intrat, For. Nos. de Empara. hæc Bages in dict. Obser. Item in Curiis quas Illustrissimus Rex Ferdinandus, & quod dixi, quòd Primogenitus potest dare adiunctū Gubernatori, seu Regen. offi. Guber. hoc nō procedit, & dato quòd posset illū dare dicto Regen. debet intelligi, dicto Primoge-

Primogenito extra Regnum existen. quia eo in Regno existente conquiescit officium dicti Regen. vt infra dicetur.

78 † Item est de reseruatis Domi. Regi & Primogenito, commissio, seu delegatio causarum in prima instātia: intellige facta priùs per eos euocatione perhorrescentiæ iuxta for. de Commiss.& res. & for. de Adiun. Pro introductione tamen materiæ est aduertendum, quòd regula est, quòd huiusmodi commissiones causarum, in prima instantia fieri non possunt, iuxta d.fo. de Commiss.& rescrip. ex quo nemo est extrahēdus à suo iudice; hæc regula intelligitur, quòd non valet talis commissio si opponatur à parte, alias si tacet, valent gesta per Commissarium, vt per Molin. in verbo Delegatus, & in verbo Commissarius: Bages in obser. Item in Curiis quas Illustrissimus Rex Ferdinandus.

Ista regula fallit primò, in omnibus causis Domi. Regi reseruatis, quia eas delegat Dominus Rex: vt sunt super diui. ter. & aliis supra relatis, quia vel cognoscit de eis, vel illas delegat. vt supra dictum est.

Item fallit præcedente euocatio. perhorrescentiæ, quia euocata causa potest committi, iuxta dictū Forum de Adiunctis, & alios foros relatos per Molin. in verb. Perhorrescen. sed vt dictum est supra, licèt possit euocata causa committi, non tamen solet fieri commissio, sed de ea cognoscitur in Regia Audiētia: vt dictum est supra: ideo parum est curandum de huiusmodi commissionibus.

Sunt insuper alij casus, in quibus locum habet de for. Commissio in prima instātia, vt in Fo. de Cōmiss. itinerū, & in for. de Commissa. super exe. pœna. & aliis casibus relatis per Molin. in dicto verbo delegatus.

Item in casu quo ordinarius Iudex recusaretur vt suspectus tantū, sine suspitione territori, deberet dari adiunctus, & fieri sibi commissio, vt de causa cum ordinario cognoscatur: iuxta foro de Adiunctis, vt dictum est suprà.

79 † Item consideratur etiam commissio causarum in secunda instantia, scilicet in causa appellationis, nā sicut ad eos tantùm, non ad officium Gubernat. Regen, appellatur, imo etiam olim ad Regentem poterat appellari, & ipse etiam poterat delegare, For. Vt debitus. quē declarat Molin. in verbo Regen. offic. Guber. nō se intromittit, & versic. fin. & vide quæ dico infra in eadē q itē cōmissio Iustitię Aragonum, ad quē de foro ab ordinariis appellari potest, vt per Molin. in verbo appellatio in prin. non tamen ipse causas committere potest, ita ipsi soli committunt, quas commissiones in causa appellationis solus Dominus Rex, & Primogenitus facere possunt: vt dicit Bages in dicta Obser. Item in Curiis quas Illustrissimus Dominus Rex Ferdinandus. versic. Quæstio quid si appellatur ab ordinarijs. Has ergo commissiones solus Dominus Rex, & Primogenitus facere possunt for. 1. de Commis. & res. Bages in d. Obser. 4. & in Obser. Domino Rege, de appella. licèt Primogenitus non ita indifferēter illas concedat sicut Dominus Rex, nam Primogenitus, non potest dare commissiones, & Iudices appellationis, in

causis Domino Regi reseruatis, vt dicit Bages in dicta Obseruantia Domino Rege deappell. quia si de principali causa non potest cognoscere, nec de ea se intromittere, similiter, nec de causa appellationis, eum eius de conditionis, & priuilegij sit causa appellationis cuius est causa principalis: Mol. in verbo Appellatio. versic. Appellationis causa, vbi allegat Inno. in cap. cum speciali de appellat. Item non committit causam appellationis à delegato Domini Regis interpositæ: vt dicit Bages in Obseruantia 4. De appellatio. Molin. in verbo Primogenitus Domi. Regis, an possit: & in verbo Regēs officium Gobernat. versic. penult. Item dictus Primogenitus non cōmittit causas appellat. ad Dominū Regem interiectarum, Domino Rege in Regno existente: Obseruan. Domino Rege, de appellat. & est ratio, vt ibi Bages, & etiā ibi Hospitalis, qui allegat l. 1. ff. à quib. appella. non licet, quia appellatio est de maioribus casibus, & est speciale priuilegium Principis, ideo in hoc casu adueniente præside, cessat Magistratus. l. fi. ff. de offic. Proconf. & Leg. ad not. in cap. volentes, de offic. Lega. Sed quia istè commissiones hodie sunt sublatæ, parum est super illis insistendum, nam iuxta For. de de anno 1528. en el reparo del Consejo, For. Que las causas de appellacion no puedan ser cometidas, statuitur, quòd causæ appellationum sunt terminandæ in Regia Audientia, licèt quoad Primogenitum posset probabiliter dubitari, an per dictum Forum de anno 1528. intelligatur aliquid dispositum, vel immutatum, ex quo in dictis Foris, nec eorum aliquo non est facta mentio de Primogenito, & extensio de persona ad personam fieri non potest: de quo infra dicetur tamen ex duobus, videtur dicendū, quòd sicut respectu Domi. Regis sunt sublatæ huiusmodi commissiones, similiter, & respectu Primogeniti. Primò quia verba d. For. in dispositiua, loquuntur generaliter. Item quia Forus de anno 1552. declarauit pro maiori cautela dictum Primogenitum, & eius Vicecancellar. & Regent. Cancellar. esse comprehensum in dictis foris de anno 1528.

80 † Item est etiam de reseruatis Domino Regi, & Primogenito, quia à cæteris Iudicibus potest appellari, sed non ab eis, nam à Domino Rege clarum est, quod non potest appellari, quia de maiori ad minus non potest appellari, cum sit contra substantiam appellationis, glos. in cap. non putamus de consuetudi. in 6. Molin. in verbo appellare potest de Foro. circa finem. similiter, nec à sententia lata per Primogenitum, quia vt dictum est supra, dicitur Præfectus Prætorio. l. si quis, C. de preci. Impe. offeren. quid quid dexerit Sanctius Ægidi. de Salanoua Iustitia Aragonum, nā proximinus Petri de Salanoua, non auderet pro toto mundo dicere, quòd ab eo possit appellari, vt dixi supra, hæc refert Bages in dicta Obseruantia Nota quod tres. de Foro compet. & ibi Pertusa, & in dicto Foro Finium Regundorum. deniq. à sententia Primogeniti potest haberi tantùm ille recursus qui potest haberi à sententia lata per Dominum Regem, scilicet per viā electionis Iurisfirmæ in ciuilibus, & in criminalibus per viam Manifestationis, Firmæ grauaminum fiendorum

fiendorum, & alia Fori remedia, Bages in dicta Obseruantia Item in Curiis quas Illustrissimus Rex Ferdinandus. Actus Cur. Idem tamen est dicendum, in sententiis latis per Regentem officium Gubernationis, si in Regia Audientia præsideat, secus si non præsideat, quia tunc potest appellari, quod qualiter procedat infra dicetur.

81 † Item est etiam de reseruatis Domino Regi, & Primogenito, quòd in causarum expeditione censeantur legitimè citati, facta citatione suorum Procuratorum Fiscalium iuxta for. 1. de in ius vocan. refert Molin. in verbo Primogenitus Domini Regis dicitur. deniq. hæc exceptio, de qua in d. For. de in ius vocan. est de reseruatis etiam, & nō cōpetit aliis quâ Domino Regi, aut Primogenito, omisso eo, quod dicitur de Locumtenente gener. nam vt sæpè dictum est, quod disponitur in Rege, censetur dispositum in eius Locumtenen. præter id quod dictum est de celebratione curiarum, nec alij præterquam Dominus Rex, & eius Primogenitus, habent Procura. Fiscalem, vt elicitur, ex Foro de Procura. Fis. & de Procura Fisci.

82 † Item ex supradictis in reseruatis domino Regi, sunt duo quæ etiam pertinent Domino Primogenito, videlicet creatio Militis in bello iuxta lictum Forum Interes grā de. de creatio. Mili. de quo supra, vbi actum est de creatione Militis. Item creatio Nota. quæ iuxta dispositionem Fo. noui. de anno 1552. in tit. Creacion de Nota. potest dicta creatio fieri per ipsum Regentem Cancelleriam Primogeniti, de quo etiam dictū est supra, vbi actū est de creatio. Nota.

83 † Item tempore Fororum lib. 11. poterat Primogenitus Gubernator, deficiente aliquo ex Inquisitoribus denuntiationum, patre à Regno absente, eligere vnum ex nominatis in Inquisitorem, iuxta For. Item statuimus. de offic. Iustitiæ Aragonū. fol. 82. secundùm antiquam impres. quæ omnia hodie cessant per Foros sub Rubri. Forus Inquisi.

84 † Quædam sunt reseruata Domino Regi, Primogenito, & Regenti officium gener. Gubernationis, quæ per eos tantùm, seu alterum eorum, & non per Iustitiam Aragonum, nec alios Iudices inferiores fieri possunt.

85 † Primò euocatio causarum simplex, quia de euocatione perhorrescen. dictum est, eam non posse nisi per Dominum Regem, aut Primogenitum fieri, hæc siquidem euocatio simplex, vt dictum est supra in materia euocationis, fieri potest dupliciter, vel ex officio, aut instante parte, ex officio fit, intrante Domino Rege, Primogenito, vel Regente officium Gubernationis aliquam Ciuitatem (extra Ciuitatem Cæsaraugustæ, in qua ex Priuilegio, & cō suetudine non fit huiusmodi euocatio ex officio) aut villam Regalem, mandant dict. Dominus Rex, eius Locumtenens, Primogenitus, & Regens officium Gubernationis, euocare ad se omnes causas, tam motas, quàm mouendas, & hoc mediante instrumēto: dicendo Notar. quòd ipse euocat omnes causas motas, & mouendas, & de ea re fieri instrumentum, & mandat intimari, deinde solet publicari mediante Cartello, præ-

lo præconizato à Cursore, per loca publica,& facta relatione in actis cuiuslibet processus de præmissis, de quo dictum est supra, & ibi est facta insertio Cartelli, in dicta materia euocationis, & licet quoad dictam euocationem quæ fit ex officio, attenta Fori dispositione de qua in For. Statuimus. de Regen,offic.Gubernat.quòd non poss. alium Reg. fa. dictus Regens offic. Guber. non possit euocare à locis priuilegiatis, nec aliis quæ non habent priuilegia in causis ceptis,nisi causas criminales,quæ videbuntur ardue, seu graues,tamen ex consuetudine,solet euocare in distinctè,omnes causas,& in omnibus locis Règalibus quibus intrat, abdicando omnem iurisdictionem ab ordinariis,tam in causis cæptis,quàm incipiendis,itaquod Regens Cancell.Domini Regis,Locumtenēs gener. aut Primogenitus, vel Assessor Regen. offic. Guberna. seu consiliarius Regius,qui cum Domino Locumtenen. gener. vel Regen. officium Gubernationis tenebit Curiam in dictis locis Regalibus loco ordinariorum, & exercebit ea omnia quæ ordinarius exercere tenetur. Hæc seruantur de consuetudine,licèt quandoq. omittatur hæc euocatio,præsertim, si ita conueniat,vel non intersit fieri huiusmodi euocationem, & ita de meo tempore seruatum est. Et licèt non fiat euocatio,nihilominus exercebit iurisdictionem dictus Locūtenens, seu Regens officium Gubernationis, in causis nondum ceptis, & isto casu erit locus præuentioni, ex quo per aduentum Præsidis,non cessat regulariter iurisdictio ordinarij: notatur in c.volentes, de offic. Lega. Et sic quoad causas cepias non se intromittet dictus Locumtenens, vel Regens officium Gubernationis sine euocatione,& ita caueat Regen. officium Gubernationis,ne in capium cum literis,iuxta For. de homicid. in loco, seu terminis vbi fuit condemnatus, exequatur sentētiam eius ordinarij, sine euocatione, attento quód de causis cæpuis,non se potest intromittere sine euocatione. Quo verò ad incipiendas, si non sit euocatio,poterit vterq. cognoscere qui prior iurisdict. præuenerit,facta vero euocatione modo prædicto suspensa est iurisdictio ordinarij, & solùm exercetur per dictum locum tenentem generalem,seu Regen. officium Gubernationis:hæc de euocatione quæ fit ex officio.

Euocatio verò simplex, quæ fit instante parte,hæc vt dictum est fit tantùm in calculo ferendæ sententiæ: iuxta For. de euocation. & hæc vt plurimum fieri solet in Ciuitate Cæsaraugustæ,vbi Regia Audientia regulariter residet, vel vbi illa resederit, quia extra locum, vbi dicta Regia Audientia residet, solet fieri dicta euocatio ex officio. Hæc euocatio in calculo ferendæ sententiæ fit ab eo qui in Regia Audientia præsidet, & si is est Regens officium Gubernationis non euocat à Curia Iustitiæ Aragonum. In facultate tamen est Locumtenen. vel Regen. intrantis locum aliquem Regalem, non euocare ex officio, & euocare in calculo ferendæ sententiæ,dicta tamen euocatio non fit nisi de causis quæ tractan. in locis quibus reperitur euocans, & recedente Iudice euocante redit causa ad eundem ordinarium à quo fuerat euocata,hæc it à summariè aguntur,ex quo de his omnibus dictū est supra in materia euocationis.

Item

86 † Item Iustitia Aragnum, nec alius inferior Iudex, de Foro potest causas delegare, nec delegatos facere, sicut faciũt Dominus Rex, & Primogenitus, vt dictum est supra in materia commissionis, & dictus Regens, videtur etiam posse delegare, vt elicitur ex Foro vt debitus. de Regent. offic. Gubernationis, quod non poss. alium reg. fa. Molin. in verbo Delegatus. versiculo Delegare, & in verbo Regens officium Gubernationis non se intromittit. Iustitia vero Aragonum, clarum est, quòd non potest præmissam delegationem facere: idem Molin. in verbo Iustitia Aragonũ cognoscit. sed quia hę commissiones non procedunt, vt dictum est, ideo de his hactenus.

87 † Præterea Dominus Rex, Locumtenens generalis, Primogenitus, & Regens officium Gubernationis, ponunt treguas guerreantibus, iuxta For. De las treguas. quæ treguæ Latino sermone vocantur induciæ, quasi in diem ducantur, secundum Alciat. in l. cum proponas, penult. colum. in princip. C. de pac. licèt Bages in Obseruan. 1. De his qui ad Eccles. confu. in princip. ponat differentiam inter inducias, & treguas, nam induciæ sunt, quæ breui tempore durant, treguæ vero longo. & secundùm eum poterant etiam per Iustitiam Aragonum poni dictæ treguæ secundum Forum antiquum, licèt temporalem, ideo est iam in correctis in For. fin. De guerreant. & eorum valito fol. 17. vbi Dominus Rex, Gubernator, Regens offic. Gubernat. & Iustitia Aragonũ possunt facere desistere guerreant. tamen hodie huiusmodi induciæ ad sex mẽsesapponũtur guerreantibus sine forali, & legitimo diffidamento: For. finali de guerreantibus in ciuit. per Præsidentem in Regia Audient. mittendo Alguazirium cum suis literis, vel per Depputatos personaliter, vel cùm literis, apponendo treguas, & eas præconizando, & faciendo gentes congregatas desplegare, per captionem personarum, & bonorum, vt ibi, & in dictis Foris de guerreantibus. & in For. de lâs treguas. apponitur ordo proceden. & pœna contra resistentes, & ibi quod possunt accusari etiam coram Iust. Arag.

Hæc tamen omnia secundùm dictos Foros intelliguntur non præcedente legitimo, & Forali diffidamẽto & quæ sit forma Foralis diffidamenti, vide in Foris De forma defidamenti, & per Molin. in verbo guerra, & in verbo diffidamentum.

88 † Tamen quia secundum Bal. in l. 3. C. ad legem Fal. diffidare est dãnificandi licentiam dare, hæc à iure diuino prohibentur, licèt aliquibus casibus habeant locum, & qui censeatur diffidatus à populo Christiano; ad not. in c. 1. de homici. in 6. vbi Franc. 2. col. in prin. tamen huiusmodi Duella de quibus in d. Fo. de guerrean. & de For. Diffida. omni iure diuino prohibentur, ideo nõ permittuntur, sed castigãtur, idq. sanctissime est prouisum per sacrum Concilium Tridentinum, in 25. Sessione, in decreto de refor. cap. 19. incipiente Detestabilis Duellorum vsus. Et sic nulla habita consideratione diffidamenti, vbi ad guerreandum sunt congregatæ gentes mandantur displegari per Dominum Regem, Locumtenentem, Primogenitum,

genitum, Regentem officium Gubernationis, vel Depputatos Regni: & contra inobedientes procedetur ad executionem pœnarum contentarum in dictis Foris de Guerreantibus, & aliis quos allegat Molin. in verbo Guerra, & in verbo diffidamentum. vide tamen collecta per Ferrerium in methodo de processu super diffidamento, vbi allegat Laurentium Vallen. artestantem, de huiusmodi Duello, & quare in Regno permittebatur, & de forma, & processu diffidamenti, & quid Dominus Rex facere tenebatur præcedente huiusmodi Forali diffidamento, vide per Molin. in d. verbo Guerra, & For. de Pace, & confir. pacis. Hæc inquã iam cessare debẽt, & procederi ad castigationem rigidam huiusmodi debellantium, iuxta dictum Decretum.

89 † Et frangentes treguas positas à Depputatis puniuntur ab ipsis Depputatis, in damnis illatis per ipsos frangentes, summariè in eis procedendo, vt fuit determinatum secundum relationem Ægidij de Luna in sua glos. super Bages. per M. de Laraga, Ramon de Mur, Miguel Molon, Luys de Castellon, Tristan de la Porta, Paulo Lopez, Pedro de Luna. Iaco. de Montesa.

90 † Præterea, de lenonibus, & contra eos iudicatur, & proceditur corã Domino Rege, eius Locumtenente generali, Primogenito, vel Regen, officium Gubernationis, potest etiam procedi coram ordinariis locorum, iuxta For. Statuimus de voluntat. de Leno. & quia dicti Lenones qui dicto officio Lenocinij vacant, sunt tanquam grauiter delinquentes grauiter puniendi, ideo sunt plures Fori conditi de præmissis, vide Forum nouissimum, De los Rufianes. de anno 1564. Et quare fœminæ sicut Lenones, non puniantur, ponit Forus secundus de Lenoni. sed quare ille tolerentur in Republica, cum lex debeat esse sancta &c. c. erit autẽ lex 4. distinctio. vide Rebuf. 1. thom. pag. 6. num. 17. pag. 9. numer. 37. Et de Lenonibus, quare sint exiliandi iuxta dictum Forum De los Rufianes. & quare etiam huiusmodi fœminæ, sint à vicinia, & Ciuitate expellende, vide Auenda. de exequen. manda. Reg. lib. 2. c. 6.

91 † Sunt præterea animaduertenda, ea quæ in Regia Audientia, in qua presidere debet Dominus Rex, Locumtenens, Primogent. vel Regent. officium Gubernationis iuxta Forum de anno 1528. & alios Foros (vt infra dicetur) tranctantur, de his quæ in Ciuitate Cæsaraugustæ tractari debent, quæ in Curia Iustitiæ Aragonũ nõ possunt expediri, quia sunt tractan. coram ordinario, scilicet Çalmetina, vel in Regia Audientia, qui est ordinarius ordinariorum, nam in Curia Iustitiæ Aragonum tractantur solummodo ea quæ à Foris disponuntur posse tractari, nisi à consensu tacito, vel expresso partium id tribuatur.

Similiter For. de Procurator. Astrictis disponit solum Dominum Regem, Locumtenent. Primogenitum, & Regen. officium Gubernationis, posse mandare Procurat. Astricto, vt ab accusatione desistat.

Similiter, & nominare Iudicem competent. spectat ad eos, iuxta Foro 1.

1.& 4. De la competencia de las iuridictiones.

Similiter consiliarij nominandi in Regia Audientia, loco suspectorum sunt nominandi per præsidentem in ea, iuxt. For. de subroga. loco suspec.

Et etiam præsidentes in audientiã possunt scribas seu eorum Regentes habiles, compellere ad assistendũ in curia: For. de Tabellionibus. 1533 seu audientia Regia: & hodie non est vis, siue præsideat Locumtenẽ. general. siue Regens offic. Gubernatio. quia in quolibet casu assistunt scribæ mandati per sententiam arbitralem, de qua infra quando agetur de not. Regent. offic. Gubernationis.

Similiter iuramenta quæ tenentur præstare, Vicecancella. Regen. Cancellar. consiliarij & etiam procura. quæ in Audientia Regia agũt causas, sunt præstanda in posse præsidentis in ea, vt de horum singulis in suis foris disponitur: & de Procura. in For. de Procura. 1510.

Et etiam diuisio processuum criminalium qui consulantur cùm consiliarijs de criminali, & non actitantur in Regia Audientia, dicti processus diuiduntur, inter consiliarios supra dictos per Præsidentem in Regia Audientia, iuxt. Forum super criminali de anno. 1564.

Item à sententijs latis in causis criminalibus, mortis vel mutilationis membri, potest appellari ad præsidentem in Regia Audientia, iuxta formam traditam in dictis Foris super criminali de anno. 1564

Item extra ciuitatẽ Cæsaraugustæ, in locis regalibus, in quibus intrant vt ordinarij illius loci cognoscere, euocando ex officio, vel non, vt dictum est, iuxt. For. nos de empara.

92 † Quædam sunt quæ coram Domino Rege, Locumtenenti generali, Primogenito Regente offic. Gubernationis, & Iustitia Aragonum, expediri possunt in prima instantia: nam licèt regulariter nemo sit extrahendus à suo iudice locali, For. 3. de For. Compe. & in declaratione priuileg. gener. §. Item que como. & in For. cum secundum. de iudi. Molin. in verbo Iudex ordinarius, versic. à iudice ordinario & locali. Et in verbo, actor & reus. versic. Reus quilibet. vbi ponitur per eum regula cum limita. Regula inquam est hæc, quòd quisq; coram iudice sui loci & domicilij est conueniendus, nam vt dicit Felin. in ca. fin. n. 23. de For. Compe. forus domicilij est præcipuus generalis, & ordinarius, & licèt quis sortiatur forum ratione contractus, vel quasi, delicti, vel quasi, vt dicit ibi text. tamen iste forus domicilij concurrit cum omnibus alijs, ideo destinandi sunt iudices per dominũ Regem in singulis locis regalibus: vt late per Couarru. in practi. quæs ca. 4. nu. 3. vt ibi domiciliati non trahantur extra. Adeo, quod si in præmissis esset Domin. Rex negligens, posset ipsa vniuersitas magistratum constituere, pro tempore negligen. vt ibi per eum late: de qua regula iudicis domicilij, ponit plura Specu. in tit. de Cõpe. iudi. vide per Docto. in Rubr. & nigro. C. Si à nõ cõpe. iudi. & in Auctén. vt differen. iudic. Colla. 9. not. in. l. hæres absens de iudi. Maran. de ordin. iudic. in 4. parte in distinctione quòd iudicium aliud compe. aliud in compet.

I Socin.

Socin.in Regula 10 vbi ponuntur pluris limita.

Sunt tamen, de For.plores causæ quæ in dictis curijs Domin. Regis, Locumtenen.Primogen.Regen.vel Iustitiæ Aragonum,sunt tractan. & quæ coram ordinarijs locorum tractari nõ possunt:& aliæ quę licèt co rã ordinarijs posśint, possunt etiam coram supra dictis vel altero eorum tractari.

93 † Et Primò nobiles sunt tantùm de iurisdictione Domin. Regis Locumte. gener.Primogeniti, Regen. offic. Gubern. & Iustitiæ Aragonũ, & hoc in criminalibus, & etiam in ciuilibus,nisi ratione rei sitæ,recursus, vel reconuentionis: de quo late per glo. in Obser. 2. & 3. de For. Compet. Molin. in verbo nobiles. in verbo recursus.& in verbo,recõuentio.

94 † Et licèt pro introductione posset quæri de pluribus,quid sit nobilitas:de quo in.l.1. C. de Digni. libr. 12.vbi Bart.Secundo quotuplex sit: de quo per Cassan.consi.64. Tertio quibus modis acquiratur: nam in Aragonia, sicut de iure, acquiritur & priuilegio, & sanguine, nam licèt milites creentur & Infantiones nascantur vt dictum est in mate. Infançoniæ, nobiles vero creantur & nascuntur,Ripa. lib.2.respon.ca. 16. Couarru. lib.1.cap.16.num.10. Quartò potest quæri de effectibus nobilitat. Luc. de Pæn. in.l.Mulieres de dign.li.12.C.Et vltimò qualiter procedatur & amittatur nobilitas:Couarru. in ca. quamuis pact. 2. relect.p.in prin.Tiraquel.quæst.35. & 36. Otalor. in 2. parte 2. partis princ.c p.9.nu.7.cum sequen. Hæc a Docto.tractantur in locis allegat. in mat.Infançoniæ. de quibus etiam vide longum tracta.Tiraquel.de nobili.&Otalo.etiam de nobili. Quòd vero attinet ad propositum mat.sci licet de viribus & effectu iurisdictionis officij Gubernationis, solùm oportet considerare, aliquos effectus nobilitatis, vellẽ tamen nobilem in primis illud habere in mente quod asserit Guid. Papæ. quæstion.386. quòd nobiles vt nobilitate gaudeant debent nobiliter viuere, sicut idem de clericis asserit, quòd debent clericaliter viuere, vt priuilegijs clericalibus gaudeant, in quæstion.381.& 196. est igitur hoc de reseruatis Domin.Regi Primogeni. Regenti, & Iustitiæ Aragonum. Quòd non nisi illi seu alter eorum potest cognoscere de causis dictorum nobili. vide Cassane. Rubr. Des Iustities verbo droitz dicelles,num. 110. versicul. Item ex gener. Molin. in verbo domini locorum. Adeo quòd inferiores,nõ poss. eos absolu:re.vide in reperto. super verbo nobiles.Adeo etiãquòd

95 nec ipsi nobiles etiã si vellẽt,†Possent se summitere iudicibus inferioribus vt dicit Obser.Item nobilium, de Foro Compe. Nec id quòd asserit Molin. in verbo Domin. Rex, de reseruatis domin. Regi versicu. domino Regi tantùm pertinet capere nobilẽ.debet intelligi ita quòd Primogenitus nec Regens possent illum capere. sed debet intelligi res pectu inferiorum iudicum, vel verius detinere illum captũ,ad mercedẽ.iuxta dictũ §. Item statuimus. De cõfir.pa.hoc,est de reserua.dom. Regi. tamen procedere ad captionem, cognoscere de causis criminalibus contra nobiles, hoc est dictorũ Domin.RegisLocumt.Primog.Regẽ. Offi.Gubernationis & Iustitiæ Aragonũ & cuiuslibet eorũ:vt idẽ Mol. asserit in verboNobiles.qui nimo& capere

capere nobilem ad finem remittendi posset etiã quilibet inferior & non habens iurisdictionem, capere inquam, fragante maleficio, non præceden. appellitu. quia de eis appellitari non potest nisi coram supra nominatis, vel altero eorum, sicut dicitur de clerico, nam clericus fragante maleficio potest per secularem capi, ad finem illum reten. ad suum iudicem, Rationem quare in fragãtia, & in actu delicti, singularis etiã potest capere: scribit Bald. in l. fin. C. de exhiben. reis Moli. in verbo fragan. versic. fin. & in verbo capi potest criminosus. imo videtur quòd & appellitari possit de eis coram ordinarijs ad finem remittendi. iuxta Obseruan. pro parte militum & infantionum. Actus cur. vbi milites & Infantiones qui non sunt de iurisdictione Dominorum locorum, nec suorum officialium appellitantur coram eis, ad finem remittendi, vide Molin. in verbo Domini vassallorum in Aragonia. facit Forus quandocumq; in fin. de appellit. de iure etiam exemptus capi potest, ad finem remittendi ad suum superiorem: poterit ergo quilibet dictorum quatuor capere nobiles & de eorum causis cognoscere, pro quo sunt For. Con color. & For. con calidades de appellitu. Moli. in dicto verbo nobiles versic. 5. vbi ponitur regula in criminalibus, & etiam in ciuilibus, cum limitationibus de quibus ibi. Hic ergo est primus effectus nobilitatis, quòd sint tãtúm de iurisdictione Domini Regis vel Guber. aut Iustitiæ, vt dictũ est: adeo quòd summisio facta iudicibus inferioribus per eos non teneat, vt dicit Obser. Item nobiliũ. de For. Compe.

96 †Est & alius effectus nobilitatis quia nobiles non possunt puniri pœnis corporalibus, ad quòd allegatur Obs. 2. de pa. & so. quia secundũ. quòd Regens officium Gubernationis sit Mil. Simp. vide Moli. in verbo nobiles. in prin. & ibi posita. An huic priuilegio possit nobilis renuntiari vide Couarru. in c quamuis pactum 2. relectio. p. in prin. n. 5. vsq; ad fi. & alios quos allego supra in mat. Infançon. in fin. In hoc tantúm puniuntur quòd stabunt capti ad mercedẽ Domini Regis id est æatenus quatenus, Rex voluerit, iuxta. §. Itẽ statuimus in For. 1. de Confir. pác. & hanc facultatem tenẽdi captum nobilẽ pro hibito voluntatis puto esse de reseruatis Domino Reg. & hoc voluit dicere Moli. in verbo Domin. Rex. versi. de reseruat. Dñs Regi ibi, Domino Regi tantùm pertinet capere nobilem scilicet & captum detinere prohibito volunt.

97 †Sunt præterea quã plurima alia beneficia resultantia ex nobilitate, quæ cumulat Luc. de Pæn. in d. l. mulieres. C. de digni. vide Ioan. de Mõtayne. in tracta. de aucto. consi. vo. 7. Io. Licerier, in tracta de Primog. fol. 60. dictos Tiraquel. & Otalora. de nobili. Si tamen ipsi nobiles viuerent nobiliter & in suis locis, non indigerent vti huiusmodi priuilegijs, quinimo & ipsi. de suis bonis minus expenderẽt quã expendũt viuẽdo in ciuitatib⁹: vt dicit Bal. in l. Executorẽ col. 8. C. de Execu. rei iudi.

98 † Item Domini vassallorum directi siue vtiles subsunt tantúm Domin. Regi, Primogen. Regent. officium Gubernat. & Iustitiæ Aragonum. Idem alibi Carol. de Grassal. de regal. li. 1. in 12. iure & suquer. 29. fol. 46. Rebuff. in concor. in proœ.

in verbo summas in 7. priuilegio. Cassaneus Rubr. de Iusticies. verbo & droitz d'isselles num. 110. versic. Item ex generali,& pro hac regula forali vide Obser. Item nobilium, & Oseruan. Item si agatur 2. de For. Compe.& Obser. sciendum. de sal. Infan. fac. Molin. in verbo Domini locorum. vers. 1. cum sequentib. & ex ibi dictis,& glos. in dictis Obseruantijs, decegitur omnia quæ dicta sunt de nobilit. hic esse repetenda, dempto, quo ad priuilegium vt non puniantur corporaliter. Limitationes ad hanc regulam, quę est vt coram dictis quatuor, vel eorum altero conueniatur Dominus locorum, vide per Molin. ibi: videlicet quòd non procedat in Dominis vassallorum habentibus vassallos extra Regnum, vel si reconueniantur, vel ratione rei sitæ, vel recursus. vide Molin. ibi. faciunt, etiam Fori supra allegati, Con color. & For. Con calidades. de appelli. nec desinit esse de eorum iurisdictione si postquam est conuentus Dominus vassallorum vendat locum: Molin. in verbo Iustitia Aragonum, est Iudex competens Dominorum locorum. idē est si antequā conueniretur vēdidisset,& eo couēto corā altero eorū non allegaret Fori declinatoriam: vide Molin. in verbo exceptio. Fori decli. vers. fin.

99 †Idem quòd dictum est de Dominis vassallorum, est dicendum de Dominis Castrorum: dict. Obseruan. Item si agatur, & dicta Obseruantia sciendum. de Sal. Infan. & Obser. Item nota quòd vbi. de Foro Competen. quæ ampliat regulam etiam si plures sint participes castri, & etiam si castrum sit dirutum: vide Molin. in dicto verbo Domini locorum. vers. domini locorum in Aragonia omnes.& in verbo castrum. Bages in glo. dictarum Obseruan. Quid autem differat castrum à villa, Bar. in. l. t. §. siue Autē ff. de no. ope. nun. Ias. in. l. si hæres, §. vicis. ff. de leg. 1.& l. 2. C. de Fund. Limitrof. vbi Bart. Albert. in dictio. verbo castrum.

100 † Item illud idem dicendum est, de vniuersitatibus, quod dictum est de Dominis vassallarum & Castrorum, vt nō possint conueniri etiam si vellint nisi coram Domino Rege, Primogenito, Regent. officium Gubernationis, vel Iustitia Aragonum, per dictam Obseruantiam. Itē nobilium. de For. Competen. sic de iure, magni iudices, sunt iudices vniuersitatum, non autem pedanei seu inferiores: Innoc, ca. dilecti de de excess. prælat. in fin. Bart. l. 1. de de colleg. illici. sic in Gallia: Rebuff. in Concorda. versi. summas. in 13. priuilegio.& hoc siue in ciuilibus, cùm limitationibus supradictis, scilicet ratione rei sitæ, reconuentionis, vel recursus, de quo etiam Moli. in verbo vniuersitas. vers. 4. siue etiā in criminalibus indistinctè.

101 † Est tamen aduertendum quòd vniuersitas nō potest accusari criminaliter, de quo vide Iul. Clar. communi. opinio. verbo vniuersitas. sed tantùm officiales illius: iuxta Obseruant. fin. de iniur. ita quòd si vniuersitas cōmittat delictū, quod dicitur cōmitti per vniuersitatē, quando cōgregato legitimè concilio, deliberāt esse perpetrandū delictū,& perpetratur: Bar. l. aut facta. §. fi. de Pœ. ff. quē allegat. Mol. in verbo vniuersitas. versic. 2. vide Albert. Brun. in consilio 28. & decis. consilio 221. numer. 2. Afflict. decis. 376. nam pro huiusmodi, delicto nō potest accusari tota vniuersitas, per dictam Obser.

Obser.fin.in fi. de iniur. nisi tantùm officiales illius, quod videtur absonum, nam si cosiliarij votant quod Ticius occidatur, vel aliud maleficium esse perpetrandum, quòd de eo delicto sint tantum officiales & non ipsi votantes puniēdi, hoc enim est contra iuris dispositionem: quinimo, de iure, non tantum ipsi interuenientes in consilio legitimè congregato possunt puniri pro delicto per consilium commisso, sed etiam tota vniuersitas: Bart.in.l.Aut. facta. §. delinquent.ff. de Pœnis. Alber. Bru.in dict. consi. 28. allegat plura ad propositum notata per Panor. Ange.& alios, vide supra in verbo vniuersitatis. versic. 1. vbi allegatur Afflic.in consti.in rub. & vniuersitas accusata fol.162.nu.1.Ruin. cōsi. 97.n.4.vol.5.& quòd per dictā Obs. non solum non puniatur tota vniuersitas pro dicto delicto, sed nec ipsi consiliarij, ex quorū voto resultat delictum, & sic ipsi actualiter delinquentes, videtur amarū. Et ideo pro declaratione Obs. potest dici quòd ipsi consiliarij votantes possunt dici officiales, quia quodammodo officiantur, cū loco de curionū successerint, secundùm Bart.in Rubr.de decur.li.12.C. vide. Roma.consi.436. & ibi addi. qui curiones, officium habere dicebātur, & quidem honorificum Imol. in.l. Municeps.ff. de Condi. & demonstra. vide ad mate. dictum consil. Alber. Bru. 28. & quòd vniuersitas debeat mitius puniri, per eum ibi, Bart. in dict. l. Aut. facta §. fin. Molin.in dicto verbo, vniuersitas.versicul. 1.& in verbo delictum.versicul.4. hoc tamen est aduertendum quòd si apellitetur criminaliter contra vniuersitatem, non potest appellitus prouideri nequè executari, nisi contra nominatos in appellitu specialiter, & sic clausula complicum, de qua plures Fori conditi fuerunt, nihil operatur: de quo vide Molin. in verbo appellitus criminalis. versicul. appellitus criminalis contra vniuersitatem. secus si pro debito ciuili fuisset oblatus appellitus contra vniuersitatem & singulares illius, quia tenet appellitus contra non nominatos, & potest executari in quemlibet singularem de vniuersitate, etiā si non sit de nominatis in contractu obligatorio: Molin. in verbo appellitus, versi.Pe.& fin.& in verbo vniuersitas.versic. pro vniuersitatis debito. vniuersitas ergo siue ciuiliter, siue criminaliter conueniatur, conueniri debet coram Domino Rege, Primogenito, Regen. officium Gubern. vel Iustitia Aragonum, & hoc etiam si dicta vniuersitas sit, Aljama Iudeorum, vel Sarracenorum, vt dixit dicta Obser. 3. de Foro Compe.& etiam si sit vniuersitas loci qui non sit Domini Regis, licèt Bages in Obseruantia. Item iurati.de For. Compe. videatur tenere contrarium respondendo ad dictam Obseruan. Item iurati. quæ dicit quòd vniuersitates quorumcumquè locorum Regni, facient ius coram Iustitia Aragonū, & sic videtur excludere Regem, Primogenitum, Regētem officium Gubernationis, argumento.l. cùm Prætor. ff. de iudic. quòd est contra dictam Obseruantiam. Item nobilium, Bages in dict. Obseruan. Item iurati. volendo conciliare dictas Obseruantias, dicit quòd dicta Obseruantia. Item nobilium loquatur in vniuersitatibus locorum regalium, & dict. Obseruan. Item iurati loquatur in vniuersitate locorū dominorū, quia si Dominus

I 3 Rex,

Rex, no meta ni Iusticias,ni faga juzgar en lugares q̃ suyos propios no sean, per verba generalia priuilegij. Item del Mero. ergo nec ipsa loca,à multo magis,ex quo propter quòd vnum quodq; tale, & illud magis. Et licèt Molin.in verbo Dominus Rex, salua sua clementia,asserat ibi ita fuisse deter.tamen in fine asserit, non esse distinguenda loca vniuersitatum,&seruari in distin ctè dictam obser. Item nobilium. & dictam expresionem solius Iustitiæ in dicta Obser. Item iurati. non esse ad exclusionemDomini Regis, Primogeniti,nec Regen. offic. Guber. vide Molin. in verbo apprehen. versicu. apprehen. an possint loca Baronum.

102 †Officiales præterea ratione dictæ qualitatis subijciuntur iurisdictioni Dñi Regis, Primogeniti,Regen.officium Guber.& Iustitiæ Aragon.For.Con color,&For.Con calidades deAppellit.facit For.de Pœna teme.litig.& For. Quòd officia. execu. & minist. sed in hoc est aduertendum, quòd aut agitur contra eos criminaliter,aut ciuiliter, si criminaliter,tunc ex quo contra eos potest procedi tripliciter, vt dicit Molin. de accusa. offic. delinquen. per viam Inquisitionis, denuntiatio

103 nis,vel accusationis. †Si procedatur per viam Inquisitionis, quia prohibita est de foro, vt in priuileg.generali & de eius declara. solùm potest procedi per Dominum Regem, seu eius delegatum,& contra suos officiales,vt dicit ibi Moli. in dicto verbo officiales,de offic. delinq. in suis offici.& quidem sine recursu ad Iustitiam Aragonum, vt ibi per eum, de qua Inquisitione nõ possunt Primogenitus,Regens offi.genera.Guber.nec Iustitia Aragon.se intromittere,vt tetigi in reseruatis Domino Regi,fallit in casu For. de fumil. de porte:de qua Inquisitionis materia, vide quæ notantur per Rober. Maran. in tracta. de ordi. iudi.in 6.parte in princ.fol. 132. quæ Inquisitio fieri non potest,nisi de gestis in officio, Bald. in.l. 3. ff. Nautæ caupo. stabu. Ias. in.l. 1. C. vt omnes iudi. tam ciuili. quam crim. nu.10. Bald.

104 l.1. vbi de ratio. agi oportet. †Si tamen procedatur contra eos per viam denuntiationis,licèt per eam non contra omnes officiales agi potest,sed tantùm cõtra Iustitiam Aragonum, eius Locumten. Notarios, &Virgarios,& contra Alguazirios, Supraiunctarios, & Portarios Regios,vt in eorum titulis detegitur: super qua denuntiationis materia plura sunt à Foro disposita, de quibus sub titu.Forus Inquisitionis.hęc tamen denuntiatio de Foro, tractatur coram decem & septem iudicantibus,& non coram aliquo alio officiali forali: de qua denuntiationis materia,& in quo differat ab accusatione, vide plura per eundem Ro-

105 ber. Maran.in d.6.parte fol.156.†Si verò procedatur per viã accusationis,tũc aut proceditur cõtra eos,pro delictis per eos vt officiales commissis,& sic tãquã officiales delinquẽtes in suis officijs accusantur,& hæc accusatio est solius Iustitiæ Aragon.& eius Locũte.& priuatiuè ad alios,& sine recursu adeo, quòd de tali accusatione nemo alius se potest intromittere:de his plura per Mol. in di. verbo officiales.de accusa.offic & in verbo Dñi Locorũ.vers.Dominorũ locorũ officiales, & vers. Dñi locorum non cognoscunt. & in verbo Iustitia Aragonum. versiculo Iustitia Aragonum declarat. vbi non interest si sint officiales Domini

Regis,

Regis, vel dominorũ temporaliũ, vel Ecclesiæ, quia si accusantur vt Officiales delinquentes in suis officijs, hæc accusatio fieri non potest nisi in curia Iustitiæ Aragonum, vide Carol. de Grassa. de regal. lib. 2. in 17. iure versi. 4. casus. Capici. decis. 27. nu. 10. dicentes quòd ibi est idem quod hic; quòd de delictis vt Offi. commissis, sola curia magna cognoscit, secus si vt priuatus, vide allegata supra v, erbo Offi. versi. fi. facit in casu Fori de Accusa. cõtra Offi. delinq. si Depputati accusantur tanquam Officiales delinquentes in suis Officijs in casu illius Fori, puta quia delinquant in omittendo, quia in omittendo delinquere possunt: vide Apostillam ad Moli. in verbo Offi. delinquentes. l. 2. C. de his qui latio. vbi not. nã possũt corã dictis quatuor accusari: fallit etiam in casu Fo. de la summission de Porteros y Notarios.

106 † SI verò dicti Officiales delinquãt, non verò in eorum Officijs, sed vt priuatæ personæ, tunc ratione qualitatis Officij, sicut ratione qualitatis nobilitatis, domini vassallorum &c. subsunt dictis quatuor scilicet d. Regi, Primogenito, Regenti Offi. Gubernationis, & Iustitiæ Aragonum. Fo. Con color. & Fo. con calidades. de appelli. Non obstan. dicta Obser. Item Iurati, & quæ ibi dicuntur per Bages, quia non proceduntvt supradixi, obstãt dictis For. Concolor. & Fo. con calidades. pro quibus facit Obser. de consuetudine de Fo. compe. nam si singularis, ea ratione quia delinquit vna cum Officiali, efficitur de iurisdictione dictorum quatuor, propter vnum quodq. tale, & illud magis, faciunt insuper dicti For. de Pœna teme. litig. & fo. quòd execu. & minis. sint secul. & non ele. & sic isto casu quia ex officio delinquit, conuenitur coram dictis quatuor, eo quia Officialis, sed non tanquam Officialis, quod videtur contra id quod dicit Moli. in verbo Officialis, versi. finali incip. officiales Aragonum. Pro hac distinctione, quòd ratione officij conueniantur coram vno, & si aliàs delinquat coram alio, faciunt notata de iure per Pau. de Cast. in l. fi. C. de Iurisd. om. iudi. & Ias. in l. Qui iurisdictioni ff. eo. nu. 9. versicu. 8. fallit Cassane. in consue. Burgun. titu. des Iustities Ru. la emende simple. recon. §. 7. nu. 35. faciunt etiam nota. per Dominicũ in c. Episcoporũ. de priuile. in 6. quem allegat Moli. in dicto verbo Officiales. versi. fi. qui Domini. & Ioan. Mona. ibi alleg. parum vidẽtur facere pro deter. per eum ibi allega. & videntur contra illam deter. facere de directo dicta iura, scilicet For. eon Color. & Fo. con Calidades. & alia iura supra allegata, & pro hac distinctione, quòd si Officialis delinquit possit & debeat coram vno, & si aliàs vt priuata persona, coram alio conueneri, vide in terminis quos allego supra verbo Officiales, versi. fi. hic adde, & ibi dicta super deter. Moli.

107 † AVT agitur contra dictos Officiales ciuiliter, & isto casu nõ est in consideratione qualitas Officialis dicta, nã Locũt. Iustitiæ Aragonum, quamtumcunq. priuilegiati, possent in ciuilibus cõueniri coram Çalmetina ciuitatii Cæsaraugustæ, & ita dicta Obser. Item Iurati. debet intelligi in criminalibus, quãdo ipsi delinquũt, & ratione de-

delicti conueniuntur, pro vt elicitur, ex his que dicit Moli. in dicto, verbo officiales: versi. fi. nisi super debito procedatur criminaliter, vt quia esset de persona officialis appelliatum, quia dictus officialis non esset distringendus per captionem persone, nisi per dictos quatuor iudices, & ita consultus respõdi Iustitiæ ciuitatis Iaccæ, de cons. Aduocatis Fiscalis, quia appellitabatur contra Locumt. Iustitiæ del Palolargo, coram Iustitia ciuitatis, diximus quòd procederet ad executandum & distrahendum bona, & non personam.

108 † ITEM Ratione mixturæ, singulares sunt de iurisdictione domini Regis, Primogeniti, Regen. officium Gubernationis, & Iustitiæ Aragonum, vt quia delinquaut cũ vniuersitate vel officiali, quia in eadem Instãtia inqua vniuersitas vel officialis accusatur, possunt singulares accusari, vel si vt asociantes, nò æque principaliter, delinqãnt cum milite vel Infantione habitan. in locis dominorũ, quia si in eadem instãtia, cum dictis militibus aut Infantionibus conueniãtur, sunt de iurisdictione dictorum quatuor: Obs. de consuetudine de Fo. compe. Mol. in verbo iudex ordinarius. & in verbo Iustitia Aragonum, se intromittit. versi. Item Iustitia Arago. cognoscit. de qua mixtura loquitur Forus Con calidades; de Appell. & circa hanc mixturam de his quæ pertinent ad propositum iurisdictionis Gubernationis, est aduertẽdum ad regulam de qua supra quòd nemo extrahatur à suo iudice ordinario & locali: fallit ratione mixturæ, distinguẽdo hoc modo, quòd aut sumus in criminalibus aut sumus ciuilibus si in criminalibus, aut singularis delinquit vna cũ vniuersitate vel officiali, & isto casu aut accusatur vniuersitas vel officialis: & isto casu potest singularis non habita distinctione si delinquit principaliter, vel accessorie, accusari in eadem instantia, coram eisdem iudicibus vniuersitatis, vel offi. & extrahi à suo iudice ordinario & locali, aut non accusatur vniuersitas vel officialis pro delicto in quo deliquit dictus singularis cum vniuersitate, sed singularis tantum vel ipsa vniuersitas vel officialis accusantur in alio processu, & tunc pro dicto delicto non potest singularis, extrahi à suo iudice, hæc omnia elicitũtur à dicta Obser. de consuetudine. de Fo. compe. & ibi dictis per Bages, nam loquitur Obser. simpliciter non habita distinctione si æquæ principaliter, vel accessorie, ergo est intelligenda, simpliciter: Obser. Item donatio. de dona. quoad reliqua clara est Obser. aut dictus singularis deliquit vna cum, milite vel Infantione habitan. in locis dominorum, & isto casu adhibẽda est distinctio, quæ resultat ex dicta Obser. de cõsuetudine. de Fo. compe. quod aut deliquit dictus singularis, æquæ principaliter cum milite & Infantione, & pro tali delicto non potest singularis, extrahi ad suo iudice, siue conueniatur in eodẽ processu cum milite & Infantione, siue in alio: aut non deliquit æque principaliter sed accessorie, vt quia, ad committendum delictum associauit eos, & tunc etiam est distinguendum quod aut accusatur in eodem vel alio processu, si in eodem, tunc potest extrahi à suo iudice, & conueniri coram iudicibus dicto-

rum

rum militis & Infan. si in alio processu, tunc non potest extrahi. hæc etiam vt dixi eliciuntur, ex dicta Obser. & ita intelliguntur narrata, per Moli. in verbo Iustitia Aragonum, cognoscit. quia stat corrupte.

109 † HÆC tamen mixtura de milite & Infantione, cum singulari, est in consideratione quando Miles & Infantio sunt tantùm de iurisdictione. d. Regis Primoge. Regen. vel Iustitiæ Aragonum, vt puta quãdo sunt habitan. in locis dominorum & ibi delinquant, secus si sunt habitantes, in locis Regalibus vel ibi delinquãt, quia milites & Infantiones habitantes in locis regalibus, in nihilo sunt priuilegiati respectu iurisdictionis, quia coram ordinarijs conueniuntur in ciuilibus, & criminalibus, & sic isto casu nihil operatur mixtura, idem si delinquant in locis ragalibus, ex quo ibi sortiuntur forum ratione delicti, ad not. in c. fi. de foro compe. similiter si ibi conueniatur Infantio habitans in locis dominorum, nihil operabitur mixtura, solùm ergo operatur in supra dicto casu quando accessorie delinquit singularis, cum milite vel Infantione habitan. in locis dominorum, & qnando necessario est Miles & Infantio conueniendus coram altero ex dictis quatuor, quia si in eodem processu cõueniatur singularis non poterit, forum declinare. pro his etiam vide Moli. ibi in dicto versicu. Iustitia Aragonum, cognoscit. vide Pertus. in fo. 3. de iudic. vbi de mixtura, & in li. deter.

110 † QVID tamen de iure operetur mixtura, videte x & ibi nota. in l. si communem. ff. quemad serui. amitta. Barba. in Ru. de offi. deleg. Bar. in l. præcipimus C. de appe-la. natiam in repe. c. quamuis pactum de pac. in 6. Roc. de cur. in tracta. iuris Patro. fol. 5. feli. in c. 1. de pres. & in c. quam sit. de iudeis soci. in c. fi. de mutu. peti & in cõs. 12. hipoli. de Marsil. singulari in 80. Barba. in c. 1. de fo. compe. & tandem fuit deter. anno. 1535. in mense Iunij per Episcopum, cassanat, in quadam competen. quód laycus non gaudebat ratione mixture priuilegio clericorum, pro qua decisione vide quæ latissime, cumulat Couarru. in pra. quæsti. c. 34.

111 † SI vero sumus in secundo principali membro distinctionis, scilicèt, quia sumus in ciuilibus, isto casu non est in consideratione mixtura, nec illius prætextu est quis extrahendus à suo iudice ordinario & Locali: fo. 3. de iud. vbi Pertusa, quód ille forus intelligatur in ciuilibus, vide Moli. in dicto verbo Iustitia Aragonum, se intromittit. versi. Item Iustitia Aragonũ cognoscit. vbi late quod in ciuilibus non est quis extrahendus á suo iudice ratione mixture, nec illius pretextu efficitur de iurisdictione domini Regis, Primogeniti, Regni offi. generalis Guberna. nec Iustitiæ Aragonum.

† PRÆTEREA Milites & Infantiones habitan. in locis dominorum sunt tantum de iurisdictione domini Regis, Primoge. Regen. officium Gubernationis, & Iustitiæ Aragonum, & hoc in caussis criminalibus, quia in ciuilibus subsunt iudicibus, ordinarijs Locorum in quibus habitant: Obseru. Item

Item in omnibus causis.de Sal. Infan. facien: faciunt fori. Con color. & fo. Cõ calidades. de appelli. Moli. latè in verbo, Infantiones. vers. de Infan. habitan. in locis dominorum vers. 2. Hæc sunt intelligenda vt dixi supra proxime nisi dicti Infantiones habitan. in locis, dominorum delinquant in locis regalibus, quia si ibi capiantur, vel sit casus procuratoris astricti, possunt ibi accusari, & sortiuntur forũ illius iudicis ac si ibi essent domiciliati, quia vt supra dixi Infantiones & milites habitan. in locis regalibus non sunt priuilegiati ratione iurisdictionis, quia ibi sortiũtur forũ in ciuilibus & criminalibus ratione domicilij, & pari ratione dicendum est si in dictis locis regalibus sortiatur forum ratione contractus vel quasi, delicti, vel quasi, cum omnibus prædictis modis quis forum sortiatur, vt dictum est: & facit Obs. Item nota quod si aliquis.de fo. compe. quia si ibi capiatur vbi deliquit poterit accusari coram illo iudice, vel si ibi non reperiatur, si accusetur ad instantiam procuratoris astricti, iuxta fo. de Procura. astricti. vbi procura. astrictus loci commissi delicti, vel vbi reperiatur potest accusare, & sic Dominicus castillo de Monroch, Infantio ex quo deliquerat in loco regio, fuit ibi per procura. astrictic. accusatus, & cõdemnatus licèt ipse esset habitator in loco domini.

103 † IN ciuilibus verò vt dictum est, subsunt dicti milites & Infantiones iudicibus ordinarijs locorum in quibus degunt, & hoc est verum si talis dominus loci habet iurisdictionem, aliàs conueniendus est vbi conueniretur in criminalibus, Moli. ibi. dicto versi. 2. de Infan. habitan. in locis dominorum: per Obser. milites.de fo. compe. & ibi Bages, qui asserit quòd licet Obser. loquatur in milite, similiter habet locum in in Infantione, pro quo etiam facit, Obser. in causis.eo. tit. & in dicto casu quo domini nõ habent iurisdictionem in Infantiones, puta in criminalibus, si instante parte, vel ex officio, capiantur fragante maleficio ad finem remittendi dictos Infantiones, facienda est remissio incontinenti infra vnum diem, vt dicitur in dicta Obser. pro parte mili. Actus cur. & Obser. Itẽ nobiliam.de fo. compe. Moli. vbi supra. De tempore intra quod faciẽda est remissio capti, vide for. quandocumq. de apelli. circa fi. Molin. in verbo remissio. versi. remittere non potest.

104 † IN super qualitas delictorũ solet quandoq. iurisdictionem tribuere. d. Regi Primogenito, Regen. officium Guberna. & Iustitiæ, extrahendo delinquen. à iudicibus ordinarijs, licet eorã eis etiã conueniri possint, vt est infractore apprehen. infractore empare, & infractore tregue, siue induciarũ. De quibus delictis loquitur for. Con calidades. de appelli. ponit Moli. de fractore apprehen. in verbo fractor apprehẽ. & de fractore emparamenti, in verbo fractore, emparamenti. & de fractore Tregue, est forus etiam in fo. delas Treguas. vbi pro dic. delicto competit accusatio corã dictis quatuor, de quo dictum est supra in reseruatis. d. Regi Primoge. & Regen. vbi, dictum est de Mat. treguarũ siue inducarum. & ponit Moli. in verbo fractor pacis vel tregue, quibus adde causas quare inter homines

mines non seruatur pax siuæ inducie, quas ponit Abba. in c. pissanis 2 col. de Resti. Spolia. quæ sunt sex, vt ibi per eum. & est vnus de casibus astrict. & quãdo dicatur fractor pacis & Tregue, ponit ibi Mol. & vide multa per Pertusam in titu. de pace. Deniq. ratione delicti fractionis apprehen. empare vel pacis aut Tregue, potest quis cõueniri coram dictis quatuor.

115 † Ad vnum tamen est advertendum, quod huiusmodi qualitas tribuens iurisdictionẽ, differt à qualitate quæ facit, partẽ legittimã ad accusandum vel petendum: nã regula iuris de qua in l. non ignorat. C. qui accu nõ poss. scilicèt, quod nõ admittitur quis vt talis nisi probet se talẽ, procedit in Arag. parte opponẽte, vt refert. Mol. in verbo Qualitas. vers. ... per fo. de exceptio. & fo. si quis pignoratus. de Fideius. ita quod qualitas que facit, partem legittimã habeatur pro probata nisi negetur, nã tunc per negationem efficitur res dubia, Bal. in c. fi. de proba. et Moli. in verbo Negatiua. vers. per negationem. secus est in qualitate tribuente iurisdictionẽ, quia illa necessario probanda est. notat aretti. in c. ceterũ 2. nota de iudi. feli. in quoniã contra nu. 8. de proba. pro quo est dictus fo. Con calidades. de appelli. quem allegat Moli. in d. verbo Qualitas. vers. 1. vide ibi posita q. sunt hic addenda & vide eumdem Molin. in verbo Appellitus criminalis. vers. appellitus criminalis oblatus contra. vbi allegat ad præmissa etiam forũ. Cõ colo. eo. tit. licet idem Mol. in verbo Qualitas. vers. si asserat fuisse deten. præmissa non procedere coram Iustitia Aragonum, ita quod coram eo sufficiat sola alleg. qualitatis ratio potest esse quia est iudex omnium non declinantiũ & sic sufficiat sola allegatio donec negetur.

116 † Delictũ resistentiæ similiter per dictũ forũ. Con color. & for. Con calidádes, est eiusdem naturæ, cuius est fractio apprehen. & fractio empa. & pacis, ita quod si quis de ea accusetur nõ potest declinare forũ per regulã quod nemo est extrahendus à suo iudice. vide Mol. in verbo Resistencia vers. de resisten. si aliquis est accusatus. In hoc tamẽ est aduertendũ, quod si de ea fit accusatio ad instantiã procuratoris Fiscalis, vel agatur iuxta fo. verũ. De consul. ad appositionẽ pendonũ, non potest agi nisi corã Iustitia Arago. De hoc latè, & quãdo habeat locũ appositio pendonũ, per d. Mol. in d. verbo Resistẽ. & similiter in casu fo. de Gurrean. in criminali. Si seruitor seu cõ

117 mensalis, vel mandatarius alicuius domini temporalis dammificauit comensalem alterius domini, tenetur talis dominus ipsum delinquentem exibere d. Regi Primogenito, Regen. vel Iustitiæ, & in non exibendo & resisten. in præmissis, corã eis accusari possunt: iuxta d. fo. pro cuius declara. vide Mol. in verbo domini vassallorum versi. domini locorum & vassallorum.

118 † Præterea quãdo super solutione peyte est questio inter singularẽ & consilium attenta suspitione quæ c tra iudicem ordinarium, ex ea causa oritur, cum videatur iudex, in causa propria, poterit, si singularis voluerit, de ea causa agi coram d. Rege, Primogenito, Regente officium Gubernationis, vel Iustitia Aragonum. Obseruan. Item si agatur là 2. de fo compe. vbi Bages, allegans in simili. Obser. Item adueratio. De salua. Infan. facien. Mo-

Moli. in verbo peyta vers. pro peita si aliquis conuenitur.

119 † Similiter eum extra casum fori de exilijs. quis fuerit à Regno extractus, poterit de eo coram domino Rege, Primogenito, Regente, officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum accusari. fo. vt nullus capt. extraha. à Reg. vbi sicut nec ceteri, ita & maiori ratione personæ Aragonensium non possunt, extrahi, & officiales extrahentes, in officijs suis delinquentes accusabuntur, in curia Iustitiæ Aragonũ per regulam supra positam in materia officialium, cæteri vero extrahentes accusabuntur, vel coram domino Rege, vel Primogenito, Regen, vel Iustitia, per formam in dicto foro traditam, licèt in hoc seruetur ordo fori noui de anno. 1510. de modo & for. proceden. in causa criminali. & accusari poterunt etiam instante quolibet singulari. de quo ponit Moli. in verbo captus. vers. 2. & in verbo extra Regnum.

120 † Pari ratione poterunt coram domino Rege, Primogenito, Regente officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum, accusari officiales, & aliæ personæ extraneæ à Regno, quæ causa damnificandi, & extrahendi à Regno personas, & bona sub pretextu de sometent, vel alia ratione ingressi fuerint ipsum regnum, iuxta fo. 2. de gene. priuileg. totius Reg. Arago. vbi ponitur forma procedendi contra tales qui vt dixi in fo. præceden. non seruatur, sed modus in criminalibus iuxta for. de modo & forma. 1510. & ibi etiam asseritur quæ sunt partes legitimæ ad accusandum, & iudices qui de præmissis cognoscere possunt, videlicet supra nominati, & etiam iudex ordinarius loci vbi fuerit delictum per petratum. vide Moli. super dicto fo. in verbo extra neus. vers. fi. & in verbo Depputati Regni vna cum Iustitia. vbi si officiales Regni delinquãt in præmissis, accusãtur vt officiales delinquẽ. per dictũ forum de gene. priuileg.

121 † Similiter capientes & detinentes seu detinentes homines, ad finẽ ducendi ad galeras, seu triremes possunt accusari coram domino Rege, Primogenito, Regẽte officium Gubernationis, & Iustitia Arago. iuxta Fo. De homini, pro seruitio galea. nõ capien. licèt hodie certis casibus habeat locum pena triremium seu galeriarum, iuxta foros de anno. 1564. videlicèt quando commuttatur pena mortis, & etiam contra latrones marcatos, quæ accusatio locum habet licet ij qui extrahuntur ad trirremes non sint Regnicolæ, quòd secus est in casibus præceden. vide Moli. in verbo Captus. versiculo 2.

122 † Præterea desvassallantes seu Iuuantes vassallos, ad recedendum à loco domini, ad se constituendum vassallos alterius, possunt de prædicto crimine accusari, coram domino Rege, Primogenito Regen. officium Guber. & Iustitia Aragonũ, iuxta fo. de rap. vassal. iuncto fo. præceden. sub tit. Quòd aliquis nõ abstraha. a in quo fo. de raptu vassallo. ponitur forma procedẽ. quæ licet secundum Moli. in verbo vassallus vers. vassallũ si aliquis. nõ deberet seruari, ex quo generales dispositiones. nõ deberẽt particularibus derogare, & in quãpluribus locis de eo eõqueratur, tamẽ semper fuit oppositũ Obseruatũ, videlicet, quod in omnibus causis criminalibus, etiam si per foros antiquos sit parti-

particularis, forma introducta, seruatur Forus de modo & forma proceden. & ita idem ibi asserit in causa contra quendã qui desuassallauit vassallum de Pradilla. vide Moli. ibi & in versi. sequen. De pœna dicti desuassallan. & receden. ponitur in dictis Foris & in Obser. 2. de iude. similiter est pœna confiscationis bonorum, Paris. de Pute. in tracta. de iudi. titu. de excessibus Baronum. & an illi vassalli recedentes à locis dominorum possint cõpelli ad redẽdum vide Not. super dicta Obseruan. vbi plura in materia dicti recesus, & quando locum habeat pœna Fori Nequis extraha. contra extrahẽtes, vide Not. super dicto Fo. vbi dicitur quod fuit super hoc formata competentia.

123 † ITEM contra vassallos, qui prestiterunt Sacramentum fidelitatis & homagij domino suo, & eo prestito se erexerint in publicam rebellionem, vel in obedientiam contra dominũ taliter quod statẽ tum totius loci, vel maioris partis illius rebellatur contra dominum, talis dominus potest contra dictos rebellantes, quantumcumq. sint singulares, procedere ad eos accusandum coram domino Rege, Primogenito, Regen. officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum. Fo. de Pœ. vassall. rebell. Moli. in verbo Pœna versi. de penis vassallorũ, se reffert ad verbum vassalli rebelles. de quo tamen in dicto verbo vassallus non meminit, nisi tantum in verbo vassallus si post prestitum. vbi allegat dictũ Fo. de pœ. vas. reb. vide de materiã dictæ rebellionis, quia tota vel maior pars vniuersitatis se crexerit iuxta dictum. Fo. Alber. Bru. cons. 28. quem supra allegaui in materia vniuersitatum.

124 † ITEM contra Notarios qui in testificatione actorum non seruãnt. formam traditam à Fo. For. para testificar potest procedi Contra tales Notarios non seruantes formam dicti Fori, coram domino Rege, Primogenito Regen. officiũ Gubernationis & Iustitia Aragonum vt dicit ibi Forus nisi per quẽ Fo. potest innuẽ quód in crimine falsi potest agi coram supra nominatis, licet forus pe. & fi. De crimine falsi. videantur innuere quod agi debeat coram Iustitia Aragonum. sed ex illis Foris. pe. & fi. elicitur duplex modus procedendi in dicto crimine falsi videlicet ordinarie, & priuilegiate, Secundo modo non poterat procedi nisi corã Iustitia Aragonum, sed hodie sublata est talis differẽtia, & indistincte proceditur iuxta Foros de modo & forma. 1510. Et sic ex dicto Fo. forma. Para testificar. Et dictis Foris iuxta prædictam declarationem, attento vsu de dicto crimine falsi potest coram supra dictis fieri accusatio, licet sit in manu accusantis si velint agere coram ordinario accusati. Aduertentur tamen pro declaratione dicti fori for. Para testificar. statuen. vt falsarios esse puniendos Notarios non seruantes formam dicti fori, quod illi tamen non propterea sunt puniendi pœna falsi: vide Rebuff. in tracta. nominationum. quæst. 14. nume. 189. & vide notata super dicto fo. forma. Para testificar & de dicta falsitatis materia vide Moli. in verbo Falsitas & verbo Exeptio falsitatis. & verbo Exceptio contra instrumentum.

125 † Item contra obligatos in censualibus in quibus sunt constituti procuratores possunt D. Rex, Primogenitus Regens officium Gubernationis,& Iustitia Aragonum, ferre sententias,& literas executorias illarum vigore concedere,Fo. de censu. & alijs debi. statim in prin.Quæ sententia cum procura. contractus lata dicitur sententia lata ad modum serraniæ,vt dicit Molin. in verbo sententia lata ad modum serraniede qua sententia &procura. contractus loquitur idem Molin. in verbo Procura. contractus. & circa dictum Procuratorem contractus, vide Octauianum in sua practi. fol. 159. Rebuff. 1. thom. pagi.57. nume. 21.cum sequen.ex quibus & ex Pau. de Cast. cons. Elicies quod procurator contractus ,est pars contractus, & ita est irreuocabilis, & confitetur Infantionem creditoris omnia contenta in contractu, & ita fit quotidie in contractibus, censualium, & alijs qui sententiantur & circa Materiã dictorũ censualium ponit plura. Molin. in verbo censualia.

† E T quæ disposita sunt in Fo.
126 de censualibus. locum habent in censualibus aljamarum, Iudæorum, & Sarracenorum quæ debentur & reducuntur a quarenta ta mil. por mil, ex quo per fo. Actus super censua. vete. iude. & Sarra. æquiparãtur in omnibus & per omnia dicta censualia reducta, alijs sententiatis quoad eorum priuilegia, nam quando casus fictus & casus verus æquiparantur à iure in omnibus & per omnia, disposita in casu vero habent locum in casu ficto. c. ad Audientiam & cap. cum dilectus extra de cleri. non resi. Soci. consi. 160. num. 9.

127 † E T similiter super censualibus formatis ante forum Turcolij quæ Debentur regnicolis & fuerunt formata in fauorem Christianorum, posset pro recuperatione pensionum fieri Empara, & prouideri appellitus, & alia necessaria per dominum Regem, Primogenitum, Regen. officium Gubernationis, & Iustitiam Aragonum. iuxta for. Actus in fauo. censua. vete.

128 † MODVM sententiandi censualia vide in metodo Ferreris & Bald. in l. male agitur. De Pres.trigin. vel quadragin. anno.

129 † ITEM D. Rex, Primogenitus Regens officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum possunt. & tenentur si ab eis petatur concedere litteram executoriam contra mercatores, in vim albarranorum eorum propria manu scriptorum, aut firmatorum, iuxta fo. De les Albalas de los Mercaderes.Pro declaratione cuius for. & sequen. videndus est Rebuff. pri mo thom. pagina. 182. cùm sequen. sufficit ergo, quod dictum Albaranum sit firmatum, quia tantum operatur subscriptio quantum tota scriptura. Rebuff. prim. thom. pagina. 188. numer. fi. De qua subscriptione,vide etiam Auẽ da,

dañus De exequendis mandatis Regiis libro secundo, Capite decimo sexto, numer.secundo.

Secus si dictum Albaranum, nō fuisset scriptum, nec firmatum manu dicti mercatoris, quia eo casu non procederet dispositio dicti Fori, Roman. & Imol. in l. nuda, versiculo tertio in quantum. ff. de donation. Debet tamen constare per depositionem testium, vel confessionem partis de dicta subscriptione, quod est manu eiusdem Mercatoris confecta, vt dicit ibi For. Quod qualiter intelligatur, vide Rebuff. primo thom. pag. 183. cum sequen tib. à numer. 25. & pagin. 192. à nu mer 72. Couarr. in practic. Quæstion. capit. 22. numer. 2. versicul. probatur vero. De qua Albaranorum materia plura notatur in Foro De los Albalas de los Mercaderes supra fol. 24. pag. 2.

130 † Similiter etiam dicendum est idem in cedulis Mercatorum de cambio acceptatis per Mercatores, si dictæ cedulæ non sint solutę in tempore, potest pro eis, per supradictos concedi executoria, sicut statuitur in dicto Foro vnic. titul. De cedulis Mercatorum, vbi habetur, quòd cedulæ Mercatorum acceptaræ, habent executionem paratam in Regno, ad similitudinem instrumenti depositi, quod vulgo dicitur, Carta de encomienda.

131 † Item contra condemnatos criminaliter in processu absentiæ facto iuxta Foros De processu. contra cita. & absent. in casibus contentis in Foro final. de homicid. & For. de raptu mulier. Possunt, & tenentur Dominus Rex, Primogenitus, Regen. officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum facta fide de sententia cum instrumento publico, eiusdem, concedere literas ad capiendum dictos condemnatos, ad effectum, vt remittantur Iudici ordinario qui sententiam tulit, vt illam exequatur, vt probatur in dictis Foris de Homicid. & raptu mulier. versiculo E do tal sententia. De processu ad obtinendum dictam literam executoriam, vide per Ferrerium in sua methodo de processu super executione sententiæ criminalis circa huiusmodi literas. & Molin. in verbo literæ executoriæ. (quæ frequentius per Regiam Audientiam conceduntur ad capiendum homines condemnatos ad mortem, quam per Curiam Iustitiæ Aragonum) sunt plura examinanda, scilicet. Quando, à prædictis possint concedi. Secundò quid debeant continere. Tertio quibus debeant dirigi, & si possunt dirigi aliis quàm officialibus, & executoribus constitutis à Foro. Et sic huiusmodi commissiones concessæ priuatis personis, & quæ quotidie conceduntur, si sunt nullæ. De his omnibus dicetur in materia executionis sententiæ criminalis.

132 † Item Dominus Rex, Primogenitus, Regens officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum possunt prouidere Appellitus Apprehensionis omnium, & quorum-

cũq. bonorum sedentium existent. intra Regnum, expressa in appellitu qualitate violentiæ, dicendo aui, aui, fuerça, fuerça, quæ qualitas tribuit iurisdictionẽ dictis Quatuor. ex quo Regum officium est tollere violentias. cap. Regum 80. distinctio. De quo latè Couarr. in quæstio. practi. cap. 55. num. 2. in fin. Nauarr. in cap. cùm contingat primo remed. in 10. fundamento, extra de Iur. iuran. Villalob. in commun. opin. litera C. numer. 8. Quæ prouisio fieri potest per supradictos, iuxta For. 1. De Apprehension. & cum expresione dictæ qualitatis, aliàs prouisio appellitus nulla est, vt per Molin. in verbo appellitus apprehensionis. versicul. 3. Quinimò videtur mirum, vt etiam cũ expressione dictæ qualitatis, & eã non probatã possit per Dominum Regem, Primogenitum, Regentem, nec Iustitiam, prouideri, nam qualitas tribuens iurisdictionem, differt à qualitate faciente partem legitimam, vt dixi supra in declaratio. For. Con calidades. de Appelli. super delictis fractionis Apprehensionis, Emparæ, Pacis, vel Inuẽtaria Secundùm tamen vsum sola allegatio qualitatis violentiæ sufficit, vbi necessaria est ad prouisionem appellitus apprehensionis. Quæ violenta turbatio qualis esse debeat, vide Specula. de cau. possess. & proprie. Anton. in c. Conquestus, de Foro compet. quos allegat Pertusa in dicto For. 1. de Apprehension. De qua apprehensionis prouisione (ad quam faciendam facilis esse debeat Iudex, vbi non est contradictor Bald. & Corne. in l. fin. colum. 2. de ædict. Di. Adria. tol.) vide Bal. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satis. dar. cogan. Francis. Cur. in repet. l. vnic. C. de prohi. sequæs. pecun. & in arti. litis pendentiæ post consil. 5. Paul. de Castro, qui loquitur in terminis For. Ad nostrum. vide Couarr. in pract. quæstion. cap. 17. Carol. Ruyn. consil. 28. 38. & 58. volumin. 4. post Inno. in cap. in præsent. de probatio. Bald in cap. Clerici, de vita, & honesta. Clerico. Angel. consil. 7. Ias. consil. 6. lib. 1. Anton. Gomez super leg. Taurin. l. 45. nume. 26. Rebuff. 1. tho. pag. 311. cum plura sequet.

133 † Item Dominus Rex, Primogenitus, Regen. officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum, possunt prouidere emparas, & manifestationes bonorum, licèt Dominus Rex, Primogenitus, & Regens. officium Gubernationis, non possunt facere huiusmodi prouisiones extra locum, in quo Reperiuntur: For. Nos Primogenitus. De empara. Quo vero ad Iustiam Aragonum, sufficit alterùm, de tribus esse de eius iurisdictione, vel emparantem, vel cuius bona emparantur, vel eum in cuius posse emparantur, vide Molin. in verbo Emparamentum. versicul. 1. & 2. Bald. in l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisda. cogan. ponit tres terminos, videlicet Sequestratio. quod est apprehensio. Descriptio. quod est inuentariatio, seu manifestatio, & inhibitio, quod est testatio, seu emparamentum, & huiusmodi emparamentum non potest de iure prouideri sine informatione, debet enim constare de iure emparantis, vt per Rebuff. 1. thom. pag. 144. vbi latè de materia emparamentorum

torum: de Foro vero regulariter nō requiritur talis informatio, nisi in casu For. 1. De empara. & in For. Quando bona, & sequent. vide Iaſ. in l. non solùm. §. morte. 8. colum. de noui oper. nuntia. Angel. & Alexand. in l. cum hæres. ff. ad Trebell. Bald. l. 2. ad leg. Rodi de iact. Iaſ. in dicta l. Si fideiussor, §. fin. qui satisdar. cogantur.

134 † Ratione summiſsionis poſſunt etiam Dominus Rex, Primogenitus, Regent. officium Gubernationis, & Iuſtitia Aragonum, cognoſcere: Obſeruantia Si quis ſe obliget. de Foro compet. ponit in ſpecie Bages in Obſeruantia 2. de Foro competen. circa fin. verſic. Quæro, ſed quid. Et ſic debet intelligi For. fin. de executio. rei iudic. vbi aſſeritur, quod Dominus Rex, Primogenitus, Regen. officium Gubernationis, & Iuſtitia Aragonum, ſeu eorum Notarij non concedant literas executorias, ſeu pignoratiuas, niſi fiat fides de inſtrumentis obligatoriis, quia debet intelligi ſi in dictis inſtrumentis ſit appoſita clauſula ſummiſsionis, & renuntiationis ſuorum Iudicum, niſi eſſemus in aliquo, ex caſibus ſupra ſpecificatis.

De materia dictæ renuntiationis, & conſenſus in non ſuum Iudicem, vide allegat. per dictum Bages in dicta Obſeruantia Si quis ſe obliget. & Panormitan. & alios in cap. 1. numer. 5. de Iudi. gloſ. & Doctores in l. 1. C. de iuriſdict. om. Iudicum. Et in l. 1. ff. eo, & per Doctores in l. Conſulta diualia. C. de teſtament. Verum eſt quod licèt in inſtrumentis ſit facta ſummiſsio, ſi tamen debitum non excedit certam quantitatem, ſcilicet, centum ſolidorum, quod pro tali executione non poteſt adiri Dominus Rex, Primogenitus, Regens officium generalis Gubernationis, nec Iuſtitia Aragonum, ſed tantum Iudex ordinarius: For. 2. De offic. Iudi. ordin. niſi ſi ſit debitum cenſualis, aut tributi. Deniq. ſi pro inſtrumento Comandæ eſt facienda executio, facienda eſt per Iudicem ordinarium, niſi in eo ſit appoſita clauſula ſummiſsionis, & renuntiationis, & etiam ea appoſita nihil operatur, quoàd minorem quātitatem centum ſolidorum, per dictum For. 2. de offic. ordi. Hodie vero per For. de anno 1564. ſub rubric. Que los Iuezes ordinarios tan ſolamente puedan. ſtatuitur quòd diſpoſita in d. For. 2. extendantur ad quantitatem ducentorum ſolidorum, ita quod vſq. ad dictam quantitatem ſolùm fiat executio per Iudicem ordinarium, & non per executionē Regiæ Audientiæ, vel Curiæ Iuſtitiæ Aragonum, etiam ſi in inſtrumentis contineatur dicta clauſula ſummiſsionis.

135 † Item Dominus Rex, Primogenitus, & Regens officium Gubernationis, poſſunt concedere inhibitiones, in locis quibus repetiuntur (intellige Regalibus) oblata propoſitione iuriſfirmę coram eis, ne Iudex ordinarius loci in quo reperiuntur, procedat ad captionem perſonæ alicuius ſingularis, loci ipſius, eius iuriſdictioni ſummiſſi, eo modo quo Iuſtitia Aragonum in ſua Curia concedit huiuſmodi inhibitiones iuriſfirmæ,

ad impediendam captionem, contra quoslibet, ordinarios, differētia tamē est, quia supradicti Domi. Rex, Primogeni. & Regen. non possunt inhibere, nisi ordinariis loci, in quo reperiuntur, quia vt dicit For. Nos. de compara. solùm habet pro territorio, districtum loci, in quo re peritur exceptis certis casibus, de quibus per Bages in Obser. Item in Curiis, quas Illustrissimus Rex Ferdinandus. Actus Cur. Iustitia vero Arago. quo ad omnia eius iurisdictio est vniuersalis, & habet totum Regnum pro territorio, vt ibi latè per dictum Bages. & quod talis inhibitio fieri possit per Dominum Regem, Primogen. & Regent. officium Gubernationis, contra ordinarium loci, in quo personaliter reperiuntur, est For. 1. De Fir. iur. ratio est quia cùm sint superiores ipsis ordinariis, possunt per eos ordinarij inhiberi, in signum superioritatis, licèt per eorum aduentum non cesset ordinaria iurisdictio; ad not. in cap. volentes, de offic. Deleg. Tamē hodie non sunt in vsu huiusmodi inhibitiones, sed vt dictum est supra in materia euocatio. fiunt per dict, Dominum Regem, Primogenitum, & Regen. officium Gubernationis, euocationes generales ex officio, cum quibus suspenditur huiusmodi iurisdictio ordinarij ipsius loci, in quo supradicti ingrediuntur. vide pro declaratione dicti Fori primi. de Fir. Iur. Pertu- sam ibi. vbi ponit differentiam inter Firmas Iustitiæ Aragonum, & alias.

136 † Item Dominus Rex, Primogenitus, Regent. officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum, circa Not. & Commissarios recipientes, & examinantes testes, debent in in eorum Curiis seruare ordinem traditum in For. penultimo de testibus. & in Foro Por proueer, de Tabellion. debent enim testes personaliter comparere, & iurare in Curia, nisi sint honorabiles, testes enim debent ire ad Iudicem, non Iudex ad testes, si præsertim sint honorabiles. In hoc tamen est aduertendum, quia in causis ciuilibus solet fieri commissio ad recipiendum testes, si præsertim sint honorabiles personæ, in criminalibus vero non potest fieri commissio, sed testis debet ire ad Iudicem, vel Iudex ad testem, & hoc vltimum fieri non debet quantumcunq. testis sit ægregia persona: de qua materia vide Doctores in cap. si qui testium extra de testibus. & in l. Ad personas ægregias. ff. de iure iurando, vbi Ias. & alij. Item de personis testium debet haberi notitia, & quo adhoc fieri diligēt. de quibus in For. penult. de Testib. Item commissio ad dictos testes recipiendum, fieri debet Notariis principalibus, vel eorum substitutis ætatis viginti annorum, licèt hodie per For. fin. de Tabellion. debet esse ætatis 25. annorum, & 4. annor. de platica. Et qualiter dicti testes sint examinandi, vide For. Quo modo debe. testes examina. & plura de his Nota. actitan. processus vide in Foris de Tabellion. Molin. in verbo Not. Processus. & circe dictum Forum penult. de testi. vide Molin. in verbo Testis iurat. vers. 2.

137 † Item Dominus Rex, Primogenitus, Regent. officium Gubernationis, & Iustitia Arago. possunt compellere

compellere quoscunq. Procuratores, coram eis litigan. ad iurandum quos habent in Aduocatos, & qui ordinarunt cedulas oblatas in processu, iuxta For. 2. de Iudi. perquē For. Dicit Mol. esse ortam praxim, de qua in verbo Procurator. versi. Procuratores ad lites, quàm iurisdictionem compellendi ad præmissa habent etiam omnes Iudices ordinarij contra Procuratores, coram eis causas agentes, vt elicitur ex dicto For. 2.

138 † Similiter dominus Rex, Primògenitus Regens officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum, iurisdictionem, & facultatem habent, compellendi Notarios in suis Audientiis, vt relationem faciant de negatiua, hi allegata, relata ad scripturas in eorum posse existen. iuxta For. fi. delitti. abreuian. pro cuius Fori Declaratione. vide Moli. in verbo Negatiua. & de probatione Negatiue. vltra alios vide Couarru. lib. 2. resolu. c. 6. num. 4. vers. ex eis, & vide Mol. in verbo Negatiua. verse. 1. hæc tamen facultas & potestas, de qua in dict. For. Competit etiam quibuscumq. Iudicibus in suis tribunalibus; vt elicitur ex dicto For. Pro quo facit regula, de qua in c. 1. de offi. delega. & in l. 2. ff. de iurisdict. om. Iudi.

136 † Habent etiam dominus Rex Primogenitus Regens offi. Guber. & Iustitia Aragon. potestatem, & iurisdictionem, admittendi diffidamenta, iuxta formam traditā à Fo. fi. de For. Diffida. de qua diffidamentorum, seu duellorum materia diximus supra in reserua. domino Regi Primoge. & Regenti, loquendo de las treguas quòd omnino improbata est à Sacro Concilio Tridentino sessio. 25. in decre. de reform. cap. 19.

140 † Possunt etiam esse Iudices do. Rex, Primogenitus, Regens officiū Gubernationis, & Iustitia Aragonum, Albarranorum: iuxta dictos Foros Concolor, & Conqualidades. de appelli. ponit Moln. in verbo Albarraneus. Declarationem huius termini Albarraneus. ponit For. 2. de For. Compe. & idem est Albarraneus, quòd extraneus, seu vagabūdus quorum Iudex, est ordinarius loci, in quo reperitur, & etiam dominus Rex, Primogenitus Regens, & Iustitia Aragonom, vt dictum est per dictos For. Concolor, & Conqualidades. De iure de cuius iurisdictione sint dicti vagabundi, vide Corse. in Reperto. in verbo Forensis. versi. 37. & in §. vagabundus.

141 † ET fractores guidatici, facti per Depputatos Regni, iuxta For. 1. de officio Deppu. Regni accusari possunt, corā domino Rege, Primogeni. Regen. officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum, per dictum Fo. 1. de offi. Dep. Reg. vide Mol. in verbo Depputati. versi. 4.

142 † Item possunt dominus, Primogenitus, Regens & Iustitia, cognoscere contra Depputatos, accusatos, propterea quod negligunt facere partem, & accusare officiales non seruantes Foros de modo, & forma proceden. iuxta For. de Accusationibus contra officiales. quòd videtur mirum, cum dicti Depputati accusentur, vt officiales delinquentes in officijs, cuius accusationis peculiaris est cognitio Iustitiæ Aragonum; Moln. in verbo Iustitia. & in verbo Officiales.

143 † Præterea dominus Rex, Primoge-

mogenitus, Regens officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum, possunt pro eorum arbitrio castigare negligentiam, & tardam cõmissam per Supraiunctarios, seu eorũ Locumtenen. in mandatis, seu prouisionibus domini Regis Guberna. seu Iustitiæ Aragonum; For. Supraiunctarij, de Supraiuncta. de quorũ Supraiunctariorum materia, vide Molin. in verbo Supraiunctarij. vbi non meminit de isto For. in præmissis, eò quia de dictis Locumtenen. Supraiunctariorum, est conditus For. 1. de Alguaziriis. vbi de eorum officio, & qualiter eorum negligentia est punienda per Iustitiam Aragonum, si accusentur per viam priuilegiatam, tamquam officiales delinquentes in eorum officijs. Nouissime tamen vide Fo. Editum anno 1528. de la summission de Perteros, vbi dicti Locumtenen. Supraiunctariorum, censentur summissi iurisdictioni Iudicis cuius prouisionem exequntur, & quidem priuilegiate, & sine recursu, & vide ibi not. Dictus tamen Forus Supraiunctarij. secondum literam loquitur de Guber. solùm, non de Regente officium Guber. & vt dixi supra in prima quæstio. est primus Forus qui loquitur de Gubernatore. Potest tamẽ etiã intelligi, de Regente ex quo in eum est translata iurisdictio per For. quia secundum. sæpius allegatum, & eum etiam de Regen. officium Gubernationis, intelligit Per tusa vbi supra in 2. quæst. in prin. & de ea materia, si executor fuerit negligens in exequendis mandatis; vide Molin. in verbo Executor. vers. 2. de iure, vide plura not. per Auenda. De exequen. manda. Reg. lib. 2. cap. 22.

144 † Coram domino Rege, Primogenito, Regente officium Gubernationis, & Iustitia Aragonum possunt etiã conueniri omnes contrauenientes dispositis à Foro de Curs. mone. pro executione pœnarum appositarum in dicto Foro Contra eos. qui in vim statutorum, aut aliàs impediunt fieri contractus cum moneta Iaccen. cum dispositum sit, quòd moneta huius Regni, sit moneta Iaccens. & impedire cursum illius, sit graue damnum Regni, vt ex Foris de Prima, & Secunda confirm. mone. & ex For. Sequentis. rubri. elicitur. Adeo quòd fuerit dubitatum, an aliàs celebratus contractus cum alia moneta sit validus: de quo Molin. in verbo Firma. versicul. die 25. Maij. vide eundem in verbo Moneta. versi. Moneta Aragoñ tamtùm dicitur. & sic videmus seruari in contractibus, qui celebrantur, quando de moneta fit mentio, apponi hæc verba, Dineros Iaques. & ad ponendum dicta verba tenetur dictus Notarius, vt dicit Molin. De iure tamen, licèt non apponatur monetæ cursus, intelligitur de bona moneta. glo. in l. lecta, & ibi Bar. in 1. col. si cerpe. ff. l. elegantur. §. Qui reprobos. ff. de pigno. actio. & quam monetam cõpellatur. quis recipere de iure, vide Rebuff. 1. tho. pag. 125. & an vnã pro alia possit quis compelli ad recipiendũ, ponit Bar. in l. Paulus. ff. de Solo. de qua monetarum materia, vide tracta. Fran. cur. de mone. & nouissimè per Couar. in fi. pract. quæst. in tracta nummismatum.

145 † Item dominus Rex, Primogenitus, Regens offic. Guber, & Iustitia Aragonum sunt Iudices competentes in causa criminali vsurarum iuxta For. Desseantes de vsu. Reginæ Mariæ qui For. eo quia tempora-

poralis erat expirauit, ideo est in cor rectis, cui For. Sunt addita plura. per Fo. Desseantes de vsuris. æditum Calataiub. licèt ibi non fiat mentio, nisi de Iustitia Aragonum, & Iudicibus ordinarijs. Nihilominus tamē videmos, huiusmodi accusationes fieri in Regia Audientia. Ponit modum procedendi in dicta causa prę dictus forus, et si Ferreri. in metho. de processu criminali, statim in princip. animaduertit in dicto crimine procedi iuxta For. De modo forma proceden. licèt à dicta sententia super vsuris lata appellari possit, nec sit priuilegiata quo ad executionem. alia plura notat Molin. in verbo Vsura. versicul. Vsurarij pœna. De qua vsurarum materia post alios multos tractatus vide Carol. Molin. in tract. de Commer. licèt in eo sit caute legendum si reprobatus non est à sede Apostolica Couar. lib. 3. resol. c. 1. 2. 3. & 4.

146 † De His quæ ad Iustitiam Aragonum tantum pertinent, vt esse Iudicem in Curia generali. Officialium delinquentium in officio. Manifesta. perso. & scriptur. à posse Iudi. Contra fo. factorū. per viam electionis iurisfirmæ. Reuocare prouisiones obtētas cū largitio. pecuniæ. Reducere criminosum aufugien. à locis dominorum. Declarare an literis Regijs sit parendū. Conuocare Regnum cum Deputatis pro expulsione exterorum. Firmas graua. fiendo. prouidere, & illas reuocare sine recursu. Esse commissarium super Infançonijs. Recipere iuramentum Domino Regi Primogenito, Locumtenent. genera. Alios casus relatos, per Molin. in verbo Iustitia Aragonum. non curo referre, cum tantùm de eis quæ ad Gubernationis officium pertinent agamus. Sed facta est, prædicta distinctio, vt ex ea deiegantur, ea quæ ad dictum officium pertinent, & spectant.

147 † EX quibus omnibus quæ de vi, potestate, præheminentia, & iurisdictione dicti officij Gubernationis generalis Regni Aragonum dicta sunt, superest vt Primogenitus Gubernator qui dictum officium Gubernationis, seu Procurationis generalis Regni Aragonum regit, decoretur nomine, & officio Regio, quia vterque, & pater, & dictus Primogenitus, Præfecti Prætorij offic. dicantur habere, vterq. Rex appelletur, vterq. insignum regalis dignitatis eosdem officiales creent, & habeant in suà Curia, similiter vterq. cœnas visitationis recipiant, Primogenitus Inquam, Absentiæ, à locis quibus recipere consueuit. Quæ tamen locum non habent quando dictum Gubernationis officium regitur per Militem simplicem, nam Miles regens, dicitur habere officium Rectoris, Prouintiæ, & non creat Officialem aliquem nisi Alguazirium in casu necessitatis, habet tantùm vnum Assessorem, vnum Alguazirium, vnum Notarium, & vnum Portarium.

148 † Nihilominus in sedendo, & in locis quibus consideratur, prælatio, prætertua Iustitiæ Aragonum: & quidem de iure arguendo ab ordine litere, nam in Foris Ante Iustitiam, fit mentio de Regente officiū Gubernationis. Habent ius etiam dictus Primogenitus suo casu, & Regens Miles simplex suo casu præsidendi in Regia Audientia, iuxta foros de anno 1528. & ibi Præsidentibus competit ius nominandi officiales, & consiliarios durante impedi-

dimento temporali, Præcipiendi Procuratori astricto, vt desistat ab accusatione, Nominandi Iudicem competentiarum, Præcipiendi scribis mandati, seu eorum Regentibus iuxta regulas Regiæ Cancellariç, vt assistant in Regia Audientia, Recipiendi iuramenta ab obfficialibus Regię Audientiæ, Diuidendi processus criminales qui consultantur extra ciuitatem actitatos, inter Regios Consiliarios, iuxta For. de anno 1564. Et de apellationibus cognoscendi in criminalibus causis in casibus à dicto Foro nouo dispositis, & circa causas ceptas etiam si sint euocatæ per perhorrescentiam omnia facere quæ Locumtenent. generalis facere potuisset.

149 † Item circa causarum cognitionem, & expeditionem in Curia Infantis, id est Primogeniti Regen. dictum Gubernationis generalis officium, expediuntur omnia negotia, & omnes causæ quæ in Curia domini Regis tractantur, demptis reseruatis domini Regi, quæ sunt. Elōga. debitorum, Creatio notariorum, Diuisio terminorum, Cognitio Infantionerū, Creatio, & degradatio militum, Licentia faciendi Boalare, & ea quæ ad indulgentiam, & remissionem pertinent. His exceptis, omnia alia quæ in dicta Regia Curia possunt expediri, poterunt: similiter & in dicta, Primogeniti Curia, & similiter ea omnia quæ in dicta Primogeniti Curia expediuntur, poterunt, similiter expediri in Curia Regentis officium Gubernationis quæ vniuersalis est: Bages in Obser. 4. post medium de Appella. dempta Euocatione causarum ratione suspitionis Iudicis, & loci. Datione adiuncti Delegatione causarū in 1. & 2. instantia in casibus à Foro permissis, & Creatione militum, & Notariorum, vt declaratum est supra.

150 † Possunt siquidem in dicta vniuersali Curia Regentis officiū Gubernationis, sicut in Curia Primogeniti, fieri simpliciter, euocationes causarum, tam ex officio, quam instante parte, ex officio in quā, prçter quā in ciuitate Cæsaraugustæ, & hoc quidem ex priuilegio, vt dictum est supra in materia euocationis. Item in dicta curia Regentis officiū Gubernationis, sicut & in Curia Infantis, fieri possūt Tregue siue induciç, & in qualibet earum castigari Lenones, Cognosci de causis nobilium, Dominorum vassallorum, vniuersitatum, Militum, & Infantionum habitan. in locis dominorum, Officialium, licèt nō vt officialium, & singularium ratione mixturæ. Item ratione qualitatis delictorum, scilicet fractionis Apprehensionis, fractionis Emparæ, fractionis Tregue, Resistentiæ. Item pro Peita. Item contra extrahentes à Regno, & extraneos venientes ad damnificandū in Regno, contra ducentes ad Galeras, seu trirremes, contra Desuasallanies, cōtra vassallos rebelles, & Notarios nō seruantes formam fori. For. Para testificar. Item sententiare censualia, & illa executioni mandare, executiones Albaranorum mercatorum facere, Literas ad capiendum condemnatos concedere, Apprehensiones prouidere. Emparas, & manifestationes bonorum facere, Ratione summissionis inter partes cognoscere, Inhibitiones contra ordinarios ne ad captionem proce-

nem procedant concedere super examinatione testium in earum curia examinandorum, formam Fori seruari mandare, Procuratores in earum curia agentes causas, adnominandum aduocatos compellere. Notarios suæ curiæ super probatione negatiuæ relatè, ad eorum scripturas, de præmissis ad relationem faciendam. Diffidamentis foralibus auctoritatem præstare, Albarraneos castigare, frangentes Guidáticá Dipputatorum punire, & Dipputatos non accusantes castigare, & Negligentiam Supraiunctariorum, Dominos non expellentes malefactores punire, Impedientes cursum monetæ foralibus, pœnis mulctare, vsurarios etiam castigare, Deniq; in locis regalibus quibus Infans, & Regens officium Gubernationis reperiuntur extra ciuitatem Cæsaraugustæ, in signum superioritat. per euocationes causarum iurisdictionem officialium regalium ordinariorum suspendere, & de omnibus his quæ ad ordinarios locorum pertinent & pertinere possunt vt ordinarij cognoscere in locis quibus personaliter reperiuntur.

151 †Hæc quæ supra dicta sunt de viribus potestate & iurisdictione dicti officij Gubernat. eliciuntur ex Foris supra allegatis, & licèt in quàm plurimis ex dict. Foris & Obser. nõ fiat mentio de Primogenito, sed tantùm de Domin. Rege, Regente officium Gubernat. & Iustitia Aragonum, nihilominus tamen intellecta sunt, & debent intelligi, de ipso Gubernatore, nam illa omnia quæ exercere potest dictus Regens officium Gubernationis, poterit & maiore quidem ratione ea omnia exercere, dictus Primogenitus Gubernator, sicut & illa quæ possunt Primogenitus Gubernator & Locumten. general. exercere fortiore ratione poterit illa Dominus Rex exercere. Rationem vero quare ommissa fuerit mentio de dicto Primogenito Gubernatore in dictis Foris & Obsernantijs ponunt Bages in Obs. in causis in prin. de Foro Compet. Pertusa. in For. de Censua. & alijs debi. & in For. quòd Primogenit. Maior. 14. anno. scilicet quòd dicti Fori & Obseruantiæ non facientes mentionem de Primoge sed tantùm de Regente officium Gubernationis, fuerunt æditi & compilati quo tempore, Primogenitus non regebat officium Gubernationis, vel quia non erat in rerum natura, vel erat minor 14. annorum, vel absens, vel erat tunc ex Fori dispositione dictum Gubernationis officium exercere prohibitus. dictus Primogenitus.

Sexta Quæstio.

SVMMARIVM.

1 *PRimogenitus tripliciter officc. Gubernat. gener. exercere potest.*

2 *Primogenitus, quando & in quibus casibus, in Regia Audien. præsidere possit remissiuè.*

3 *Fori æditi an. 1528. circa consiliarios Regie Audientiæ & alia ibi disposita, an procedant in Primogenito, in ea præsidente afferuntur hinc inde rationes.*

4 *Concludit auctor quòd Primoge. & eius curia comprehendantur, sub For. an. 1528. Reiecta Michaelis don Lope opinione.*

5 *Primogenitus, curiam vniuersalem habet.*

L

deinde in eo correctum fuerit per for. de continua. cur. & for. ann. 1528.

72 *Iudex delegatus debet citationes facere ad certum & determinatum locum, quod secus est in ordinario & cur tam varié.*

73 *Cum Regens offic. Guber. erat suspectus, quemadmodum eius vniuersalis curia celebraretur, & ibi quòd suspitio afficit personam non iurisdictionem.*

74 *A senten. latis in dicta vniuersali curia Regen. offic. Gubern. quis esset recursus, circa Obseruan. 4. de appella.*

75 *Regens offici. Guber. tenebatur consulere Iusti. Aragonum circa dubia quæ in dicta vniuersali curia occurrebant, & aliqua circa tit. For. quòd in dub. & non Cras.*

76 *Regens offi. Guber. quæ sine Assessoris consilio & præsentia expedire non possit.*

77 *For.* 1. *For. quia propter & For. ad Monen. De Iudi. non sunt in vsu. & resumit actor necessaria vt Regens offic. Gubern. exercere officiũ suum posit, suam vniuersalẽ curiam celebrando.*

78 *Cum Regens offi. Guber. vt ordinarius iurisdictionẽ exerceet, quæ obseruare debeat. & aliqua circa For. 2. de Regen. offic. Guber. quòd non pos. &c.*

79 *Regens offi. Guber. vagando per Regnum solet mittere legationẽ, & epistolam. officialibus vniuersitatum, ad præparandum hospitia & alia necessaria.*

80 *Inferitur dictæ Epistolæ formula.*

81 *Declaratur illa Epistole verba, que pagarse os ba. &c. Ex For. vt fami. & domes. circa quem aliqua remissiuè.*

82 *De consuetudine Regẽs offic. Guber. euocat, omnes causas tam motas quam monendas loci quem intrat, contra For. 2 de Regen. offic. Guber. quod non pos.*

83 *Regen. offi. Guber. potest cognoscere vt ordinarius de causis, etiã citra euocationem, est tamen maxima differentia si euocatio fiat.*

84 *Cũ Regens offi. Guber seu eius Assessor vt ordinarij de causis cognoscunt, eadem quæ ordinarij obseruare tenentur, & idem recursus ab illis habetur qui ab ordinarijs.*

85 *For. item statuimos de iudi. non procedit in Regen. offi. Guber. qui si vt ordinarius iudicauerit, poterit de inde si in reg. Audien. præsideat cognoscere de eadẽ decausa, instantia. quod secus est in eius Assessore.*

86 *For. muy conuenient. de Iudi. non obseruatur in Regen. offi. Guber. quatenus præcipit executiones criminales fieri debere in locis publicis sed tantum quatenus exigit vt fiant in die & non de nocte.*

87 *Regens offic. Gubern. in ciuitate Cæsaraugustæ non potest de causis vt ordinarius, cognoscere, & quare.*

88 *Assessor Regen. offic. Gubern. legit suam senten. cum vt ordinarius de causa cognoscit, secus si in Regia Audien. præsideat.*

89 *Licèt Regens offi. Gubern. vt ordina. de cau. cognoscat facit nihilo minus litteras missiuas per Cancellariam, sicut Domin. Rex & eius Locumte. gene. & iterum supra nu. 79.*

90 *Regens offic. Gubern. licèt curiam vniuersalem habere non possit propter reg. Audien. prouidet tñ appellitus captionarios etiam contra eos qui non subsunt ordinarijs. affertur q; simile in Locumte. gene.*

Circa-

1 Irca sextam quæstionem, scilicet qualiter prouisus de dicto Gubernationis & procurationis general. regni officio, in his quæ ad suum offic. pertinent, iurisdictionem exercebit. Et in primis loquendo de Primogenito, est sciendum, quòd dictus Primogenitus potest dictam iurisdictionem exercere præsidendo in regia Audientia, vel non præsidēdo, sed aliàs suam vniuersalem curiam celebrando, vel etiam tanquam ordinarius loci in quo personaliter reperitur,
2 de causis cognoscēdo, †Potest enim præsidere in Regia Audientia, sicut poterat & potest Regens officium Gubernationis, nam ante foros, de anno. 1528. in casibus quibus Regens officium Gubernationis, poterat præsidere, quos reffert Molin. in verbo Regens officium Gubernationis non se intromittit. poterit Primogenitus, quia vt dixi dispositio in Regente officium Gubernationis, multo fortius procedunt in primogenito, & ita sicut quando Locumten. & Regens, sunt in ciuitate, recedente Locumten. intrat ipso foro Regens, vt dicit ibi Molin. pariformiter existen. domino Rege & primogenito, in ciuitate, recedente Dño Rege, sine continuatione suæ curiæ, intrare debet primogenitus. Post foros vero de anno 1528.
3 licèt fuerit dubitatū, † si dicti for. de anno 1528. comprehendant primogenitū, quia Michael don Lope, prætendens non esse comprehēsum, super eo fecit longas allegationes, nā de dicto Primogenito nulla est facta mentio in dictis foris, ergo ad eū non est facienda extensio, cū de persona ad personā prohibeatur extēsio: adnot. per Ias. & alios in l. Gallus. §. Idem credendum & §. Et quid sit tantū ff. de lib. & post. præsertim de Foro, quia stādū est Carte, nec habemus tacitum. Ex quo inferebat ad propositum huius quæstion. quòd ex quo prædicti fori de anno 1528. quo ad primogenitū cessabāt, quòd in dicta regia Audientia, causę erant tractādæ pro vt antè tractabātur, & sic sine cōsiliarijs, quia per aduentū primogeniti, cessabat Locūte. generalis, cessabat Cancellarius, Vicecācellarius, & Regēs Cancellariā do. Regis, officiū etiā Regē. officiū Gubernationis & eius Assessoris, & in cōsequēs, etiā officiū consiliariorum, ex quo cessabant Iudices quibus cōsulere tenebantur: & sic secūdū opinionē Michaelis dō Loppe, maximi aduocati, tenebatur dictus primogenitus cū suo Vicecācellario, aut Regēte Cancellariā causas terminare, modis quib' ante dictos foros terminari debebāt, per Vicecācellarium, aut Regentē Cancellariā Dñi Regis & sic cōmittendo causas appellationū, & alia faciendo quæ fieri solebant in regia Audientia, ante dictos foros de Anno 1528.

4 †Sed tamē dubia videtur hæc Michaelis don Loppe opinio, nā licèt regulariter prohibita sit extēsio, tamē ex identitate rationis, quando ratio est expressa, permissa est etiam in correctorijs, Ias. in. l. iurisgētiū. §. Sed cū nulla n. 30. ff. de pac. ratio ponitur in for. 1. del Reparo. Et ratio militat quicumquè in regia Audientia præsideat. Item vbi tractatur de fauore publico etiá in correctoris licita est extensio. not. per Ias. & alios in. l. fratres n. 8. C. de in offi. testamē. hoc enim determinandi causas cū consiliarijs de regio Consilio, fauor

publicus est, ideo ad primogenitum præsidentem in regia Audientia extendi debent, & ideo Forus de Anno. 1552. que el Vicecanceller Regente la Cancelleria del Primogenito. caute prouidit declarando, ad tollendū dubium esse cōprehen. in dispositis à dictis foris de anno 1528 & de materia quando liceat extendere legē, vide Ias. in. l. non dubium C. de legi. nu. 39. cúm sequen.

5 † Dixi 2. dictū primogenitū pos se iurisdictionem suam exercere curiam suam vniuersalē celebrādo, curiām enim vniuersalē habet primogenitus sicut dominus Rex, vt elicitur ex declaratione priuilegij gener. §. Item que como fuero. Quinimo ex foris elicitur esse plures Curias vniuersales, alia est vniuersalis & generalis, quæ per dominum Regē & stamenta quatuor brachiorū celebratur, de cuius processu ponit plura Petrus de Belluga in specu. prin. & Iacob. Calici. in extrauaga. curia. De dicta generali Curia, loquitur priuilegium generale. §. Item que el señor Rey faga Cort general. Et for. de Gene. cur. celeb. cum seque. De tempo. quib. deb. cu. cele. & de ea ponit multa Moli. in verbo Curiæ generales. vide quæ circa huiusmodi curias generales dicta sunt supra, in Reseruatis domí. Regi circa Curias generales.

6 † Alia est curia vniuersalis quam dominus Rex, in propria persona celebrat, dicitur inquam, vniuersalis, quia Iudex illam celebrans, iurisdictionem vniuersalem habet. De hac curia domini Regis in propria persona, loquitur For. vt dominus Rex, in Audientia die vene. audiat conqueren. qui vtinam hodie seruaretur. vide Moli in verbo Domi nus Rex tenetur secum.

7 † Alia est curia domin. Regis vniuersalis quæ non per eius personam sed per eius officiales celebratur, de qua loquitur for. 2. quòd offi. Arag. sint de Aragon. vbi statuitur quod vnus Iudex Aragon. qui sciat foros, continue curiā Regis sequatur per totum eius dominium, vt prouisiones iuxta forū dēiur, similiter & for. quòd dominus Rex tenea. secum, duce. duos milites & duo iurisperitos, cū quorū consilio expediantur negotia Iustitiæ quæ ad dictā curiā venerint, Hoc non potest intelligi de Regentibus supremi Cōsilij, quia ibi non expediūtur negotia Iustitiæ quæ ad dictā curiā venerint: In hoc tamē, scilicet, cū quibus, officialibus debeant & debuerint negotia curię domin. Regis expediri, fuit diuersimode dispositum. Tandē in anno. 1528. Reparo de la Audiencia real, lib. 3. fuit plenè dispositū iunctis his quæ disposita sunt in anno. 1564. super causis criminalibus, per quos officiales sint termināda causæ, quę in regia curia siue Audientia tractātur tam ciuiles quàm criminales.

8 † Alia est curia vniuersalis primogeniti Gubernatoris, quæ vniuersalis est sicut sunt curiæ Regentis officiū Gubernationis, & Iustitiæ Aragonū, & quidē maiori ratione. De qua vniuersali curia loquitur tex. in dict. cap. Item que como segun fuero. in declara. priuileg. general. & For. Quod primoge. & quàm plures fori & Obseruant. de eius iurisdictione loquen. de quibus dictum est supra. In qua curia primogeniti expediuntur omnes causæ, quæ in curia Domini Regis, d. ptis Dño Regi reseruatis, Bages in Obser. 4. de appel. & per eosdē officiales, quia Cācellariū Vicecācellariū, Regētē Cancellariam, Alguazirios habet sicut

ficut Rex, in fua curia, de quo dictum eft abunde fupra in referuatis Dño Regi & Primogenito.

9 † Sunt infuper aliæ duæ curiæ vniuerfales fcilicet Regentis officiũ Gubernationis, & Iuftitiæ Aragonum, vt dicit Forus t. de iudi. De qua curia Regentis poftea dicetur.

10 † Dictus ergo primogenitus poteft in fua vniuerfali curia, iurifdictionem exercere, cognofcendo de omnibus caufis de quibus Dominus Rex, cognofcere poteft, fcilicet, euocando ex caufa fufpitionis iudicis & loci. cognofcendo de caufis Nobilium, Dominorum vaffallorũ, & vniuerfitatum. De quibus & alijs, dictum eft fupra. Ante tamen quam ad pofitam quæftionem deueniamus, fcilicet qualiter in præmiffis iurifdictionem exercebit, eft videndum de quadam quæftione, cuius decifio eft neceffaria, pro declaratione propofitæ quæftionis fcilicet, an dictus primogenitus poffit hanc vniuerfalem iurifdictionem exercere & fuam curiam celebrare, Domino Rege in regno exiftente & regnante.

11 † Et fuper hac quæftione dicit Bages, in Obferuantia. Item in caufis. De for. Cõpet. quòd funt diftinguẽda tempora, nã ante For. Quod primoge. ma. 14. annorũ dictus primoge. non poterat hanc iurifdictionem exercere, ex quo in dicto For. difponitur quòd illud pofsit viuente patre & regnante in eodem regno, fi iam illud facere poterat, fruftratoria & fuperuacanea eft talis prouifio, quòd lex aborret. l. qui bis idem ff. de verbo. obliga. & fic cùm à dicto foro id difponatur quòd pofsit viuẽte & regnãte patre in eodẽ regno, fequitur quod ante nõ poterat. Itẽ quia in for. quia fecundũ, Quòd Regẽs officiũ Guber. fit Mil. Simp. dicitur quòd Gubernatores qui erant magnates, occafione abfentiæ Dñi Regis inferebãt grauamina. Et fic, quòd ratione abfentiæ dabatur eis iurifdictio & exercitiũ illius, & fic ante dictum for. Quòd primoge. concludit dictus Bages, quòd primogenitus non poterat Gubernare, & illam fuam iurifdictionem habentem paritatem cum regia curia exercere, Rege in eodem Regno exiftente. Pro quo facit quòd nor. per Docto. in ca. volentes de officio lega. quod ne dentur duo capita ratione paritatis, debet cedi maiori, præfertim ei à quo quis iurifdictionem habet, vt eft Gubernator, ante dictum for. Quod Primogenitus. de quo dictum eft fupra in 2. quæftione prin. & fic videtur habere locum text. in. l. fin. ff. de offic. pro con. vbi dicitur quòd proconful. qui erat Dipputatus ad regendã prouinciã, ftatim cũ princeps ingreditur vrbem, debet Imperiũ deponere.

12 † Poft dictũ vero for. Quòd primogenitus mai. 14. annorũ dicit Bages, effe certũ per dictũ for. quòd dictus primogen. poterat faltẽ vfq; ad annũ 1528. vt infra dicetur, dictã curiã fuã vniuerfalẽ tenere, & celebrare, dicto eius patre viuẽte & regnãte in eodẽ Regno, quia hoc dictus for' inexpreffo difponit, dicit tamẽ hoc ex priuilegio effe cõceffum ipfi primogenito ex particulari ratione futuræ fuccefsionis in Regno, qua ratione vocatur Rex iuuenis, & vt difcat Gubernare, datur fibi Imperiũ etiã viuẽte patre, quemadmodũ & Delfino Frãtię, hoc idẽ dicit cõpetere Io. de Terra Rubea cõtra Rebel. & quidẽ inuito Patre. vt de ꝥis plura funt dicta fupra, vbi allegatur Terra Rub. in varijs loci 2. artic. primi

 tracta.

tracta.& sic hæc conregnatio generalis cum patre, dicit Bages, solùm datur ipsi Primogenito successuro in Regno, non alijs filijs, nec Gubernatoribus.& ad hoc facit quód diximus supra quod hi honores eō regnandi,& dicendi Se Regem &c. potius eidem ratione futuræ successionis & primogenituræ quàm alias obueniebant,& ideo quia primogenitus, iuratur in dominum de præsenti, & Regem de futuro, vt dictum est supra.

13 † Hæc tamen videntur temperanda quód Primogenitus curiam suam vniuersalem celebret extra locū in quo præsentialiter est persona Regis, nam propter reuerentiā quę Regi patri debetur, debet cessare in eius præsentia ab exercitio iurisdictionis, argumēto eorū quæ not.per Docto.in dic ca.volentes de offi.lega.in ca.per venerabilem extra qui fil.sint legi.Enrri.Boie.in c.antiqua De Priuileg.& sic prædicta erunt intelligenda, vt si Rex est Cæsaraugustæ, primogenitus Hosce, quód vterquē in curia sua ea quæ ad eorum iurisdictionem pertinēt exercere possit.facit quód dicit Molin. in verbo Locumtenens gener.in prin.qui loquitur de Locumt.& Regente officium Gubernationis.

14 †Et an, prædicta censeātur inmutata per Foros de anno 1528. potest dubitari ex quo in dicto anno per Foros Del Reparo de la Audiencia Real. Stabilitur Regia Audient. inmobilis & semper duratura in ciuitate Cæsaraugustæ demptis certis casibus, vbi constituitur senatus ex Regen.Cancellariam & cōsiliarijs, qui senatus ipsum Regē rēpresentat: vt dicit Roland. à Valle consil. 70. Valasco de Iure emphi.ca.6.nu. 17.in quo senatu fuit statutū ipsum dñm Regem præsidere debere, aut primogenitū, Locūtenentē generalē, vel Regentē officiū Gubernationis,& certis casibus Regentē Caecellariā, vel Assessorē Regentis officiū Guber.& etiā actū est quód quicūq; in ea præsideat, siue sit Locūte.generalis, siue Regēs officium Gubernationis, quód semper in prouisionibus præponatur nomen dñi nostri Regis,& similiter quód ipsi regiæ audientiæ assistant scribæ mandati, vt infra dicetur,& sic hæc omnia insinuant hunc senatum, ipsum dñm Regem repræsentare & propterea cūm dicta regia Audiētia ipsum Regem repræsentet, ad effectum vt pręsides censeat videtur habere locū.l. fin.de officio pro consu.supra allega.& notata in dict.c.volentes quód vbi est maior cesset minor. De qua regula ponit ibi plura Andre.Barb.

15 †Sed his non obstantibus videtur cōcluden.nihil quoad præmissa inmutari, nā dicti fori de anno. 1528. nihil disponunt, circa sublationem iurisdictionis & præheminen. dicti primogeniti. Quinimo nec de eo est facta mentio in dictis foris, vt dictū est, Solùm inmutatur circa causas appellationum vt omnes terminentur in regia Audientia,& sic dicti fori solùm prouident ad causas que in regia Audien.tractantur vt illæ cùm consilio terminētur, prouidendo vt in dicta regia Audientia præsideant personæ superius nominatæ, scilicet Dominus Rex primogenitus, Locumtenens, Regens officiū Gubernationis,& suo casu Regens Cācellariam & Assessor. Super quo iā antea prouisum aliquid erat vt intra dicetur,& sic per ista non videtur posse dici aliquid inmutatum de his, quæ supra dicta sunt, vt liceat Primogenito existente

existente in Regno cum patre curiam suam vniuersalem celebrare extra locum in quo dominus Rex, residet & curiã regiam celebrat, facit quòd dicit Molt. in verbo Primogenitus d. Regis dicitur generalis.

16 ✝ Potest in super dictus Primogenitus, vt ordinarius, in locis quibus personaliter reperitur de causis ad ordinarium spectan. cognoscere, argumento Fori nos Primogenitus quæ. de Empara. & quia superior potest cognoscere de eis quæ inferior cognoscere potest, vt per inno. in c. cum ab Ecclesiarum de offi. ordi.

17 ✝ His præmisis super propositã quæstione, qualiter dictus Primogenitus in eis quæ ad dictum suum officium pertinent iurisdictionem exercebit: est dicendum quod sunt quædam quæ in propria personã potest exercere, vt est prouidere Emparas, appellitus, & Recomẽdationes personarum in causis criminalibus, vt dicit Fo. de offi. Locumten. & primogenit. secus in causis ciuilibus, vt est ibi apostilla, Declarando Fo. de Voluntad. De offi. Cancella. vbi de appellitu prouiso, per Locumtenentem generalem Lanuça, fuit facta declaratio in curia Iustitiæ Aragonum. ex quo infertur declaratio ad Fo. nos primoge. noster. De Empara. quod prouisiones de quibus in dicto foro intelliguntur fieri debere & posse per dictum primogenitũ in causis ciuilibus vt ibi, mediante tamen persona eius vice Can. aut Regen. Cancell. nam in propria persona solum potest dictus primogenitus dictas Emparas, appellitus & recõmendationes in causis criminalibus, & cum isti actus sint extra iudiciales non consideratur locus, quia omni loco fieri possunt.

18 ✝ Extra vero dictos actus quos in propria persona exercere potest, si quæratur qualiter per suum vice Cancell. aut Regentem Cancellariam, dictam suam iurisdictionem exercebit, est distinguendum, quia vel exercet tanquam præsidens in Regia Audientia aut aliás Rege in Regia curia præsidente, ipse primogenitus suam vniuersalem curiam exercet, vel vt ordinarius loci cognoscit.

19 ✝ Primo casu quando vt præsidens in Regia Audientia, aut consideramus illud Qualiter. respectu loci, & tunc ante Fo. de Iustitia ad ministran. tenebat suam curiam in loco per eum destinato, quia in loco destinando per iudicem est celebrandum iuditium, nisi esset aliás iam locus destinatus, quia in loco maiorum dicendum est Ius. l. Pœ. vbi Ias. & alij ff. de iusti. & iur. Vãtius de nul. fol. 209. nu. 110. c. ex de sec. Iurisdic. Post dictũ vero fo. de Iustitia ad minist. Iam in dicto fo. est destinatus locus & tempus celebrationis curiæ dicti Primogeniti cum clausula decreti irritan. De materia loci celebrationis curiæ vide Maran. fol. 220.

20 ✝ Aut consideramus illud Qualiter. respectu exercicij iurisdictionis faciendæ per ipsum, vice Cancellarium, aut aut Regentem Cancellariam, in personam Primogeniti, nã vt dixi nulla prouisio valet fieri per Primogenitũm præter superius expræssas, nisi fiant de consensu

L 4

sensu dicti Vicecancellarij, aut Regen. & ita nulla prouisio in personam Primogeniti valet, nisi sit facta de consensu dicti Viceancellarij, aut Regentis, de quo consensu debet, constare per relationem Notarij: vel sit firmata ab ipso vice Cancellario vel Regente, scribendo nomen & cognomen & officiũ illius, vt hæc omnia constant per Fo. de Voluntad, de offi. Cancella. & vice Cancell. Moli. in verbo Primogenitus versi. Primogeniti littere. nam vt dictum est supra in quarta quæst. prin. consilio virorum prudentium debent principes regna guberuare Io. de terra. rub. contra rebell. primo tracta. articul. 3. & 3. conclu. argumento not. in l. hamanum C. de leg. hester. 1. cap. Interrogauit Rex, sapientes qui ex more regio ei semper aderant, & illorum faciebat cũcta consilio. & sic fuit bona prouisio, quòd dictus Primogenitus non posset aliquo modo iurisdictionem exercere sine consilio, & consensu sui Vicecancel. seu Regen. Can. ferentifici vt ibi est dictum,

21 † QVINIMO ipse Vicecancellarius aut Regens Cancellariã est qui exercet nomine & in personam Primogeniti, nec ab eo potest impediri, vt dicit ibi Fo. Sed qualiter ipse Vicecan. vel Regens Cancellariam Primogeniti, exerceat in regia Audien. est distinguendum si exercet in criminalibus causis, nam in eis ante annum. 1497. poterat ipse solus eas terminare, sine alterius consilio, sicut & illud poterat facere Regens Cancella. Dominis Regis, & alij iudices ordinarij. In dicto anno fuit prouisum de quinq. iuris peritis que tenebantur sequi curiam Iustitiæ Aragonum, & ibi consulere super omnibus causis criminalibus, quas cum eis tenebantur consultare omnes iudices, Tam maiores quã minores, vt in Fo. super criminali. in correctis. idem fuit statutum anno. 1510. De modo & forma proceden. in criminal. vsq. ad annum. 1519. Quo fuit statutum vt darentur septem consiliarij, Locumtenent. Iustitiæ Aragonum, & ipsi tenebantur eis in omnibus causis consulere, & in criminalibus, omnibus iudicibus Regni tam maioribus quo minoribus. Fo. vnic. Reparo del consejo in Correct. su peruenit postea prouisio facta anno. 1528. in qua fuit datũ consiliũ Regie Audien. Fo 1. Del repa. de la Audien. Real lib. 3. & ibi fuit dispositum quòd ipsi consulunt in ciuilibus & criminalibus Vicecancell. aut Regen. præsiden. & cæteris iudicibus ordinar. in criminalibus. Fo. Que las causas se hayan de consul. Nouissimè facta est longa prouisio in anno. 1564. vbi consiliarij super criminali, tenentur cõsulere vice Cancellario, aut Regenti, super criminalibus causis, quæ agitantur in Regia Audien. in prima instã. & in 2. instã. dicti. quatuor consiliarij, dati iuxta Fo. 1. Del Repa. Isto ergo modo exercebit iurisdictionem in decidendo causas criminales. Modus vero quem seruare tenetur in faciendo processum communis est omnibus iudicibus, vt seruetur. forma Fori. De modo & forma proceden. quid quid dixerit. Moli. in diuersis locis asserendo, quod in causis crimiualibus quibus a Foro est constituta certa forma procedendi, quòd est illa seruanda, ex quo lex particularis, nõ dero-

derogatur per generalem, per regulam iuris In toto iure ff. de reg. iur. & in regula generi per speciẽ vbi not. extra de reg. iur. in 6.

22 † QVO vero ad causas ciuiles, vsq. ad annum. 1528. Nihil potest dici immutatum circa hoc vt causæ, per Vicecancella. aut Regen. Cancella. Primogeni. possint absq. alterius consilio terminari sicut & per Regentes Cancellariam Domini Regis terminabantur absq. alterius consilio, quia vsq. ad ea tempora, non reperitur pro uisum de aliquo consilio cum quo causæ ciuiles terminari deberent, præter illud consilium duorum militum, & duorum iurisperitorum, qui dati fuerunt domino Regi in anno. 1348. vt eius curiã sequerentur, vt cum eorum consilio iudex, qui sequitur Dominũ Regem, de quo loquitur. For. fi. vt offic. Aragon. sint de Reg. quiest Cãcellarius, vel Vicecan cella. Domini Regis: posset negocia Iustitiam concernen. terminare, vt in Fo. quòd Dominus Rex, tene. secun. ducere duos milit. & duos Iurisperit. & sic solus Vicecancellarius, aut Regens Cancellariam Domini Primogeniti, poterat absq. alterius consilio, causas ciuiles terminare, sicut & illud facere poterat Dominus Regens Cancellariam Dominus Regis, ante dictum For. de anno. 1528. in dicto tamen anno dati fuerunt Quatuor consiliarij, ad consulendum præsidenti in Regia Audientia, qui in omnibus quæ per dictũ Regentem aut assessorem consuluntur, tenentur illis præstare consilium, vt in d. For. primo Del reparo de la Audientia Real. Hæc quoad prolationem sententiæ. Circa modum & formam faciendi processus, hoc commune est omnibus iudicibus foralibus.

23 † Secundo casu, quando iurisdictionem exercet, non vt præsidens in Regia Audientia, Sed aliás tanquam Gubernator, curiam suam vniuersalem celebrãdo, Tũc exercebit iurisdictionem in quecumq. loco per eum destinato ad celebrationem suæ curiæ, nam sicut extra Ciuitatem Çæsaraugustæ, regia curia celebratur per præsidentem in ea in loco per eũ destinato, similiter dicendum est in Primogenito, vt illa celebraretur in loco destinato, ex quo non est locus destinatus à Fo. quo casu vbi vult potest suam curiam celebrare. Bal. in l. cum sententiã. C. de senten. & in l. pe. 2. lec. circa fi. de iusti. & iur. Maran. de ordi. iudi. fol. 240. num. 72. facit quòd ipse asserit ibi de Episcopo. nu. 78. In ciuitate vero. Çæsaraugustæ, teneretur celebrare in loco à Fo. disposito, nam si Regia Audientia celebretur Montisoni, vel alibi, & Primogenitus, residet Çæsaraugustæ, Primogenitus per dictum Fo. de iusti administ. tenetur illam celebrare in domibus Dippu tationis, ex quo forus loquitur in distinctæ.

24 † Respectu vero pro lationis sẽtẽtiarum in causis ciuilibus, non est dubitandum, quin Regens Cancel. la. Primogeni. posit illas pro ferre solus, absq. consilio, sicut poterat Regens Cancellariam d. Regis eas pro ferre ante annum. 1528. nã consilium dictorum quatuor consiliariorum, datum est solum ad causas, quæ actitabuntur & terminabũtur

tur in Regia Audientia. Deniq. extra illam argumento. l. cũ pretor. ff. de iud. potest Regens Primogeniti, eas proferre sine consilio.

25 † Item videtur concludendum quoad causas criminales: nam Fori de anno. 1528. nec Fori de anno. 1564. non compræhẽdunt, nisi causas vertẽtes in Regia Audientia, & causas ordinariorum: & sic causas quæ Primogenitus, non vt ordinarius loci decidit, vt sunt causę Nobilium. &c. quæ in sua vniuersali curia aguntur, illæ non sunt consultandede Foro: vt ex dictis foris quæ de consultan. causis disponunt detegitur. Qualiter fieri debeãt processus in dicto curia Primogen. in hoc vt dictum est non diferunt inter se, curia Regia, nec Primoge. à curia iudicium ordinariorum, communis est enim modus proceden. omnibus iudicibus, Tam in ciuilibus causis quàn criminalibus.

26 † A N, dicta curia vniuersalis Primogeniti sit continuanda, & in ea locum habeant, quæ reperiuntur declarata, in curia Iustitiæ Aragonum, Quoad curiam vniuersalem Regentis officium Gubern. in quo dã facto Ximini de Vrrea, vbi fuit determinatum quod ex quo non fuit continuata curia ad eum locũ, in quo dictus Regens officium Gubernationis, Audiẽtiam celebrabat, acta erãt nulla, vt reffert Pertusa in lib. deter. titu, de continua cur. fol. 3. & videtur dicendum quod sic, ex quo etiam hodie in casibus quibus fit continuatio, & non est sublata per Fo. de continua. cur. debet curia Primogeniti cõtinuari de loco ad locum, sicut continuatur curia, seu Audientia Regia, & fuit sepius continuata de Ciuitate Cæsaraugustæ ad villam Montisoni & locum de Cariniena.

27 † Tertio casu, quando iurisdictionem excercet Primogenitus vt ordinarius, vt quia non continuata curia sua vniuersali, quam celebrat in aliqua Ciuitate, si contingit eum recedere abea, & reperitur in aliquo loco ibi euocando causas ex officio, poterit de omnibus quæ ad ordinariũ expectant cognoscere: cũ dictus Primogenitus in eis, iudicetur ad paria cum domino Rege vel Locumt. generali præsiden. in Regia Audientia. Sed ista nõ possunt procedere in Primogenito nisi præsideat in Regia Audientia, nã tunc asserendo secum vnum ex cõsiliarijs, illæ consiliarius obtinet vices Regen. Cancella. & poterit cum eo expedire negotia, quæ cũ ipso Regente expedire potest. Et sic cum dictus Primogenitus sine suo Regente Cancella. vel Vicecancell. non potest exercere iurisdictionem, neq. dictus Regens sine Primogenito, non est, dare curiam vniuersalem Primogeniti, neq. exercitium aliquod iurisdictionis, sine eo, & eius Vicecancellar. aut Regente Cancella. & sic semper considerabitur vt Primogenitus, & non vt ordinarius, licet cognoscat de eis quæ ad ordinarium pertinent. Nec poterit ab eo appellari ad eundẽ, sicut appellatur de Locumten. generali præsidente in Regia Audientia, si contingat extra illã in aliquo loco cognoscere, quia appellabitur ad eundem, scilicet ad Regiem Audientiam in qua idem præsidet. Hæc cessant in Primogenito nisi is in Regia Audientia præsideat. & sic potest dubitari quando cog-

cognoscit vt ordinarius loci Primogenitus, & est dicẽdũ, quòd quã do is præsidet in Regia Audientia, aliàs nõ cognoscit nisi in sua curia, quia sine suo Vicecancellario aut Regente Cancellariam nihil facere potest. & isto casu quando præsidet in Regia Audientia & cum vno ex consiliarijs, cognoscit, habent in ea locnm dispositã in Locumtenent. generali. vel Regente officiũ Gubernat. præsiden. in ea De quo Regente statim dicetur.

28 † Circa remedia quæ à sententijs latis per Primogenitum possunt haberi, dictum est supra in Reseruatis domino Regi, & Primogenito, Nam in effectu non potest haberi nisi idem recursus, qui potest haberi à sententijs, per d. Regem latis; quia vt retulit Bages, in Obseruan. nota quòd tres. de Fo. compe. & ibi Pertusa, & idem Pertusa. in Fo. finiũ Regũdo, dicũt quòd licet Sãcius egidius deliorri Iustitia Aragon. dixerit quòd à sententia Primogeniti, potest appellari, hoc, Eximinus Petri de Salanoua, non auderet dicere pro toto mundo, nã iure fundatur, ex quo dictus Primogenitus & pater dicuntur habere & esse aut succedere, in locũ Præfecti Prætorio vt latè dictum est supra, & a dicto præfecto prætorio non potest appellari. d. l. si quis C. de præci. impe. offe.

29 † Circa Regentem officium Guberna. in proposita quæst. scilicet qualiter iurisdictionem, exercebit: sequendo ordinem supra traditum in persona Primogeniti, est dicendum, Quod sunt quedam, que ipse Regens officium Gubernationis in persona propria potest per se solus sine assessore prouidere, alia vero sunt quę per eũ de cõsilio vel assessu assessoris expediri debent, imo ipse assessor solus expedire solet.

30 † Potest enim per se solùm prouidere appellitus, & cum Forus non destingat, nec nos: iuxta Obser. Item donatio. De Dona. & sic debet intelligi de quocumq. appel. tam in causis ciuilibus, quàm in causis criminalibus. & ita audiui à Regente officium Gubernationis Don Ioanne de Gurrea, quod ipse prouidefat quendã appellitum apprehẽsionis, existentib⁹ absentibus omnibus de regio consilio, in visura Defesie de moçota. Item potest per se solum prouidere Emparas & recomendaciones personarum. Item citationes. Item Emparas bonorum. Item Captiones personarum in fragancia. Item Processus super notorio dempta sententia quæ ferenda est, de consilio sui assessoris, non tamen ipse assessor tenetur eam proferre de consilio consiliarorum Regiæ Audientiæ, ex quo non est ventilata causa in Regia Audientia Nec iuxta. Fo. de causis minoribus vsq. ad centũ solidos & de consensu vsq. ad mille & compellere ad assecurandum vt in dict. For. Hæc omnia disponuntur in For. 1. de offi. Regen. offic. Gubernat. Molin. in verbo Regens officium Guberna. versi. Regentis officium Guberna. sententiæ. Cætera omnia expedire debet per suum assessorem seu de illius consensu dicto Fo. de offi. Guber. si tamẽ assessor, esset absẽs, & occurreret aliqua prouisio, super cuius dilatione esset & verteretur magnum periculum, videtur quòd isto casu etiam vltra prædictas prouisiones, licerent aliæ in dicto casu periculoso ipsi Regen. offi. Gub. argumẽto not. per angel. in auten. vt cleri apud proprios Episc. col. 6. & ista

que

que dictus Regens offic. Gubern. per se potest prouidere, debet ea prouidere cum ea solennitate, qua cæteri officiales illa prouidere tenētur, quia dispositiones forales in præmissis, comunes sunt omnibus Iudicibus.

31 † Cætera omnia vt dixi tenetur facere & expedire per suū assessorē vt dictū est, per alleg. fo. 1. de offi. Reg. offic. Guber. Mol. in verbo littere seu prouisiones Reg. & isto casu in proposita quæst. qualiter dictus Reg. per suū assessorē exercere tenetur: est dicendū quód aut dictus Reg. exercet iurisdictionē presidēdo in regia Audientia, aut aliàs suā curiā vniuersalē celebrādo, iuxta. fo. 1. De iud. vel etiā vt ordinarius locorū cognoscēdo, sicut dictū est de Primogenito.

32 † Primo casu quādo præsidet in regia Audiēt. si consideramus dictū Qualiter. respectu loci, est dicendū, quod Reg. offic. Guber. præsidens in regia Audien. debet consiliū regiæ Audint. tenere, & celebrare, horis à for. statutis, in camera côtigua cameræ cōsilij, Iustitiæ Arag. iuxta. fo. 2. De iusti. ad minis. in do. Dippu. & ante dictū fo. 2. poterat vbi volebat. iuxta fo. Del Rep. 1528. Sententiæ vero debēt proferri in loco destinato & statuto à fo. 1. De iusti. ad minis. Ext. tñ. casus foro dispositos potest & poterat, præsidēs in regia Audien. consiliū regiæ Audiē. & sētentias & curiā seu Audien. celebrare, in locis per dictū præsidē destinādis, vt dictū est supra. Ad not. per doct. in l. Pen. ff. de Iustitia & iure. Marā. de ordi. iud. fol. 240. Solet destinari locus celebrationis consilij, in domibus ipsius Reg. offi. Guber. & locus celebrationis Audien. Regiæ, in domibus ipsius assessoris vel Regentis Cancellariani, & ita factū fuit in loco de Carinena, nam continuata dicta regia Audien. à ciuitate Cæsaraugustæ, propter pestem, ad dictum locū de Carinena, in anno. 1564. In mense Aprilis, in prædicto loco fuerunt à dicto Regente officiū Guber. destinata loca ad celebrationem consilij, & Regię Audiētię & ita fieri solet in villa Môtisoni, propter celebrationem curiarum. & sic ante foros De Iusti. administ. poterat curia, celebrari & celebrabatur in loco per præsidem destinato. & ita Iustitia Aragonum, faciebat. vt dicitur, in littera in fi. fororū in serta. iuxta notata per Maran. vbi supra.

33 † EO igitur præsidente in Regia Audientia, negocia in ea suntexpedienda per ipsum Regentē eo modo quo per dictum Primogenitum, seu Locumtenentem generalem, tam circa prolationes sententiarum ciuilium, aut criminalium, vt ille proferantur de consilio Cōsiliariorū, distinguēdo tēpora, & vt dictum est supra in persona in Primogeniti, Proferuntur, sententię in personam Gubernatoris, id est Regentis officium Gubernationis prę sidētis in dicta Audientia, sicut proferuntur in personam Locumtenentis, quādo ille præsidet. Deniq. proferuntur in personam præsidentis in ea.

34 † Verum est quôd à paucis, citra temporaius per regulam Cancellariæ fuit stabilitum, quòd in litteris emanatis à regia Audientia, qui cumq. in ea præsideat, siue sit, Locumten. siue Regens offic. Gubernationis, quòd in eis præponatur nomē dñi nři Regis & similiter quòd in Regia Audien. quicnq. in ea præsideat siue sit Locūt. siue Reg. offic. Guber-

Gubernationis, quod deseruiant in ea scribę mandati, iuxta tenorē sentētię arbitralis, de qua infra dicetur. Quibus ansam donare videntur, eā quæ supra diximus de Regente Cācellar. & Consiliariis Regiæ Audiētiæ cōstituentubus Senatū, quòd repretentet dominū nostrū Regē per ea quæ not. Rol à Valle in d. consi. 70. Carauita ritu. 84. fol. 55.

35 † Similiter & olim, & hodie detegitur, ex alio, ipsum Regentē offi. Guber. præsidentē in dicta Regia Audientia, seu succedentē in illo tribunali, repræsentare ipsum Regem: nam olim illæ causæ Regię Audientiæ quæ per recessum Locumtenen. recadebant in Audientiā dicti Regē. officiū Gubernationis succedētis in illo tribunali, non poterat ab eis haberi recursus per viā appellationis, nisi iātum ille recursus qui poterat haberi à sententiis Locumtenen. quia tunc Locumtenens reputabatur, vt per Mol. latè, in verbo Regens offi. Guber. non se intromitit. Cognoscit insuper præsidens in Regia Audientia, & olim, & hodie de causis appellationum interposititis à sententiis latis in Curia Iustitiæ Aragonum, de quibus ipse Regens, nisi Regē repræsentaret subrrogando se in locum Locumtenētis non posset cognoscere, quia Regens & Iustitia Aragonū æqualem iurisdictionē habere videntur, vt dictum est: Mol. in verbo Regentis offi. Guber. Curia. & ista ratione, quia præsidendo, vt alius, in dicta Regia Audientia, scilicet, vt repræsentās ipsum dominūRegē, videbatur posse causas euocare, ex causis suspitionū Iudicis, & loci, per ea etiā quæ supra dixim' in mater. euocationis, In hoc tamē vtimur temperamento, quòd de quibuscūq. causis ceptis si sint euocate ex causa perhorrescent. cognoscit Regēs offi. Guber. & similiter de causis Infantionum ceptis in dicta Regia Audientia. In omnibus causis ceptis quoad prolationem sententiarū, & recursum qui ab eis potest haberi, repræsentat ipsum Regē, nam non potest haberi recursus, nisi per viā electionis firmæ, & ille solum qui à sententiis D. Regis potest haberi.

36 † Qualiter, & qua forma ipsæ causę tractentur, & formentur processus corā eo Præsiden. in dicta Regia Andientia: In hoc est concludendum, pro vt supra in Primogenito, quod scilicet, cōmunis sit omnibus Iudicibus, modus & forma actitandi processus.

37 † Verū tamē est quòd dict' Regēs offi. Guber. Præsidēdo in Regia Audientia, non in omnibus, & per omnia reputatur, vt Alius, scilicet nō in omnibus repræsentat D. Regē, seu Locumtenen. genera. Primo respectu officialiū, nam licèt præsideat in Regia Audiētia nō habet Cancella. aut Viecancella. nec Regentē Cancellariam, non enim habet, nisi vnū Assessorē, neq. nisi vnū Alguaziriū, nec habebat, nisi vnum Notariū, Modò, per sententiam arbitralē, de qua infra, deseruiunt scribæ mandati.

38 † Item nō euocat causas ex causa perhorren. nec cognoscit de Infantioniis, nisi quæ introducte reperiūtur in Audientia.

39 † Item nec creat officialis quāuis in dictr Regia Audientia præsideat.

40 † Item nec cognoscit de reseruatis D. Regi nisi prædictæ causæ super reseruat. reperiātur introductæ in Regia Audientia quando intrat dictus Regens ad præsidendum in ea, & ita facta fuit commissio dicto Regenti don Ioanni de Gurrea præsidenti in Regia Audientia, super causa diuisionis terminorum de ricla, & la Almunia, & sic conclu-

dendo in omnibus causis,iam introductis in Regia Audientia,quãdo dictus Regens intrat ad præsidendum, respectu illarũ representat personã illius in cuius locum subrrogatur, scilicet Locumt.genera. aut domini Regis. Item etiam respectu causarũ appellationum nouiter introductarum dicto Regente Præsidente in Regia Audientia,etiã representat ip
41 sum D. Regem,† ex quo Fo. de anno 1528. Que las causas de appella. debet intelligi demptis causis reseruatis domino Regi,de quibus delegatus ab eo cognoscebat, quia si cõtingat appellari à dicto delegato,de dicta appellatione fit cõmissio, & non tractatur in Regia Audiẽtia, & ita fuit facta cõmissio in causa appella. interpositæ à sententia Ioannis de Luna Commissarij, super diuis. termenor. de Ricla, & la Almunia, dicto don Ioãni de Gurrea. Præsidẽti in Regia Audientia in anno 1565.
42 † Quo verò ad causas quæ de nouo introducuntur in prima instantia, non representat dictus Regens,nec Regia Audiẽtia ipsum Regem, Præsidente in ea dicto Regente,vt tractari,& inchoari possent in Regia Audientia,ea quæ sunt reseruata domini Regi,& Primogenito, de quibus dictum est supra:sed tantùm possunt tractari,ea quæ sunt iurisdictionis domini Regis, Primogeniti,& Regentis officium Gubernationis,vt dictum est supra in reseruatis domini Regi, Primogenito, Regens Guber. & in reseruatis domini Regi Primoge.Regenti, & Iustitiæ Aragonum.
43 † Pertinent præterea ad dictum Regentem Præsidentem in Regia Audientia, ea quæ dispolita sunt in Foris del Reparo de la Audientia. in anno 1528. Et etiam ante Fo. de anno 1510.quòd Procuratores astricti, desistant ab accusatione si concurrat voluntas partis, & mandatum Regentis,'vel illius qui Præsidet in Regia Audientia. For.1. De Procura. astric. & scribæ mandati qui deseruiunt in dicta Regia Audientia,licet præsideat Regens officium Gubernationis,debent ad longum depositiones recipere. Fo. de Tabell.Item in dicta Regia Audientia, vt admitãtur Procuratores causidici ad agẽdum causas,debent prius iurare iuxta Fo. de Procura. Item dicto Regente Præsidẽte si contingat eum extra ciuitatem ire, potest vnum ex consiliariis Regiis secum ducere, qui gerat vices Assessoris. Fo.De la facul.Item nominat Consiliarios loco suspectorum,in Fo. De Subrroga.1. & 2.Item eo Præsiden. in Regia Audientia nominatur,vbi futura est nominatio Cancellarij competen.Fo.de la Compe.de iuris. Item iuxta Foros de anno 1564.spectat ad dictum Regen. diuidere inter Consiliarios causarum criminalium processus consultæ, actitati extra Ciuitatem Cæsaraugustæ,& ipsi Consiliarij super criminali, similiter sicut,& cæteri iurãt in posse præsidentis, & per eũ loco suspectorũ nominantur alij. Potest in super dare licẽtiam Procura. Astrict. ad consentiendũ, vt pœna mortis mutetur ad trirremes,& loco dicti Regentis offi.Guber.suspecti subrrogatur Regens Cancellariã,qui nomine ipsius Regentis iurisdictionem exercebit. Hęc omnia pertinent ad prædictã quæstionẽ,scilicet,qualiter dict' Regens offi.Gube.præsidẽs in dicta Audiẽtia iurisdictionẽ exercebit.&etiã in recursu qui habetur à sententijs per eum latis in Regia Audientia representat dominum Regem, seu Locumte-

cūte. quia non poteſt appellari licèt aliàs à ſentētiis latis per Regentē,in ſua Curia,poterat appellari, vt infra dicetur.ſi tamen per eum fertur ſententia præſidendo in Regia Audientia,non habetur recurſus,niſi ille qui haberi poteſt à ſententia lata per Regem aut Locumtenen.in Regia Audientia.

45 † Aut dictus Regns officium Guberna.exercet iuriſdictionem,Curiā ſuam vniuerſalē extra Regiam Audientiam celebrando de qua Curia vniuerſali ipſius Regen. loquitur dictus Fo.1. de Iud. & Moli. in verbo Regentis offi. Guber. Curia.

† ET circa hanc quæſtionem eſt Primo videndum, an ſit dabilis huiuſmodi Curia,vel ſi ea eſt abſorta, & conſumpta iam in Regia Audientia,taliter,quòd extra dictā Regiam Audientiam,non ſit dabilis, Audien. vniuerſalis ipſius Règentis officium Gubernationis de qua in d.For.1.de Iudi.

46 † Et in hoc ſunt diſtinguenda tempora nam ante annum 1528. non eſt dubiū, niſi quod dabatur,iux. d.Fo. 1.de Iudi.Solum verſatur dificultas, an poſt foros de anno 1528. ſit abſorta,& conſumpta in dicta Regia Audientia, cauſis & rationibus infra dicendis.

47 † Ante ergo dictos Foros de anno 1528. dabatur dicta Curia, & in hoc non eſt dubiū non data in Regno Regia Audientia, quia dominus Rex,erat extra Regnum, nec habebat Locumtenentem generalem in Regno,& ſic ceſſabat Regia Audientia, tunc dabantur duæ Audientiæ vniuerſales in Regno, ſcilicet,Curia Regentis officium Guber. & Curia Iuſtitiæ Aragonū,& dictus dominus Regens in ſua Curia, cognoſcebat de omnibus eis,de quibus dictum eſt ſupra,in reſerua.d, Regi Primoge. & Regen.& in reſerua.D.Regi Primoge.Regenti,& Iuſtitiæ Aragonū.Scilicet de cauſis Nobilium, vniuerſitatuū,Officialiū, &c. Cognoſcebat inſuper de cauſis appellationū interiectis à Iudicibus ordinariis,quia ſicut poterat,& poteſt appellari ad Iuſtitiā Arago.ab eis:ſimiliter ad ipſum Regentē, non tamen à delegatis D. Regis poterat ad eū, ſed ad dominū Regem appellari.&. de cauſis,quib⁹. ad ipſum poterat appellari, poterat ſuā inhibitionem concedere, non tamen ſine ſuo Aſſeſſore,licèt repreſentatio facienda per appellantē, cum inſtrumētis appellationis,iux. Forū de Appella. poterat, corā ipſo Regēte fieri,abſente Aſſeſſore.Hec omnia eliciūtur,ex eis quæ ponit Mol. in verbo Regens offi.Gube.verſi.pe. & fi.Similiter etiam,& omnes cauſæ quæ tractabātur, in Regia Audiētiā & ea definēte eſſe,propter receſū D. Regis,vel Locūtenentis, recadebant in dicta Audientia,ſeu Curia vniuerſali dicti Regentis offi. Guber. licèt quo ad dictas cauſas iudicetur vt alı⁹, quia ab eis non poterat haberi recurſus,niſi per viam electionis firmæ,vt per Mol.in d.verbo Regens offi.Guber.nō ſe intromitit.Et in verbo Appellatio. verſi.Appellatum fuit.

48 † Sed Rege in Regno exiſten.vel eius Locumte.pro eo, & Regiā Audientiā celebrāte,an iſto caſu dictus Regens poterat ſuā vniuerſalē Curiam celebrare in hoc verſatur magna dificultas.

49 † Et Primò videtur,quòd ſic, & quod vtraq. Curia poteſt concurrere, nam in Primogenito eſt foralis cōcluſio,ꝙ poteſt ſua Cūriā vniuerſalē celebrare,patre in Regno viuente,& regnante,Fo.Quòd Primoge. maior.14.annorū.Sed ſic eſt quod exerci

exercitium iurisdictionis Primogeniti,& translatum in Regentem officiū, Gubernationis: Fo. quòd Reg. offic. Gubernationis, fit in l. simpl. & sic quod dictus Regen. offi. Gub. est subrrogatus in locum Primogeniti, quòad exercitium Iurisd. conseq̄uens, est vt debeat posse ea quę Primogenitus, ex quo subrrogatus debet sapere naturam eius, in cuius locū subrrogatur. l. Si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. c. Ecclesia vt lite pēden. cle. 1. de suplen. negli. prælā. Tiraql. de retract. leg. pag. 192. nu. 83. §. 1. glo. 1 o.

50 † Secundò ad prædicta videtur Forus expressus, in Fo. Quandocūq. circa fi. versi. Offi. tamen. De Appel li. vbi Iudex prouidens appellitū ad finem remitendi captum ad dominū Regem, Locumtenen. Primoge. Regentem officium Gubernationis, vel Iustitiam Aragon. quòd debet notificare capto, ad quem, ex supradictis vult facere remissionē, & facta electione, non potest variare: Iam clarè ex eo detegitur, quòd electio seu facultas eligendi supponit plura, nam in vno tantum, non datur electio, nā non est quod eligi potest. Item prohibitio variandi supponit potentiā variandi, nam priuatio supponit habitum. l. decem. ff. de verbo. oblig. Item ad positionem consequentis sequitur positio anteceden. necessarij ad illud consequens. l. Quamuis. C. de fideicom. Si ergo Forus dicit, quòd potest captum remitere, vel ad Regem, vel ad Regentē offi. Cuber. vel ad Iusti. & quòd facta electione non potest variare, ergo præsupponit eos omnes esse, & iurisdictionem exercere, vt de causa capti cognoscere valeant.

51 † Tertiò hoc etiam detegitur ex Fo. 2. de Regen. offi. Guber. quod nō poss. alium Regentē fa. vbi est Forus quòd Regens offi. Guber. euocat causas in certis casibus, & ex consuetudine fit hec euocatio ex officio, de omnibus causis, motis & mouēdis, vt dictū est supra, in materia euocationis, & hæc euocatio tantū, est quòd fit, & fieri solebat etiam D. Rege, vel Locumte. Curiam Regiam, celebrante & sic, si dictus Regens offic. Gubern. exercet iurisdictionē vt Gubernator euocādo causas, quia in signum superioritatis fit hęc euocatio: ad not. in. c. vt nostrū de appel la. vbi Enric. Boic. ergo si in parte exercet, vt dict. Regens, similiter debet poss. in totū, de eis quæ ad suam iurisdictionem spectant, nam idē est dicendū de parte, quod de toto, & è contra. l. quæ de tota ff. de rei vendi. ex quo nō est diuersitatis ratio, quare magis possit euocare, quàm alia facere.

52 † Quartò facit declaratio tradita ad dictum Forum, per Pertusam ibi, in eo quòd in dicto Fo. Disponitur, quòd dictus Regens, & eius Notarius, tenentur dimitere processus per eum actitatos pœnes ordinariū, & eius Not. verū est dicit ipse, in processibus de quibus ordinarius cognoscere potest, cæterum processus, & causas Officialium, & Alcaydorum, Iuratorum, & Vniuersitatū &c. non dimmitet, quia quoad eas in toto Regno est Iudex competens, & sic vltra ea quæ ad ordinarium spectant, supponit dictus Doctor dictū

53 Regentem expedire posse. † Et si dicatur illud procedere quando aliàs non dabatur Regia Audientia, videtur dicendū, quod debet in distinctè intelligi, & hoc per dictū Fo. lūcto. Fo. Necessaria cosa es. de Iudi. qui Fo r. est Cōdit. post For. de anno 1528. sed per dictos Foros iam perpetuo est

est Regia Audientia in dicto Regno, & tamen ille Forus Dicit quod dimmittatur ordinariis processus, in si illi qui Curiam sequantur, quòd est iuxta declarationem dicti Pertusæ, & sic videtur necessario dicendum ipsum Regentem posse, & potuisse dictam suam Curiam celebrare, etiam Rege, vel Locumtenen. celebrante Curiam Regiam, nam videmus eum dicto casu exercere iurisdictionem, non tantùm circa ea quæ ad ordinarios pertinent, sed & ea quæ ad dictam eius vniuersalem Curiam spectant.

54 † Quinto, certum est quod iurisdictio Regentis offi. Guber. est ordinaria, quia duæ sunt ordinariæ iurisdictiones vniuersales, & equales, scilicet Regentis offi. Guber. & Iustitiæ Aragonum, dicto Fo. 1. de Iudi. Mol. in verbo Regentis officiũ Guber. Curia: sed iurisdictio ordinaria non suspenditur per aduentum superioris, in c. Volentes, vbi nota. de offic. lega. in c. per venerabilẽ, qui fil. sunt leg. in c. antiqua de Priuileg. vbi Enrri. Boic. Sali. in l. in hac. C. de Dona. Imol. in l. 4. §. Si tam vicinum De dam. infect. Itẽ nõ inconuenit, vt sint duæ Curiæ vniuersales in Regno, vt dicunt Doctores signanter Imol. in d. c. Volentes de offic. lega. & cùm hoc non inconueniat, sequitur pro bono Iustitiæ esse admittendas dictas duas Curias.

55 † Contra tamen, quòd non poterat, nec potest dari concursus duarũ Curiarum vniuersalium, scilicet domini Regis, & Regentis officiũ Gubernationis, videtur constare, & in primis supponendo declarationem traditam, per Bages, in Obseruan. Itẽ in causis. De Fo. compe. circa Foros Loquentes, quòd de causis Nobiliũ, vel vniuersitatum possint Cognoscere D. Rex, Primogenitus Regens officiũ Gubernationis, & Iustitia Aragonum, quæ talis est quòd inter dictos quatuor sit consideranda prælatio, ita quòd alternatiua est gradatim intelligẽda, & non per posterum; videlicet, quòd existen. domino Rege, & Primogenito in Regno non debeat corã Iustitia, nec Regen. offi. Gubernationis tractari, imo si cepta est causa coram Regente, vel Iustitia.

56 † Adueniente domino Rege, vel Primogenito in Regnũ, dictam causam reassumit, ordo igitur, secundum eũ in tractandis causis erit iste, quod existente domino Rege, & Primogenito, in Regno, cùm isti per supra dicta æqualem iurisdictionẽ habere videantur, causa poterit corã quolibet illorum tractari, pro quo facit dictus Fo. Quòd Primogen. maior quatuor decim annorum. ibi, nobiscum in eodẽ Regno viuente, & Regnante: similiter, si D. Rex, nec eius Locumten. genera. neq. Primogenitus est in Regno, tunc poterit causa tractari, vel corã Regente officium Gubernationis, vel corã Iustitia Aragonũ, ex quo habent etiam æqualẽ iurisdictionem, vt dictum est supra: Et ita si dominus Rex, est in Regno causæ coram eo tractabuntur: similiter si Primogenitus: & hoc duplici ratione, prima, quia maior, 2. quia per aduentum Primogeniti in Regnum cessat Regns officiũ Gubernationis. Hæc omnia declarat Bages in d. Obser. Item in causis. post mediũ De Fo. Cõpe. & sic quòd ista distinctiua, seu alternatiua, inter personas maioris, & minoris auctoritatis appositã, ordinẽ, & gradum dicat. De cuius natura, ponit plura Felin. in c. inter ceteras de res. Tiraquel. de retract. pag. 318. in prin.

M 3 Pro

57 † Pro quo facit regula vulgaris, quòd vbi est maior cessat minor gl. in c. Volentes de offi. leg. pro quo allegantur iura per DD. ibi c. deniq. q. 21. distinc. c. antiqua de priui. & proptérea etiam dici solet, quòd adueniente præside cessat Magistratus per. l. fi. de offi. Proconsu. & leg. adueniente Principe, cessat omnis Magistratus: Franc. Marci. decis. 677.

58 † Item licèt per notata in dicto c. Volen. & in dicta. l. in hac. De dona. & in d. §. sitam vicinum. l. 4. De dam. infec. hoc eliciatur, quòd iurisdictio ordinaria, non cessat pro vt non cessare videmus, quia ordinarij suam iurisdictionem in suis locis exercēt, & etiam Regens officiū Gubernationis illam, vt ordinarius exercet in singulis locis regalibus in quibus personaliter reperitur facta euocatione, quam vt superior facere potest inferiori, vt in d. c. Volentes notant omnes. Tamen illa Curia vniuersalis habens paritatem cum Regia Curia, vt dictum est, ne duo capita, in eodem corpore dentur, dari non debet, sed isto casu minor cedere debet maiori, & pro hoc videtur casus in d. c. Volentes: nam vterq. legatus iurisdictionem habebat ordinariam, vt dicit Sali. in dict. l. in d. l. in hac, & Immol. in dicto. §. Si tam vicinum. contra Bar. ibi quia alter eorum erat maior, scilicet legatus, dentur modo dominus Rex, vel eius Locumtenen generalis dictus Locumtenēs est maioris dignitatis, quia legatus delatere, vt dicitur in eius prouisione, à latere nostro dextro sumptus. Regens verò officium Gubernationis non sic, vt ex eius prouisione est videre, & sic istis duobus tendentibus ad exercitium iurisdictionis Regēs offi. Guber. debet cedere Locūtene. tamquam maiori, non enim contendere debent de hac paritate, scilicet celebrando illorum quilibet vniuersalem Curiam, ne in eodem corpore dentur duo capita monstruose. l. non sunt liberi. ff. de sta. homi. l. Quod certatū C. de postuh. here. inst. in c. quoniam de offi. ordi faciunt not. per Ias. & alios in. l. in suis. ff. de lib. & posthu. ab ipsa enim natura inest vt nullus in dominio, vel potestate desideret neq. facile toleret consortem. c. quòd autem 23. quæst. 7. & quòd ait Hieronymus, in naui vnus Gubernator in domo vnus dominus, in quouis gran. exercitu vnum signum spectatur. Luc. de Pen. in l. cū antea C. de agri. & Cens. lib. 11. vide Terra Rub. contra Rebell. articulo 2. primi tracta. in glo. Patre inuito. vbi plura de his.

59 † Sed cōtra id quod dicit Bages & alia supra dicta videtur obstare Fo. 1. de Iudi. vbi dantur duæ Curiæ vniuersales, scilicet Regentis, & Iustitiæ Aragonum, & etiam ex praxi detegitur. Quod siue dominus Rex, siue Locumtenens, siue Regens officium Gubernationis exerceant, & celebrent Curiam, seu Audientiā Regiam, nihilominus tamen dictus Iustitia Aragonum, in sua vniuersali Curia cognoscit de omnibus, quæ ad dictos quatuor pertinent, de quibus dictū est, videmus enim in dies Nobiles. vniuersitates, dominos Vassallorū, cōueniri indiferenter in Curia Iustitiæ Aragonum, vel in Re-

60 gia Audiētia. † Sed potest dici quòd respectu Curiæ Iustitiæ, alia forsan ratio reformat pactum, nam licèt verum, sit quod ex duobus legatis præfertur maior iuxta dictū c. Volentes, tamen si ipsi legati non ab eo dem

dē fonte, sed à diuersis emanarēt, vt quia vnus legatus esset papæ, alter Imperatoris, fatentur omnes in d. c. volentes de offic. Lega. quod vterq. potest exercere, nec vnus potest alterum impedire, sic etiam in Domino Rege, & Iustitia Aragonum videtur dicendum, nam vt ex creatione, & in esse productione dicti officij detegitur, de quo in litera Ximini Cerdan in fin. fororum inserta, dictus Iustitia immediatè dicitur habere iurisdictionē à lege, cæteri vero à Rege, & sic videtur quod neq. Dominus Rex, nec Locumtenēs gener. Primogenitus, nec Regens officium Gubernationis, debent posse de Foro impedire iurisdictionem dictæ Iustitiæ, licèt verum sit quod causas in quibus dictus Iustitia Aragonum non habet iurisdictionem priuatiuè ad alios, possunt illas Dominus Rex, Locumtenens, & Primogenitus euocare à Curia dicti Iustitiæ Aragonum in calculo ferendæ sententiæ: iuxta For. De euoca. non vero Regens officium Gubernationis, propter æqualitatem iurisdictionum, & etiam concurrere possunt Curia Iustitiæ cū alia vniuersali, quia de alio principaliter agit. Curia enim Iustitiæ duplex munus habet scilicet seruandi Foros, & cōpellendi alios officiales ad obseruationem illorum, & hoc vltimū est principale eius institutum, aliæ vero audientiæ solùm incumbit onus seruādi Foros.

61 † Præterea quòd cesset vniuersalis Curia Regentis. officium Gubernationis data Curia, seu Audientia Regia fortiter astringit consuetudo quæ, secundum Bal. in tit. de feud. sine cul. non amitten. consuetudo est practicus legum intellectus, & informatus à Ioanne de Pilares, optimo, & antiquo causidico Procuratore, qui ante annum 1528. iam causas agebat, habui responsum ab eo quod tunc demum Regen. officium Gubernationis extra ciuitatem Cæsaraugustæ, vel in ea Curiā vniuersalēcelebrabat quādo nō celebrabatur Curia Regia, quia Dominus Rex non erat in Regno, nec in eo Locumtenentem generalem habebat, ita quod detur tantum vna Curia vniuersalis ipsius Locumtenentis, vel Regen. quæ concurrat etiam cum ordinariorum iurisdictione, attentis supradictis; & dicta consuetudine, consuetudo enim, & obseruatio declarat dubitationes l. 1. ff. de vsur. vide Rebuff. 1. thom. pag. 20. num. 4. cum sequen.

62 † Et tenendo hanc opinionem, posset responderi fundamentis supra in contrarium adductis, quia primo fundamento, quòd disposita in Primogenito debent habere locum in Regente, respondit dictus Bages in Obser. Item in causis. quod disposita in Foro quod Primogeni. maior 14. anno. vt conregnet simul cum patre, procedunt, & fauore primogenituræ, & future successionis, vt dictum est supra taliter quod cū sit speciale in Primogenito, debet esse regula in contrarium.

63 † Ad secundum de For. quando cunq. potest responderi, quod est verum quòd datur facultas recurrendi ad quemlibet ex dictis quatuor. supposito quolibet illorum suo casu in exercitio iurisdictionis, nam Dominus Rex, & Locumtenens generalis, non possunt simul exercere per For. Quod Dominus Rex, & Locumtenens generalis possunt actu

 simul

simul in exercitio iurisdictionis cõcurrere Dominus Rex, & Iustitia Aragonum, Locumtenens gener. & Iustitia, Primoge. & Iustitia, Regen. officiu Gubernationis, & Iustitia, & sic cum dentur duæ Curiæ vniuersales, potest haberi recursus ad quãlibet earum, & facta electione non potest variari per dictum Forum quandocumq;

64 † Ad tertium. Quod exercens vt Regens officium Gubernationis, in parte, debet posse in totum, potest responderi, quòd illud exercitium non est, nisi præparatorium ad exercitium ordinariæ iurisdictionis cõpetentis Iudicibus ordinariis, & Localibus, qui debet posse competere ipsi Regenti, nam de his quæ pertinent ad inferiorem debet posse cognoscere superior, Inno. c. cum ab Ecclesiarum, & qui est Iudex præparatorij debet esse, etiam Iudex præparatorij. c. t. de offic. de leg. extra. Et sic cum iurisdictio ordinaria, & localis non impediatur per aduẽtum Principis, non reffert per quem illa exerceatur, & interest illam exerceri per ipsum Regentem officium Gubernationis, vt infra dicetur.

65 † Ad quartum potest responderi, quod id quod Pertusa dicit facilè potest intelligi, quia dictus Regen. officium Gubernationis in dicto loco, suam Curiam vniuersalẽ celebrauit, nam continuando illam ad alium locum tenetur dimittere ordinario loci causas ad illum spectantes reliquas quæ per ordinariũ non possunt exerceri, vt sunt causæ Alcaydorum, Iuratorum, &c. Adducet secum ad locum, ad quem suam continuauerit Curiam, Forus vero Necessaria, De Iudi. debet intelligi eodem fere modo, vt si ibi erat continuata Regia Audientia, dimissis causis ad ordinarium spectantibus, secum ducet alias ad locum cõtinuatæ Curiæ, & si dicta Curia celebretur Cæsaraugustæ iuxta For. de anno 1528. Et contingat extra ciuitatem, in aliqua ciuitate, aut villa Regali ipsum Locumtenen. gener. vel Regen. officiũ Guber. cum aliquo ex consiliariis exercere iurisdictionem, poterit, vt ordinarius, ac etiam dictus Locũtenens causas euocare ex causa perhorrescentiæ, & hoc quidem facere solet remittẽdo eas ad Regiam Audientiam. Id ipsum facere poterit, vt prouiso ap pellitu cõtra Nobilei, vel alium qui non sit de iurisdictione Iudicis ordinarij remittat dictam causam, & captum ad Regiam Audientiam, & hoc vltimum dabitur etiam ipsi Regenti offic. Guber. vt infra dicetur, & sic, quod ex dicto For. resultet prouisio quòd causæ quæ possunt per ordinarios locorum expediri, ibi remaneant, quæ vero non possunt per eos expediri, vbi se obtulerit casus à Foro permissus ducantur per Nota. Locumtenen. vel Regentem offic. Guber. processus qui nõ possunt per ordinarios expediri, & hi sunt casus qui Curiam sequuntur.

66 † Ad quintum verum esse respõdetur, quod iurisdictio Regentis officium Gubernationis est ordinaria, similiter etiam iurisdictio legatorum, de quibus in d. c. volentes, est ordinaria, vt dicunt omnes in d. c. volentes, & in d. §. si tan vicinum. l. 4. de dam. infect. nihilominus tamẽ habet locum regula, quod vbi est maior cessat minor, maior est Legatus de latere, quam alter Legatus, & licet

cet vterq; dicatur habere iurisdictionem ordinariam, nihilominus minor cedit maiori, ne dentur duo capita monstruose, & agant de paritate vniuersalis Gubernationis, & regiminis, licet Ioan. de Imol. in d. §. si tam vicinum asserat, quod ideo habet locum, c. volentes, quia duo Iudices sub eodem nomine officij de eadem re, & paritate non debent concurrere, quod etiam videtur hic concurrere, nam, & Locumtenens dicitur Procurator generalis, & similiter Gubernator dicitur Procurator generalis, vt dictum est supra in prin. 5. quæst.

67 † Et secundum præmissa videtur concludendũ, quod pro eo tempore quo Dominus Rex per se, aut suũ Locumtenentem, non regabat, nec iurisdictionem exercebat, & sic non celebrabatur Curia, seu Audientia Regia, quod eo casu habebat locũ Curia vniuersalis dicti Regen. iuxta For. 1. De Iudi. vbi vero in Regno celebratur Regia Audiẽtia per Dominum Regem, aut eius Locũtenentem, quod tunc cessabat dicta vniuersalis Curia ipsius Regen. officium Gubernationis.

68 † Post Foros vero de anno 1528. minus dubiũ hæc quæst. habere videtur, nam vt dixi, iam stabilita est Audientia Regia perpetuo, vt semper sit in regno, & datus ordo Præsidẽ in ea, ita vt quicunq; in ea præsideat semper nominetur Audientia Regia, quia vt dictum est, regitur, & gubernatur ab ipso Senatu formatũ, ex Regente Cancellariam, seu Assessore dicti Regen. & quatuor Consiliariis, qui Senatus ipsum Regem representat, secundum Rolan. a Valle dicto consil. 76. Et cũ semper ipsa Regia Audientia ipsum Regẽ representet, fuit prouisum, quod in literis ab ea emanatis, etiamsi præsideat Regens officium Gubernationis in ea, semper præponatur nomẽ domini nostri Regis, similiter etiã fuit stabilitum, quod Scribæ mandati deseruiant in Audientia Regia, etiamsi præsideat Regens officium Gubernationis, & sic cum per ipsam Audientiam modo præmisso stabilitam representetur ipse Rex, & habeatur pro presente, nimirum si propter illius reuerentiam debeat cessare ipse Vicesgerens Procuratoris respectu dictæ vniuersalis Gubernationis, & Curiæ vniuersalis Ad Nota. in d. c. volentes, vbi omnes, & ibi Barba. nu. 15. Et sic ex præmissis resultare videtur, quod post annum 1528. quo fuit perpetuo stabilita Regia Audientia, & illa semper debet celebrari, quod in ea sit absorta, & consumpta dicta vniuersalis Curia dicti Regen. nec de cetero detur locus celebrationi illius.

69 † Pro eo, ergo tempore, & casu quo ante For. de anno 1528. contingebat celebrari, si quæratur qualiter in ea Regens officium Gubernationis iurisdictionẽ exercere poterat, facile ex supradictis detegitur. nã si quæratur illud Qualiter. respectu loci, est dicendũ, quod ante Forum De iustitia administranda, poterat destinare locum sibi bene visum pro celebratione dictæ suæ Curiæ vniuersalis, post dictũ vero Forum, in ciuitate Cæsaraugustæ tenebatur illam celebrare in domibus Depputationis, extra illam vero in locis ab eo destinandis: per Not. in d. l. pen. de Iusti. & iur. Marant. fol 40. vt dictum est.

70 † Respectu verbo cognitionis causarum, & prolationis sententiarum

rum in dicta sua vnuersali Curia, est idem quod supra, dicendum, scilicet, quod omnia tenebatur, expedire demptis certis casibus, per suum Assessorem, vel substitutum illius, vel de Assessoris consensu. Forma vero procedēdi in processibus cōmuni. est omnibus. Sētētię autē, tā in criminalibus, quā in ciuilibus proferebantur per suū Assessorem sine alterius consilio, præterquam in causis criminalibus post annum 1497. vt dictum est supra in Primogenito. Poterat insuper appellari ad eum ab ordinariis. Et similiter per For. vt debitus. poterat ipse delegare Iudices in dicta causa appella. Similiter ab eo appellari poterat ad Dominum Regem, nam vt dictum est supra, Primogenitus, & Regens officium Gubernationis, in hoc etiā differebant, quia à Primogenito nō poterat appellari, secus à Regente, & Dominus Rex existens etiam extra regnum delegabat Iudices super cognitione dictarū causarum appellationis, & cognoscebat Regēs, in sua Curia, de omnibus his, de quibus Primogenitus in eius Curia, dempta euocatione causarum, & perhorrescen. & demptis causis appellationū ad Dominum Regem, a Iudicibus delegatis à Domino Rege. vt declarat Molin. in verbo Regens offic. Gubernationis, vers. fi. tractabantur siquidem in eius Curia omnia quæ pertinent, & pertinebant ad dictum Regem, de quibus dictum est supra in reseruatis Domino Regi, Primogeni. Regenti, & Iustitiæ.

71 † Præterea dictus Regens officium Gubernationis celebrando dictam Curiam vniuersalem, ex quo ad eius officiū spectat ire per regnū, vt eius præsentia gētes à malis coerceantur For. 2. De Regen. officium Guber. vt non poss. vt infra latius dicetur. Id circo erat necesariū quòd dictam suam Curiam, & Audientiā vniuersalem continuasset, vt litigantes scirent, vbi comparere tenerentur. Super quo fuit determinatū in Curia Iustitiæ Aragonum, in facto Ximini de Vrrea, ex quo non continuata Curia ad illum locum in eo tenuerit audientiam, quòd actus gesti in dicta Audientia erant nulli. & in eo consilio fuit etiam determinatū, quod si ob solennia Paschæ continuat Regens officium Gubernationis Audientiam, demptis causis, sibi bene visis, quòd durante continuatione, non poterat in aliqua causa procedere. Hæc refert Pertusa in li. deter. titul. de Conti. Cur. fol. 3. & in titul. de in ius voc. in. quæ continuatio, Hodie cessat per Fo. De cōtinua. Cur. & For. de anno 1528.

72 † Et prædicta ratione, quia indies continuabat suam audientiam, ad diuersa loca, fuit necessaria prouisio, de qua in d. For. 2. de Regen. officiū Gubernationis, quod non poss. scilicet, quod citationes fierent ad certū, & determinatum locum, non vero vt fieri vidi, mandando per suas literas, quatenus coram eo compareat in loco quo eum contingerit esse, sicut à simili dicitur in delegato Iudice, nā ea ratione quia nō habet certum, & determinatū locum sui Tribunalis, requiritur necessariò, quòd fiant citationes per eum ad certum locū, secus esset in ordinario qui iam habet certum, & determinatum locum sui Tribunalis, quia quo ad eū nō est necessaria expressio loci. Not. in c. cum parati, de appella. Rober. Maran. in 6. par. in tracta. de citatio. fol. 166. num. 64. Molin. in verbo regens

Regens officium Gubernationis de bet facere. & refert Perusa in titul. de in ius. vocan. quod licèt alias nobilibus citatis solebat expectari de gratia, quod hoc non seruabatur in Curia vniuersali dicti Regentis, scilicet quòd poterat statim reputari cótumax.

73 † Item dicto Regenti offic. Guberna. suam vniuersalem Curiam celebranti, si fortè in aliqua causa erat suspectus dabatur adiunctus, & sic administrabat cum adiuncto, & dictus adiunctus, licet dabatur ipsi Regenti, non tamen censebatur datus eius Assessori, quia suspitio afficit personam, & nõ iurisdictionem. l.1.C. si qua. prædi. potest. De qua adiunctionis materia dixi supra. Fit hoc loco mentio de dicta adiunctione, ad ostendendum qualiter dictus Regens administrabat iurisdictionem in sua vniuersali Curia, casu quo contra illum imminebat suspitio aliqua, vt iuxta For. de adiunctis dicto suspitionis casu sibi daretur adiunctus. Hæc omnia hodie cessant, vt ibi dixi, quia data suspitione contra ipsum Regen. officiũ Gubernationis, & eo recusato pro suspecto, intrat in ipsius, & eius Assessoris locum, Regens Cancelleriam Domini Regis: iuxta For. de anno 1564.

74 † Item à sententiis latis in Curia vniuersali dicti Regen. poterat appellari, vt dictum est, quod debet intelligi, quia illæ causæ non erant introductæ in Regia Audientia, & per recessum Locumtenen. recadebant ipso iure in dictam Curiam Regen. quia ab illis tantùm poterat fieri electio iurisfirmæ, & haberi illæ recursus, qui poterat haberi à sententiis latis in Regia Audientia, vt dixi secundùm Molin. in verbo appellatio. versic. Appellatum fuit. Et in verbo Regens offic. Guber. versic. fin. Ab aliis causis in dicta Curia vniuersali dicti Regentis introductis, poterat appellari ad Dominum Regem, & ab eo Iudices delegati obtineri, & etiam dictus Regens in dicta eius Curia, poterat de causis appellationum interpositarum ad Dominum Regem similiter cognoscere, sicut Primogenitus, si volebat ipse Regens: iuxta Obseruan. 4. De appella. vbi Bages, nisi illa appellatio facta ad Dominum Regem, fuisset facta, de causa alias delegata per Dominũ Regem, & sic quòd esset appellatum à delegato Domini Regis: quod præsertim militare debet, in causis reseruatis Do. Regi, quia de eis, nec in prima, nec in secunda instantia cognoscere potest dictus Regens officiũ Gubernationis. Hodie non cognoscit de causis appellationum, nisi præsideat Regia Audientia, & à sententiis latis in ea nõ appellatur, sed fit electio iurisfirmę, & de causis in prima instantia, dictus Regens potest cognoscere, vel præsidendo in Regia Audientia, & similiter à sententiis ibi latis, non appellatur non habita consideratione si in Regia Audiẽtia sint inchoatæ in prima, vel secunda instantia: vel non præsidendo, & tunc potest cognoscere, vt ordinarius, & Iudex localis, & vt infra dicetur tunc reassumit partes ordinarij, & ita tenetur Assessor Regentis celebrare Curiam, vbi solet ordinarius, & á sententiis latis per eum, vt ordinarium habetur, idem recursus qui haberi solet ab ipso ordinario.

75 † Præterea dictus Regens officium Gubernationis exercens iurisdictio-

risdictionem in sua vniuersali Curia, quam ante annum 1528. celebrare solebat in casum defficientiæ dictæ Regiæ Audientiæ, & dubitans de his quæ in dicta eius vniuersali Curia se offerebant, tenebatur consulere Dominum Iustitiam Aragonum iuxta For. 1. & For. 2. Quod in dub. & non crast. & nota. inc. cum in Ivreperitus de offic Delega. per Abba. ibi. De qua consultationis materia ponit plura Molin. in verbo consultatio. Forma consultationis faciendæ ponitur in dictis For. quod in dub. Et in For. De consulta. vide Ferre. in metho. l. in fol. 39. vbi ponit methodum processus consultæ. De qua Consultationis materia, vide titul. de Rela. C. & Maran. de ordin. Iudi. tit. de Appella. num. 7. declarando terminum relatio. Et quare huic consultatio ni sit respōdēdū per Iustitiam Aragonum, vide etiam de iure in argumentū tex. in l. solent §. Legatos. ff. de offic. Proconsl. & Leg. Hodie vero vix fieri contingunt huiusmodi consultationes sumpta occasione á For. quòd Iustitia Arago. tene. respon. Solet enim, vbi Iudices ordinarij aliquid consultant respondere dictus Iustitia, & eius Locumtenen. Non teneri. solùm enim respondent executoribus consultantibus. Item alia ratione, quia constitutum est iam, & formatum consiliū in Regia Audiētia, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, cui consilio stare tenētur dictus Regens officiū Gubernationis, & dubia quæ se offerre possunt, ipsi Regenti in executione per eum facienda, elucidantur per ipsos de Regio Consilio.

76 † Præterea dictus Regens demptis casibus, de quibus solus, vt dictum est, potest cognoscere in sua Curia vniuersali, nullas poterat prouisiones facere, nec literas expedire, nisi de, & cum consilió sui Assessoris, vel substituti ab eo. For. 1. De offic. Regen. officium Gubernationis, nec dictus Assessor poterat similiter aliquid expedire, nisi existēsin eodē loco cum Regente, Assessor siquidem, poterat dictam Curiam vniuersalem celebrare, vt dicit For. De iusti. adminis. Sed hoc tunc demū locum habebat si Regens erat in eodem loco, vt dicit ibi For. Et ante eum est For cum sæpe. De Regen. offic. Guber. quod non poss. alium, & deniq. vt dictus Regens potuisset suam vniuersalem Curiam celebrare, opus erat, vt vterq. tam ipse, quá eius Assessor, essent in eodem loco præsentes, quod hodie cessat eo Præsidente in Regia Audientia, quia licèt contingat Regen. abesse, eius tamen Assessor Curiam celebrare poterit, iuxta For. de anno 1528. De la facultad que el Lugarteniente, y Regente tienen de lleuar vno del Cōsejo. & sic celebrabat ante annum 1528. dictus Regens suam Curiam vniuersalem pèr suum Assessorem, eis in eodē loco existentibus. Habebat insuper in executorem vnū Alguazirium, quia plures habere non potest, For. Quod Regens offic. Guber. non poss. habere nisi vnum Alguazirium, & vnum tantum Notarium, seu Scribam in dicta sua vniuersali Curia: de quibus Assessore, Notario, Alguazirio, ac Portario, postea dicetur. Hos ministros habebat dictus Regens offic Guber. in sua vniuersali Curia, nec poterat alios habere, nisi illis deficientib. vt dicetur. Cum quibus ministris iuxta formam, & modum traditam ab ipsis Foris exercebat dictus Regens in dicta sua vniuersali Curia, ea quæ perti-

pertinent,& spectant ad iurisdictionem illius, de quibus dictum est supra in reseruatis. In qua dicta eius vniuersali Curia tenebatur assistere, vel dictus Scriba principalis, vel eius Regens iuxta dictum For. de
77 Tabelli. † Ex quibus omnibus detegitur qualiter in his quæ ad officiũ suum pertinent iurisdictionem exercebit, Curiam suam vniuersalem celebrando, additis his quæ disponuntur in For. 1. De Iudi. quòd vna die teneret consilium alia die Curiam, quod non seruatur secundum Molin. in verbo Regens offi. Guber. & in Fo. Quia propter.eo. tit. Quòd Aduocati in eius Curia non assistãt personaliter, sed per suas cedulas petãt quæ partibus sunt necessaria. Itẽ in For. ad remouendas eo. tit. quod faciant iurare Procuratores, quos habent in Aduocatos; quòd non seruatur. Item quòd executiones sentẽtiarum in causis criminalibus fiant iuxta formam Fori Muy conuenient.& For. Querientes. de Offic. Cãcel. Et For. De prohibi. de carce. De qua executione infra dicetur. Itẽ circa deposita quæ in eius Curia fiebant, erat seruanda forma, de qua in For. 1. iuncto Fo. 2. De de depos. duc. ad poss. Cur. De qua in For. De depos.

78 † Aut dictus Regens officium Gubernationis exercet iurisdictionem, vt ordinarius, & localis Iudex, & isto casu qualiter ipse iurisdictionem exerceat, est in primis aduertendum, quòd dictus Regens officium Gubernationis tenetur ire per regnum, vt eius præsentia gentes à maliscoerceantur, vt dicit For. 2. De Regent. officium Gubernationis, quod non poss. alium reg. face. nam vt dictum est ex sententia Glosatoris Bages, in Obseruan. in Curiis quas Illustrissimus Rex Ferdinandus post medi. Actus Curia. de iure dictus Regens, appellatur Rector Prouintiæ, cuius Rectoris officium est, vagandi per Prouintiam, argumento not. in l. Ciuitas. C. de offic. Recto. Prouin. vbi etiam Ioan. Fab. quod maximè procedit, quando dictus Regens non præsidet in Regia Audientia, quia tunc morari tenetur regulariter in Ciuitate, seu loco, in quo est Regia Audientia, argumento tex. in l. pe. C. eo. tit. de offi.
79 Recto. Prouin. † Vagando igitur per dictum regnum, solet dictus Regens mittere legationẽ pro præparãdo hospitio, & aliis necessariis quæ not. per Papon. §. 6. pag. 24. ad officiales Vniuersitatum per suam Epistolam, per Cancellariam expeditã quæ in Regestro continuari debet. cuius tenor solet esse talis.

El Gouernador de Aragon.


Mãdos de su Magestad, por cosas que importan al bien de la justicia, es necessaria nuestra presencia en essa Ciudad, o Villa: y assi seremos ahi mañana Viernes a la tarde (Dios queriendo) de parte de su Magestad os dezimos y mandamos, que para nuestra persona y del Assessor, Aguazil, Escriuano, Oficiales y ministros,

N y para

y para los demas, que con nos van, hagays proueer de posada, y de lo demas que fuere necessario, que pagarse os ha por ello su justo valor y precio. Lo demas entendereys de nos quando a essa Villa llegaremos. Dat. en &c.

Don Juan de Gurrea Gouernador de Aragon.

V. Bardaxi Assessor. *Losilla.*

A los amados de su Magestad los Iusticia y Iurados de &c.

Isto vel simili modo debet scribi litera de aposento. Dicitur in ea, q̃ pagarse osha. istud debet apponi, ex quo familiares, & domestici Domi. Regis tenentur soluere posatas, vt dicit For. Vt fa. & domes. quod qualiter procedat, vide Paridem de Puteo in tracta. sindi. §. expressæ. fol. 111. Cassan. in consuetud. Burgund. tit. des justices. §. 5. num. 5. fol. 31. Et de hospitibus, ponit plura Auenda. de exequen. manda. Reg. lib. 2. c. 8. De facto vidi seruari, quod nõ soluũtur hospitia, in camas, sino lo q̃ se

82 gasta de casa † Eo ingresso dictam ciuitatem, seu villam solet fieri euocatio causarum, ex officio, mediante quodam Cartello, cuius tenor est supra insertus in materia euocationis, quo mediãte euocantur omnes causæ, tam motæ, quàm mouendæ, quæ consuetudo vt dictum est, est contra dictũ For. 2. de Regen. offi. Guber. quod non poss. alium Regen. facere, qui prohibet euoca. à locis habẽtibus priuilegia, & à non habentibus priuilegia, prohibet euocari causas ceptas, nisi criminales graues. Operatur tamen multum circa iurisdictionem, dicta consuetudo: Molin. in verbo Consuetudo.

83 † Sed an euocatio sit necessaria quòd causas nondum ceptas; crederem quod non: quia Regens officiũ Gubernationis habet in territoriũ, dictum ordinarij territorium, in quo personaliter reperitur, & est Iudex vniuersalis, & superior, etiam si alius præsideat in Regia Audientia, saltem habitu, & potentia, & consequenter poterit ibi exercere iurisdictionem, & isto casu esset locus præuentioni. Verum est, quòd si simul quis citaretur ab ordinario, & etiam à dicto Regente, quod teneretur corã maiore comparere: argumento tex. in l. contra pupillum, §. quia maius Tribunal. ff. de Re iudi. & quòd possit exercere absq. euocatione causas nondum ceptas, videtur For. ad hoc, in For. Nos Primogenitus. De empara. vbi, absq. aliqua euocatione D. Rex, Primogenitus, & Regẽs, in locis quibus personaliter reperiũtur emparant. Et vt dictũ est potius videtur dubitandum si per aduentum ipsius Regentis, cesset iurisdictio ipsius ordinarij inferioris. Ad not. in cap. volentes. de offic. Lega. Et per Papon §. 6. fol. 24. quàm quod per ipsum ordina-

ordinarium impediatur superior de his, quæ ad inferiorem pertinent cognoscere, nam superior potest de his quæ ad inferiorem pertinent cognoscere. Inno. in c. cum ad Ecclesiarum de offi. ordi. & sic crederem dictum Regentem, seu eius Assessorem posse prouidere appellitus, & alias primas prouisiones facere, & de causis non dum ceptis cognoscere, absq. eo quod euocatio præcedat, nam circa causas nondum ceptas nihil disponit Forus, ergo quoad eas debemus remanere in dispositione iuris communis: l. commodissimè, ff. de lib. & posthu. & de iure vt dictum est, potest superior de his quæ ad inferiorem pertinent cognoscere. dicta ergo euocatio causarũ mouendarum hoc operabitur, quod per illam tollitur facultas recurrendi ad dictum ordinarium, quod poterat facere, nam ante euocationẽ erat in partis facultate recurrere ad dictũ ordinarium, vel Regentem, vbi personaliter residet. Ad nota. in dicto c. cum ab Ecclesiarum, vbi Barba. num. 4. Quæ facultas tollitur per dictam euocationẽ, nam per illam tollitur iurisdictio, & potestas ordinario cognoscendi de causis, quæ fortius quàm appellatio suspendit iurisdictionem. c. vt nostrum vbi Euiri. Boic. de appella. & licet siue euocatione possit de causis nondũ ceptis cognoscere, nihilominus tamẽ regulariter fiũt huiusmodi euocationes causarum motarum, & mouendarum alias non se intromittit Regens in cognitione causarum, quia videtur inconueniens, vt de eodem iuditio ordinario fiant duo tribunalia, & concurrant eodem tẽpore, vt dicit Papon. dicto §. 6. fol. 24.

84 † Facta igitur huiusmodi euocatione Assessor ipsius Regentis officiũ Gubernationis, nomine ipsius reassumit iurisdictionem ipsius ordinarij, & facit omnia quæ ipse ordinarius facere tenebatur, & subrogatur in locum ipsius ordinarij, & consequenter debet sapere naturã illius. l. eum qui. §. qui iniuriaũ ff. si quis cautio, & sic dictus Assessor celebrabit Curiam eodem tempore, & loco quo ipse ordinarius celebrare tenebatur, & eodem modo quo ipse tenebatur, nõ tamen cum ministris ipsius ordinarij, sed cum ministris ipsius Regentis, scilicet cum Notario, Alguazirio, & Portario dicti Regentis, & sententiæ quæ ab ipso Assessore proferentur erunt eiusdem qualitatis, & naturæ cuius essent si ab ipso ordinario fuissent prolatæ, & habebitur ab eisdem recursus, qui haberetur à sententiis ipsius ordinarij, & sic si per dictum Assessorem profertur aliqua sententia interlocutoria, & post recessum dicti Regentis á dicto loco contingat, quod dicta sententia interlocutoria lata per Assessorem, petatur reuocari coram ordinario, poterit illam si sibi videbitur dictus ordinarius reuocare, licèt lata fuerit per Regentem, seu eius Assessorem, ita fuit determinatum, vt refert Pertusa in lib. de ter. in tit. de offi. Regen. Guber. fol. 21. & in tit. de appreben. §. 1. versic. In quadam consulta. fol. 216. & hoc per regulam supra traditam, quod subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. similiter si per dictum Assessorem proferatur sententia diffinitiua, habebitur ab ea idem recursus, qui solet haberi ab eadem si lata fuisset ab ordinario, & sic poterit ab ea appellari

ad Regiam Audientiam, vel Curiã
85 Iustitiæ Aragonum. † Et poterit idem Regens si præsideat in Regia Audientia cognoscere de causa appellationis, quia vt alius iudicauit, in loco, scilicet, vt ordinarius, & vt alius in Regia Audientia, quia vt præses in ea. non tamen dictus Assessor, quia ex quo ipse realiter votauit, & declarauit animum suum in prima instantia, erit suspectus in secunda, & sic non poterit in ea iudicare. For. Item statuimus. de Iudi. & isto casu poterit dictus Assessor substituere alium Assessorem loco eiusdem suspecti. vide Moli. in verbo Regens officium Gubernationis, nõ potest sibi assũmere. vbi allegat glo. in l. eos. C de appella. not. in c. querellam de elect. c. Iu dices, 3. q. 7.

86 † Ex quibus clarè detegitur qualiter quando, vt ordinarius, iudicat exercere debet iurisdictionem: quia eodem modo, & forma quibus ordinarius: etsi quoad executiones sententiarum criminalium, vidimus seruari oppositum, nam de Foro dictæ executiones debent fieri de sole ad solem, & in locis publicis, & solitis, For. Querientes. de Offi. Cancel. Fo. Muy conuenient. De Iudi. In For. De la prohibicion de carce. Et isti Fori tenaciter seruantur à Iudicibus ordinariis, quod non fit per Regentem officium Guber. licèt vt ordinarius exequatur, quia solet in montibus exequi, & ita fuit factũ in quodã qui erat captus Cæsaraugustæ, & aliàs cõdemnatus per Iudicẽ ordinariũ Fragæ, & mãdatus restitui Iudici Fragæ, cũ cæpit dictus Regens, & ducens ad Villam Fragæ, statim ingressus terminos Fragæ, euocatis causis (quę euocatio necessario faciẽda erat, ex quo sine ea, non potest se intromittere de causis cæptis, & actitatis per ordinarium, iuxta dictum For. 2.) eum ibi suffocauit, quod non licuisset Iudici ordinario. & an liceat illud Regenti, vel Locumtenen. dicetur in processu criminali, seruando tamen For. quoad tempus, nam semper fit executio de sole ad solem, licèt montibus.

87 † Hic modus, & ordo procedendi tamquàm Iudex ordinarius loci non potest competere ipsi Regenti in Ciuitate Cæsaraugustæ, vbi est Regia Audientia, quia si in ea, præsidet Locumtenens gener. vbi personaliter est Locumtenens, non exercet iurisdictionem Regens offic. Gubernat. & si ipse Regens præsidet, ex quo per priuilegium non potest, ex officio causas euocare, nec iurisdictionem Zalmetinæ Cæsaraugustæ impedire, semper in ea cognoscet, vt Præses in Regia Audientia, & de causis expectant. ad ordinarium cognoscet vterq. ita quòd erit locus pręuentioni.

88 † Habet se ergo Dominus Regens officium Gubernationis, tamquam ordinarius, in his quæ ad ordinarium spectant, & sic licèt in Regia Audientia proferantur sententiæ in tertia persona, & legantur sententiæ ab ipso Notario, secus erit in locis: quia ibi, idem Assessor, representans ordinarium, leget suam sententiam illam in persona propriar dictando, Proferimus, &c.

89 † Nihilominus tamen licet Locumtenens præsideat in Regia Audientia, & dictus Regẽs in locis qui bus reperitur exerceat, vt ordinari⁹, ea quę ad ordinariũ pertinẽt, poterit expedire, & solet illud facere, Literas missiuas

misſiuas per Cācellariam, eo modo quo D. Rex, vel eius Locumtenens gener. ſolet illas expedire.

90 † Poterit etiam prouidere appellitus captionarios cōtra Nobiles, in eodem loco perſonaliter exiſten. & alios qui ſunt de iuriſdictione dictorum Quatuor. Et hoc ad finem remittendi, argumento Obſer. pro parte militum. Actus Curiæ. Et Fo. quandocunq. circa fi. de Appelli. & quæ refert. Molin. in verbo de Infan. habitan. in loco Dominorum, col. 2. vidimus etiā obſeruari, quod Locumten. gener. qui non poteſt tenere duas Curias vniuerſales, prouidere appellitus captionarios Nobiliū Dominorum vaſſallorum, &c. Etiā extra locum Regiæ Audientiæ, dū cum vno ex cōſiliariis Regiis vadit per regnum, & etiam prouidet perhorreſcentias, & remittit cauſas euocatas ad Regiam Audientiam, & ſimiliter captos eos qui ab ordinariis caſtigari non poſſunt remittit ad dictam Regiam Audientiam. dictam ergo captionem debet poſſe facere Domin. Regens officium Gubernationis, ex eis cauſis quibus Infantiones, & ceteri, iuxta dictum Forum Quandocunq. Ad inſtantiā. partis poſſunt capi ad dictum finem remittendi, & in Obſer. Nobiles, vel Dominus vaſſallorū de For. cōpet.

Quæſtio ſeptima & vltima.

SVMMARIVM.

1 *Primo, quoad Primogenitū, Primogenitus impeditur, ſi in eo deficiant requiſita, de quibus in 4. quæſt. in prin. ſcilicet. quia ſit minor 14. annorum, quod non ſit Iuratus, quod non habeat mandatū, & hoc qualiter procedat, quod nō iurauerit, quod careat Viceeance. aut Regent. Cancel.*

2 *Impeditur in præſentia patris iuriſdictionem exercere.*

3 *Impeditur Primogenitus ſi eſt abſens à Regno.*

4 *Impeditur quandoq; in particularibus cauſis, vt eſt in cauſis quibus D. Rex partem facit.*

5 *Impeditur literas concedere ad turbandum, & impediendum officiales Iuſtitiæ Aragonum.*

6 *Impeditur Alcaydum facere qui ſit alienigena.*

7 *Impeditur habere ceſſam actionē ciuilem, aut criminalem.*

8 *Metus reuerentialis non debet impedire, quominus Regi, & Primogenito literæ præſententur.*

9 *Impeditur habere Alguazirios, & executores vltra numerum.*

10 *Impeditur captos ponere in fortalitiis, & Aljaferia.*

11 *Impeditur commiſsiones dare ſuper executione pœnarum.*

12 *Impeditur in carcere manifeſtatorū intrare.*

13 *Impeditur dare Commiſſarios in prima inſtantia. etiam ad referendū, & colligendum.*

14 *Impeditur prouidere manifeſtationes à poſſe Iudicum, & dictas manifeſtationum cauſas euocare.*

15 *Impeditur noua, & inſolita onera imponere.*

16 *Impeditur ſuper vſuris inquirere.*

17 *Impeditur non procedent. appellitu, vel fragant. aliquem capere.*

18 *Impeditur in perſonis Iuſtitiæ Aragonum, Locumtenent. Not. & Virga.*

49 *Impeditur Procuratorē in Curia suu in Notarium admittere.*
50 *Impeditur prouisionibus Iustitiæ Aragon. & eius executoribus in executione resistere.*
51 *Impeditur prouisiones, sine consensu Assessoris facere exceptis quibusdā.*
52 *Impeditur cōtra officiales inquirere.*
53 *Impeditur in locis dominorum prouisiones aliquas facere.*
54 *Impeditur præterea dictus Regens exercere, in omnibus quibus Primogenitus impeditus esse censetur, quæ summatim recensentur.*
55 *Impeditur insuper dictus Regens salarium, & aliquid aliud à partibus ratione administra. Iustitiæ recipere, & qualiter intelligatur Fo. De pen. corrumpen. Iudi. & quando sit licitum capere esculenta, & poculenta, & quæ illa dicātur, & quid de consuetudine solet Regens recipere.*
56 *Potest Regens si in præmissis, & aliis deliquerit, vt offi. delinquens accusari, & via accusandi eum à foris facilitatur, vt etiam Aduocati Regni id facere teneantur.*
57 *Et in præmissis si delinquerit, an & quando excuset eum Consiliū sui Assessoris, vt in his quæ voluntariæ, parte non petente petat Consiliū, illum, non excuset, & ibi nonnulla de dicto consi. Assessoris, & de intellectu. For. vni. de Assesso.*
58 *Impeditur vltimo exercere, si eius officium finiatur renuntiatione, priuatione, reuocatione, vel morte. cuius mors debet haberi pro notoria.*



1 CIRCA vltimā quæstionem, scilicet quibus modis prouisus de officio Gubernationis, impeditur, vti exercitio, & iurisdictione illius.

Principio, circa Primogenitum, est dicendum, non habita consideratione, illius temporis, quo in totum fuit, ei sublatum exercitium iurisdictionis, quòd fuit ab anno 1348. quo tempore fuit conditus Fo. Quia secundum. Quòd Regens offi. Guber. fit Mil. simpl. vsq. ad annum 1366. quo tempore fuit æditus For. Quod Primoge. maior quatuordecim annorum. Quòd dictus Primogenitus impeditur, vti exercitio, & iurisdictione dicti officij, si in eo deficiat aliquod ex requisitis supra traditis in 4. q. principali, videlicet, si deficiat in eo ætas quatordecim annorum, incapax est ad Regendum, vt ibi diximus. Idem si concurrat aliud impedimentū mentis, quia sit demens, vel alterius, à iure considerati, ad impediendum exercitium iurisdictionis, nam vt ibi diximus, dictum Gubernationis, & Procurationis generalis officium, solum potest Regi, per dictum Primogenitum, non per eius Tutores, vel Curatores, sed per dictum Regentem officium Guber. & propterea in capacitas ipsius Primogeniti, solū suppletur per ipsum Regentem.

Item impeditur vti officio Gubernationis, donec ab Aragonensibus sit iuratus, vel habitus pro iurato, vt ibi in 2. requisito diximus.

Item impeditur vti, donec habeat commissionem à domino Rege patre, quòd etiam qualiter procedat, ibi diximus in 3. requisito.

Item impeditur, vti donec iurauerit, nam per dictum iuramentum & cum eo, confertur exercitium iurisdictionis, vt ibi latè diximus in 4. Requisito. Deniq. defectus Præmissorum, impedit vti dictum Pri-

mogenitum dicto officio, & iurisdictione illius.

Item si vt supra diximus dictus Primogenitus tenetur omnia per suũ Vicecancella. aut Regentẽ Cancellariam expedire, demptis Empara. & recomendatione personarum in criminalibus, sequitur, quòd defectus dicti Regentis impediet dictum Primogenitum in exercicio dicti officij, & non tantum defectus personæ, sed & defectus consensus illius, vt per Fo. de offic. Locumtenent. & Primogeni. de quo etiam dixi supra in §. Requisito in dicta 4. quæst. prin.

2 † Item præsentia domini Regis eius genitoris, impedit ipsum Primogenitum vti exercicio iurisdictionis dicti officij propter reuerentiam Paternalem, & Regalem, illius à quo omnis iurisdictio fluit. Ad notata in. c. Volentes de offic. Lega. vt dixi in præcedenti quæst. vbi dixi quod in loco quo vterq. reperitur non exercebit Primogenitus, secus si non sit in eodem loco, cum patre, sed alibi, licèt vterq. in Regno, quia tunc vterq. exercere poterit, vt ibi dixi in dicta præcedenti quæst.

3 † Item absentia eiusdem Primogeniti à Regno, impedit eum vti dicto officio, imo eo statim Regnum Egresso, statim intrat dictus Regens ad regendum, & exercendum, dictum officium, & hoc per regulas triuiales, quia eius iurisdictio habet pro territorio Regnum, extra Regnum ergo existens, iam dicetur extra territorium esse, cui impune extra illud non paretur, l. fi. ff. de iurisdic. om. iudic.

4 † Præmissa sunt, quæ in totum impediunt vti, ipsum Primogenitum, officio Gubernationis. Sunt tamen plures Fori, & Obseruan. quæ in particularibus causis, & negotiis, similiter prohibent dictum Primogenitum vti exercitio illius.

Primo, in casu For. Quod inhibi. Iustitia Aragonum, &c. vbi prohibetur dictus dominus Primogenitus Gubernator Aragonum officium suum exercere, in causis quibus dominus Rex, partem facit, ex quo de illis est tantum Iudex Iustitia Aragonum, vt per plures Foros est prouisum, scilicet de Procura. Fis. For. 1. & 2. Et For. Item quòd in omnibus de offic. Iustitia Aragon. Obseruan. Item de omnibus causis. De priuileg. mili. & Obseruan. Item in Aragonia. inter pre. quaf. & in qui. & quia de eis dictus Primogenitus, se intromitebat contra dictas forales dispositiones, & inhibitiones Iustitiæ Aragonum inde emanatas, ac etiam consuetudinem de eo introductam, ideo facta fuit dicta prohibitio. Quando dicatur factum contra inhibitionem vide in. c. Cum à nobis olim de elec. & an qui facit contra inhibitionem videatur turbare Iudicis inhibentis iurisdictionem, & sit puniendus, tamquam turbator, vide Innocen. in c. Pastoralis. §. Præterea de offi. De lega. & dictus For. qui disponit esse procedendum contra præmissa facientes: an comprehendat dictum Primogenitum Gubernatorem, & sic quod dictus Primogenitus possit de præmisis accusari infra dicetur.

5 † Item in casu Fori quòd impetrans lite. prohibetur similiter dictus Primogenitus literas eum esse concedere, ex quo per dictum Fo. Iudicantur nulle tendentes ad impedien-

pediendum offic. Iustitiæ Aragonū, idem si concedantur ad impediendum officium cęterorum Iudicum, & Officialium foralium:non enim dominus Rex nec Primogenitus attentis foralibus dispositionibus ta lia facere debent,& ne id fiat censen tur,& reputantur à Foro nullæ tales literæ,& prouisiones,per For. fi. de Comis. & Res. & Officiales qui tali bus literis nullis vsi fuerint,apponitur pœna Fori de qua in Fo.De his, quæ D. Rex. versi. Quòd si contra prædicta. & debēt puniri per ipsum Iustitiā Aragonum, & eius Locum tenen. vt fuit deter. in eius Curia 1432.vt refert apostilla in dicto Fo. Quòd impe. literas.

6 † Item pari ratione, in casu For. 2. de Alcay. censetur impeditus, & prohibetur vti dicto officio, in pro uidendo officium Alcaydiatus,exte ris:per regulam foralem disponentem,quòd offic. Arago. sint de Ara gon. vt in plurí. rub. & For.Situat. in fi. 1. lib. Fororum. De quo officio Alcaydiatus.ponit plura Mol. in verbo Alcaydus.

7 † Item pari ratione dictus Primogenitus impeditur in casu For.2, de Dona.vbi prohibetur habere cessam actionem aliquam ciuilem, aut criminalem. Similiter etiam in casu For. De prohibi. alie. rei. litig. in prin. prohibetur in eum alienatio rei litigiosè,de quibus ponit Moli. in verbo Actio.vers.4. Et in verbo cessio,vers.1.& 2.& in verbo aliena tio rei litigiosæ est prohibita.Exquo For.2.de dona.not.ibi Pertusa,quod in Fiscū non potest transferri actio ciuilis,nec criminalis,sub pœna ibi statuta,nec valet pactum cum eo factum,vel cum alio,ne ab accusatione possit desistere,& quia pœna cō tra facientis est ammisio actionis,& accusationis, vide prouisas Firmas, in vim dicti Fori, ne in vim dictarū accusationum procedatur, licèt ad id debet multum animaduerti, ne fiat talis prouisio cum qualibet, probatione, deberet enim esse instrumentalis, arguendo ab speciali: Infertur ex dictis Fo.quòd in alios quam dictos dominos Regē,& Primogenitum, potest fieri alienatio: vt est apostilla,in dicto For.de Pro hi. alie.rei litig.& ponit Mol.in lo cis supra dictis.

8 † Præterea metus, & reuerentia, quæ Regiæ Maiestati,& Primo geniti digintati debentur, solet effectualiter quandoq. exercitiū iurisdictionis impedire,& consequenter prouidet For. de Inhibi. D. Reg. præsen. quòd sine dicto metu,prouisiones, eisdem præsententur: & propterea in For. Statuimus. de Su praiūcta.statuitur,quòd executores, siue sint Supraiunctarij, siue Portarij,aut Virgarij, Curiæ Iustitiæ,qui bus,vtplurimum præmissa Cōmitū tur, quòd hi sint astricti ad præmissas prouisiones præsentandum, dicto D. Primogenito, & aliis supre mis Iudicibus, super quo vide non nullas deter. relatas per Pertusam in dicto For. de inhibi. domini Re gi præsen. Molin. in verbo Supraiunctarij, vel eorum Locūtenen.

9 † Item circa nominationem Alguaziriorum, & creationem Supraiunctariorum. statutū reperitur, vt Primogenitus intelligatur impeditus creare, seu habere vltra duos Al guazirios, in sua Curia.For.de Offic. Alguazirij, & similiter prohibetur creare Supraiunctarios vltrā numerum statutum, præterquam in casu

casu For. 3. de Supraiuncta. videlicet quando se offert necessitas, & facta inuestigatione, in loco, vbi sunt dominus Rex, aut Primogenitus, si ibi non reperiantur, possunt tunc creari pro modo exigentis necessitatis, de qua inuestigatione habet constare per acta, nec sufficit per testes: vide Pertusam in dicto For. 3. vbi refert quandam creationē per Regentem offic. Gubernationis factam, executione cuiusdam apprehen. plures si quidem Fori reperiuntur, aediti ne vltra numerum à For. Statutum, creentur officiales, ideo in praedictis foris disponitur, quòd nisi concurrat necessitas, non fiat creatio praeternumerum à For. Statutum, de dictis Alguaziriis, & Supraiunctariis.

10 † Praeterea impeditur Primogenitus apponere captos in fortaliciis, sicut prohibentur dominus Rex, eius Locumtenen. genera. & Regens officium Gubernationis, per Fo. de Custo. Reo. nam licèt dictus Forus non loquatur de Primogenito, ex eadem ratione qua habet locum dispositio in domino Rege, & Regente officium Gubernationis, debet habere locum in Primogenito, nam si ommisisset Forus loquitur de Primogenito, est ex causis supra traditis, & sic prohibita est in Primogenito carceratio in fortalicio, ex quo cum sit malus carcer, sapere torturam intelligitur, quae prohibita est de Foro. Quòd dictus malus carcer sapiat torturam, vide in l. si hominem. ff. de Postul. not. in clem. 1. de hęre. glo. in prac. Sancti. titul. decis. fol. 112. Quae tortura prohibita est de Foro: vt in priuileg. genera. §. Item que turment, & cum de Foro, & iure ciuili carcer non detur ad poenam, sed ad custodiam. l. si tamen. §. ei qui. ff. de aedi. aedic. ideo non debet esse talis carcer, qui sapiat potuis poenā quā custodiam, secus de iure Canonico, quia potest dari carcer ad poenā: Panor. in cap. vt famae de sentent. exco. & propterea in d. For. de Custo. reorum in Vassallis Religionū, dicitur seruandam consuetudinem. De hac materia dico in processu criminali, & quod dicitur de fortalicio idem dicendum est de Aljaferria, vt in Fo. de la prohibi. de carcel.

11 † Insuper dictus Primogenitus impeditur in casibus Fororum de Commissio. & ref. & de Commis. itine. & de Commissa. super execu. poena, scilicet dare commissiones super exactione poenarum appositarum, contra apponentes gipsum, vel sal in vino, &c. De quibus in dicto Fo. de Commis. super execu. poena. & hoc propter vexationes, quae à dictis Commissariis inferri solebant, & ratione personarū solet dici, quòd Commissio est odiosa, ideo Commissarij sunt dandi quanto minus dari possint. l. Si vacantia, vbi Luc. de Pen. de Bonis vacan. lib. 10. C. neq. Notarius. cui fuit aliqua Commissio potest illam testificari. Bald. in l. Iudices. C. de fide instru. & sic dictus Notar. non potest fungi vice duorū, Quādo hoc fieri possit. Bal. in l. si consul. de Adop. ff. Guid. Pape decis. 127. qui concludit non esse credendum Nōtario attestanti sibi factam commissionem, de qua Commissariorum materia, vide Molin. in verbo Commissarius, Rebuff. 2. tho. in titu. de Rescrip. vbi est longus tractatus Rescriptorum, & Cōmissionū, & pro declaratione dictorū Fororū de Cūmis. vide in eis Pertusam.

† Item

12 † Item à Foro Incipiente. Razó nable cosa es. De offi. Iustitiæ Aragonum. similiter impeditur, dictus Primogenitus intrare carcerem manifestatorum, nam eadem ratione, qua fuit introducta prouisio manifestationis, quæ vt dicit Molin. in verbo Manifestatio. versi. 1. fundatur in c. Cum apud 11. quæst. 3. per quem fuit condita. l. Si vendicari. C. de pe. hoc est vt furor, & rigor iudicis euitetur: & quia si inter alios captos, & detentos, detineatur manifestatus, sicut contra non manifestatos, sic etiam contra eos datur facultas animaduertendi, saltem de facto; ideo fuit bona prouisio, quòd dominus Rex, Primogenitus, & cæteri de quibus in dicto For. Razonable. non possint intrare prædictum carcerem. vidimus de facto fuisse suffocatum in carcere, per Comitem de Melito, Locumtenentem generalem, quendam Ferrerium de Curia; & iste casus dedit causam ædicto, quòd dictus Forus Razonable, mandaretur executioni, & sic fuit factus dictus carcer manifestatorum: de quo vide Molin. in verbo Carcer. Et in verbo Manifestatio.

13 † Insuper impeditur dictus Primogenitus in casu Fori de offi. Delega. impeditur, siquidem dare cõmissiones in prima instantia, præterquã si ex causa suspitionis Iudicis, & loci euocentur, vt in Declara. priuileg. §. 13. In casibus tamen permissis à Foro, fieri potest ad refferendum, & colligendum, non tamẽ ad pronuntiandum super casibus ibi cõtẽtis. Pro cuius Fori declaratione est videndus Molin. in verbo Delegatus. versi. Delegare non potest dominus Rex. veritas est quòd Primogenitus, nec in prima aut secunda instantia potest dare commissiones, nec habent locum, in causis reseruatis domino Regi de quibus dictum est supra.

14 † Impeditur etiam dictus Primogenitus in casu For. 1. de Manifesta. scrip. nam ibi prouidetur per D. Regem, Primogenitum, & alios Officiales Regios, non posse fieri manifestationem à posse Iudicum, manifestationem inquam, personarum, nec scripturarum iudicialium, scilicet processuum, actorum, sententiarum, vel aliarum scripturarũ Iudicialium. Deniq. manifestatio à posse Iudicum fieri non potest, nisi per Curiam Iustitiæ Aragonum, ratione officij sibi iniuncti, quod est curare, vt Officiales Regij foros seruent, vt dictum est supra. Alia manifestatio quæ fit à posse priuatarũ personarum, ortum habet, à titu. de libero homine exhiben. & delibe. exhiben. & in quo differãt illi titul. Dico in verbo Manifestatio. in prin. hec bene potest fieri per quoslibet Iudices. ita asserit Moli. fuisse deter. in verbo Manifestatio. versi. 4. de qua manifesta. ibi Molin. & Pertus. in lib. deter. eo titul. Impeditur etiam dictus Primogenitus causas dictarum manifestationum ad se euocare, iuxta dictum for. de Manifesta. script. in fi.

15 † Prohibetur insuper Primogenitus à For. Præsentis Regni nouas & insolitas exactiones, & onera insolita Regnicolis imponere, hoc statuitur in For. 3. de Conserua. patrimo. ponit Molin. plura in verbo Pedagium. versicul. 1. vbi etiam, ponit remedium contra huiusmodi exactiones insolitas, per viam iurisfirmæ, modo quo ibi. Pro quibus nouis exactionibus, & oneribus, an & quando

quando de iure possint imponi, videndus est, Auenda de exequen.māda. Regiis lib. 2. c. 2.

16 † Impeditur præterea dictus Primogenitus inquirere super crimine vsurarū, & id quidē nō facere, iurare tenetur, iuxa For. Actus super Inquis. vsu. ponit Mol. in verbo vsura. versi. Vsurarum Inquisitionem. nam licèt vsura, sit mixti Fori, nihilominus, licèt Ecclesiasticus possit de eo inquirere, non tamen secularis, nec processus gestus per Ecclesiasticum, conferre debet seculari, secundùm notabilem For. Quòd in factis vsu. à quo notat plura Molin. in verbo Vsura. Versi. primo. dictaq. prohibitio fundatur ex regula generali, quòd in Aragonia sit prohibita Inquisitio, demptis certis casibus relatis, per Mol. in verbo Inquisitio.

17 † Item impeditur dominus Primogenitus, capere aliquem nisi fragante maleficio, vel cum appellitu, sicut de quolibet Iudice de Foro Statutū est. vt in Foris de Appellitu. signanter in For. El Señor Rey. Quinimo dictus Primogenitus iurat nō prouidere appellitum captionariū, quem sciat esse fictum, For. Por appellidos. de Appelli. idq. ex formula eius iuramenti supra inserta detegitur. & licèt ex huiusmodi prouisione, non capiendi nisi in fragantia, vel cum appellitu tollatur occasio inferendi, vexationes, quę ex captura possint inferri, tollitur tamen occasio animaduertendi in facinorosos, qui multoties dantur ad manus Iudicis, & quia non præcedit appellitus, nec fragantia, non possunt capi. Deberet in hoc de decenti remedio prouideri. De qua materia dicetur in processu criminali.

18 † Præterea impeditur dominus Primogenitus exercere iurisdictionem aliquam criminalem, in personam Iustitiæ Aragonum, eius Locumtenentiū, Notar. prin. Regent. Scriba. dictæ Curiæ, & duorū Virgariorum, For. Ia sea de offi. Iusti. Arago. de quo per Molin. in verbo Iustitia Aragonum, & eius Locumtentes. vbi ponit quæstionē quid de delictis ante officium commissis.

19 † Similiter impeditur dictus Primogenitus tollere, mutare, seu alterare, monetam Iaccen. cuius cursus est in Regno. idq. Rex Iacobus iurauit se seruaturum, & idem facturum charissimum Iacobum, eius filium Primogenitum cum fuerit etati. quatuordecim annorum, vt in For. de 2. confirm. mone.

20 † Præterea sicut dominus Rex, ita etiam Primogenitus, impeditur habere præter vnum Procuratorem Fiscalem, & duos eius substitutos, iuxta Foros de Procura. Fisca. & Procu. Fisci. De cusus Procura. Fiscalis materia viden. Molin. in verbo Procurator Fiscalis. qui si delinquit, potest vt Officialis delinquens accusari, vt dicit Bages in Obser. nota, super quibusdam. De priuileg. & de priuileg. genera. & de priuilegijs Fisci ponit plura Paul. de Cast. in l. fi. C. de priuileg. Fis.

21 † Insuper dictus Primogenitus impeditur aliquē extrahere ad suo Iudice, ratione, rei sitæ, vt dicit For. Cū secundum. de Iud. nam in hoc dictus Gubernator iudicatur ad, paria, cum cæteris Officialibus per regulā generalem de qua in priuileg. gene. §. Item quæ como. in decla. priuileg. quòd nemo extrahatur à suo Iudice ordinario, & locali, ratione tamen rei sitæ, habet actor duos Iudices & coram quolibet eorum valet conuenire reū ratione, rei sitæ, vel

vel Iudicem domicilij ipsius rei, vel iudicem vbi res est sita, pro vt declarat dictum forum cum sint. Pertusa, ibi: vide Moli. in verbo actor & reus. vers. reus quilibet. Soci. in
22 tractatu fallen. regula. 10.

† Impeditur etiam Primogenitus, iurisdictionem suam exercere contra Iudæos, & Sarracenos locorum dominorum, ex causis contentis in Fo. Pro vt. de iudi. quia tamen iam, dicti Iudæi & Saraceni cessarunt, ideo quia dictus Fo. est in correctis, non est super illius decla. insistendum: videndus est Pertusa, super eodē Fo. Molin. in verbo Sarraceni. vers. Sarracenos. vassallos.

23 † Præterea in casu Fori nos Primogenitus noster. Impeditur dictus Primogenitus Emparas bonorum facere, singularium Regni, non prorogantium eius iurisdictionem, pręterquā in eodem loco, quo personaliter dictus Primogenitus reperitur: Mol. in verbo. Emparamentū. vers. 2. De qua materia Emparamenti, vide in l. non solum. §. Morte ff. de no. ope nuntiatio. vide Bar. & Alex. 8. in col. l. hæres. ff. ad Treb. Ball. 2. ad leg. Ro. de Iac. & post alios Rebuff. 1. tho. pag. 143. cum sequē. & plura per Mol. & quæ ibi habeo in verbo Emparamentum.

24 † Impeditur etiā Primogenitus, habilitare eum officialem qui accusatus, allegauerit se clericum esse, vt in Fo. quod offi. execu. & minis. iuris. Regiæ sint lai. & non cleri. de qua materia vidēdus est Couarru. c. 33. nu. 6. vers. est etenim. in pract. qq. Idem est de iure c. 2. & c. sed nec procuratores. ex ne cleri. vel mona. Rebuff. asserit eandem legem esse in Francia. 3. tho. pag. 92. titu. vt laici. non conue. in fi. Anto Gomez. 3. tho. suarum resolu. c. quando res gaudeat immunita. nu. 7.

25 † Impeditur insuper dictus Primogenitus extrahere captos à Regno, in casu Fo. quod nullus cap. extraha. qui Fo. licet loquatur de d. Rege, & Regente. offi. Gubern. & non de Primogenito, debet tamen de eodem intelligi ex identitate rationis. Pro declaratione cuius Fori videndus est Fo. 2. de gene. priuileg. allegatus per Pertusam ibi, & quæ ponit Moli. in verbo extra Regnum. potest tamen extrahi à Regno in casu exilij, vt in dicto Fo. & casu condemnationis ad galeras. iuxta Fo. de anno. 1564. & foros de Leno.
26

† Item impeditur contra For. de prælaturis. Venire dictus Primogenitus, in illis verbis. A todos y qualesquiere Gouernadores, Iusticias, &c. Intelligimus saltem disposita per illum fo. in D. Rege, locum habere in eius Primogenito. De iuribus cuius fori, dico super declaratione illius.
27

† Item impeditur dictus Primogenitus, guidaticum, aut remissionē aliquam cōcedere officialibus, executoribus venientibus cōtra dispositionem Fo. de Alguazi. D. Reg. & non seruantibus in suis executionibus formam illius fori, vt dicitur in fine illius fori.
28

† Impeditur insuper dictus Primogenitus in processibus Inquisitionum quas contra officiales facere potest, præiudicare iuribus partium, cum sententia contra Inquisitum per eum lata, vt dicit fo. 1. de gene. priuilegijs.

O Itēm

ITEM impeditur dictus D. Primogenitus, remittere prolatio nem sententiarum, in causis criminalibus ad curias generales, imo habent proferri ad vnam solam requisitionem, iuxta Fo. 1. decir. abre ui. & licet ista de remissione ad curias ab vsu recesserint, & sit seruandus ordo. iuxta Fo. de modo & For. proceden. & licet ibi asseratur quòd proferatur sententia infra. 20. dies, intelligitur post requisitionem factam ab ipsa parte. vt latè per Deci. cons. 2. De quo infra super processu criminali vbi agitur de sententia.

ITEM impeditur dictus Primogenitus executorias concedere, non facta fide de instrumēto debiti. Fo. fi. de execu. rei. iudi.

30 † ITEM ex quo Fori, de anno. 1528. habent locum in Primogenito, & eius offi. sequitur dictū Primogenitum præsidentem in regia Audientia, esse impeditum à Fo. 4. Del Reparo dela Audiētia Real. dictam regiam Audientiam continuare extra ciuitatem, Cæsaraugustæ, præterquā in casibus à dicto Fo. dispositis.

31 † ITEM impeditur dict. Primogenitus de omnibus domino Regi reseruatis cognoscere, nam de illis per dispositiones supra positas in reseruatis domino Regi constat, solum dominum Regem, vel cui ipse demandauerit, posse cognoscere, vt ibi dictum est. verū est quòd si super reseruatis esset iam, cepta causa, in Regia Audientia, præsidente in ea. Dom. Rege vel eius Locumtenente generali, quia vt dictum est potest de reseruatis, cognoscere in vim, verborum, suæ commissionis vt dictum est, & in ea intraret ad præsidendum. dictus Primogenitus, quòd de illis causis, cæptis posset cognoscere, re sicut dictū est supra de Regente officiū Gubernationis, Quandò præsidet in Regia Audientia, & à maioritate rationis vt dictum est supra in multis locis.

32 † IMPEDITVR, Deniq. dictus Primogenitus exercere iurisdictionem suam in aliquo, contra Foros, vsus priuilegia & libertates Regni, ex quo medio iuramento, id seruare promittit, iuxta For. de his quæ Dominus Rex, & successo. & Gubernator, ac alij iura. tenē. id què in formula iuramenti quòd per eum præstari solet, de qua supra in 4. quæst. prin. dictum est. clare monstratur.

VISO De his quæ impediunt Primogenitum, vti exercitio & iurisdictione dicti officij Gubernationis Aragonum, restat videre nunc de Regente, quibus modis impediatur dicto exercitio & iurisdictione Gubernationis vti.

33 † ET Imprimis impeditur vti, si in eo deficiant requisita, vt exercere posit, de quibus dictum est supra in 4. quæst. prin. nam debet habere commissionem à domino, Rege á quo omnis iurisdictio Emanat, & ad quem spectat creandorum magistratuum potestas, vt dicit. Auenda. de exequen. manda reg. libro primo Capite primo, in principio.

Item

31 † ITEM debet esse miles creatus qui potest & solet creari per Locũten. generalẽ vt dixi supra in d. 4 quæst. quæ creatio videtur necessaria ponderãdo verba dicti Fo. Quia secundum, Quòd Regens offi. Gubern. sit miles simpliciter, cuius vice miles & domiciliatus, ibidem regat, & facit Fo. de iuramento, in prin. Quòd miles Regẽs &c. Forma creationes dictæ militiæ ponitur supra in d. 4. quæst.

32 † ITEM præsentata sua prouisione Locumt. general. si non iurat in manibus, & posse domini Regis, iurauit in posse dicti Locũtenentis generalis, de seruando Foros, & libertates regni, iuxta formulam dicti iuramenti supra insertã in d. 4. quæst. & de dicto iuramento fiet instrumentum, & extrahetur in publicam formam.

33 † ET factis præmissis præsentabit coram Iustitiæ Aragonum, vel eius Locumtenente cum dicta sua prouisione, & instrumento: dicti instrumenti, vt innotescat eius prouisio & iuramentũ iuxta Fo. de Regente officium Gubernat. & offic. suæ cur. Quæ omnia, scilicet prouisio, & iuramentur debent continuari in registris curiæ Iustitiæ Aragonum, & de præmissa repræsentatione cõfici instrumẽtũ. Hæc omnia requirũtur vt exercere possit, & ideo defectus præmissorum impedit dictum Regentem vti exercitio & iurisdictione dicti offi. Guberna. super quibus requisitis non insisto, ex quo de eis dictum est supra, in d. 4. quæst.

34 † ITEM impeditur dictus Regens vti officio Gubernationis quando est in Regno D. Primogenitus qui regat dictum officium. & sic præsentia Primogeniti, in regno, qui habeat & regat, dictum officiũ non solum habitu & potentia: Sed etiam actu, quia maior. 14. annorum, Iuratus & qui iurauit, non demens, nec incapax, ad regendum, qui cum suo Cancellario Vicecancellario aut Regente Cancellariam sit in Regno, & exerceat iurisdictionẽ & concernentia officium dicti Gubernationis Aragonum, eo casu dictus Regens, impeditur vti dicto officio: nam duo scilicet, maior & minor sub eodem nomine officij non possunt in simul, idem officium exercere, vt secundam verũ intellectum dicit, hoc c. volentes de officio lega. vt declarat. Io. de Imol. in l. 4. §. Si tam vicinum. ff. de dam. infec. & istæ, est casus indubitabilis d. c. volentes de offi. lega. nam ibi vterq. erat legatus & sic sub eodem nomine officij, exercere dicebãtur: ideo isto casu minor cedit maiori, ex quo legatus de latere est maior altero. similiter in casu nostro, vterq. tam Primogenitus quã Regens, regunt idem officium & dicuntur, regere officium Gubernationi. & procurationis, Aragonum: vt de Primogenito, est Fo. statuimus. titulo quòd Primogeni. maior. 14. annorum. statuimus in quit, quod Primogenitus quia habet succedere in Regno regat officium, Gubernationis seu procurationis Aragonũ, & sic idem, officium non debet ã duobus regi, quorum vnus est maior altero, per dictum d. c. volentes de offi. lega. & ista ratione debet Cæssare officium Locumtenentis, generalis, pro vt cessat, per aduentum

tum.D.Regis.& ita cōculdit Bages, in Obseru. Item in causis. De Fo. compe.& idem in Obser. 2. & in Obser.de consuetudine. eo.titu. de Fo. compe.Idem in Obser.1. Actus cur. vbi adducit plures rationes ad id,asserēdo quod dictus Primogenitus,non debet esse melioris conditionis, quā D. Rex, nam sicut D. Rex, non potest habere præsens in Regno Locumt.generalem, sic nec Primoge.dicto Fo.statuimus,quòd Primoge. 14. Item à cessante causa: nā ratio quare fuit editus Fo.Quia secundum.Quod Regens offi. Guberno. sit mil. simpl. fuit, quia abdicabatur iurisdictio, & exercitum illius,dicto Primogenito,vt dicitur in d.Fo.cessante igitur dicta causa, debet cessare effectus.c. cum cessante de appella.Tiraquel. super dicta regula.& sic remanemus in dispositione iuris. De iure autem potest quis habere substitutum & vicariū, dato impedimento,faciunt quæ diximus supra circa prin.huius tracta. & sic quòd dictus Regens offi. Guber. dicatur posse exercere,& regere dictū offic.ita demum,si Primogen. illud non regat, impeditus absentia,minoritate,infirmitate, vel alio quolibet impedimento.Impeditur ergo,dictus Regens offic. Gub regere dictum officium Guberna. si illud regat,dictus Primogenitus. eandem sententiā vidi in scriptis. D.Petri de Almenara olim huius Regen. offic. Guber. Assessoris, dicētis, id esse verum cōsiderando, dictum Forum.Statuimus.in eo quòd corrigit dictum Forum.Quia secundū, & sic dato dicto Primogenito, Regente dictum officium Gubernationis, cessat dictus Forus,quia secundum,si cessat Forus quia secundum.cessante, dispositione dicti Fori, remanemus dispositione iuris communis.l.commodissimè. ff. de lib. & post.Dicit insuper isto casu habere locum.l.fi. ff.de offi. pro consul. & lega. faciunt quæ supra dicta sunt, circa c. volentes de offi. lega. ante tamen quòd dictus Primogenitus incipiat exercere non cessabit officium dicti Regentis, argumento tex. in l. vni. ff. de offi. præfecti August. & dato dicto Primogenito, cùm exercitio dicti officij, cessat ipso iure absq. aliqua declaratione,officium dicti Regentis,sic intelligitur dicta regula cessante causa cessat effectus:Bar. in l. 1. §. Nuntiatio, ff. de no. ope. in l. 1. de offic. eius cui mā est iurisdic. versiculo Quæro præles. tū si inscio Regente, dictus Primogenitus ingressus regnum, exerceat, gesta per dictum Regentem tenent & valent. l. si forte. ff. de offi. præsi. Lu do.Roma. in singulari.fol.2.colu.1. eadem sententia,quòd Primogenito exercente iurisdictionem in regno cessat Regen. offi. Guberna. affirmat Æg. de Luna,super glo.Obs. prime,Actus cur.ponderādo dictū Fo.quòd Regens offi.Guber.sit miles.& Fo. quod Primoge. maior. 14. annorum.

35 †ITEM impeditur dictus Regens offi. Gubern. exercere dictum officium in loco quo præsens reperitur.D. Rex,vel eius Locumt.genera. nam vt dictum est & dicetur infra,si in regno est D. Rex, vel eius Locumtenens qui præsideat in regia Audientia,licet cessat curia vniuersalis dicti Regentis,non tamē cessat exercitium & iurisdictio illius,saltē vt ordinarius in locis quibus reperitur,tamē in locis quibus est.D.Rex,vel eius Locumt.præsidens in Regia Audientia, dictus regens

Regens nullam iurisdictionem exercebit, & ista ratione quia dictus Locumtenēs facit cæssare, Regent. dicit Mol. in verbo Locumtenens. vers. 1. Quòd iurisdictio Locumte. generalis est odiosa. quia facit cæssare. iuridictionem Regen. & hoc per regulas de quibus in d. c. de volentes. Item dicit illā odiosā quia est delegata, & iurisdictio delegata est odiosa, & si iurisdictio dicti Locumtenent. est delegata, videtur mirum quòd per illam cesset ordinaria, nam iurisdictio ordinaria non cessat per delegatam, vt per omnes in d. c. volentes & in d. l. 4. §. Si tam vicinum. De dam. in fec. & pro sententia dicti Michaelis del Molino, videtur facere quòd dicit Rebuff. 1. tho. pag. 509. nu. 36. Tamen si credimus omnibus scriben. communiter, ex quo est iudex ad Vniuersitatem causarum, imo omnium causarum etiam reseruatarū & ad iurisdictionem. d. Regis pertinen. & spectan. dicetur habere iurisdictionem ordinariam. Sali. in l. in hac C. de dona Docto. in d. c. volentes & in d. c. per venerabilem, qui fit fint leg. & Enrri Bo. in c. antiqua. de Priuileg. Item secundū regulam quam ponit, Maran. de ordi. iud. fol. 55. nu. 9. quando præses, datur à lege vel superiore, scilicet. D. Rege, is talis ordinarius est. Ad nota per Alex. in rub. ff. de offi. eius cui, man. est iurisdic. & sic ego credo quod opinio Molin. asserentis Locumtenentem generalem esse seu habere iurisdictionem. delegatam, est dubia, verum tamen est quod in eius præsentia impeditur iurisdictio dicti Regentis, & hoc iure vtimur. Exerceret tamen vt nudus executor capiendo infragantia. pro vt facit eius Alguazirius. Franciscus tamen de Gurrea, Regēns officium Gubernat. qui fuit inmediatus ante don Ioan. de Gurrea, suis temporibus prætendebat, se posse prouidere appellitus criminales, ad finem remittendi, ex quo cognitio est impedita, nam vt dicit Moli. in d. vers. 1. Quod in præsentia Locumtenent. generalis impeditur exercicium iurisdictionis respectu cognitionis, & sic non quoad captionem, iuxta Forum quādocumq. de Appelli. vbi ad instan. partis prouidetur appellitus ad finem remitten. & in Obser. pro parte mili. Actus cur. vt dixi in superioribus, & licet hoc sit bonum Iustitiæ, & videtur posse fundari, non tamen vidi seruatum de meo tempore.

36 ✝ITEM impeditur dictus Regens vti sua iurisdictione, in hisquæ sunt dictis Quatuor. reseruata, vt puta de nobilibus, offi. Dominis vassallorum, & alijs de quibus dictum est supra in reseruatis dictis D. Regi Primogenito, Regenti, & Iustitiæ, quia ex quo præmissa non possunt tractari nisi in curia vniuersali, dato alio præsidente in regia Audientia, vt puta D. Rege, vel Locumtenent. generali. & sic si sit alius qui præsideat in Regiā Audientia, Iam impedita, erit iurisdictio Regentis, præterquā in eis quæ ad ordinarios spectant in locis, quibus personaliter, reperitur. & ad prædictum esse ctum posset ex officio causas euocare. Poterit tamen ut dictum est prouidere appellitus ad finem remittēdi, si prouidcantur de his quibus vt ordinarius cognosceret. & quia de his dictum est abunde supra in 6. quæs. prin. ideo ad ibi dicta remitto. Ex quibus omnibus resultat, quòd per præsidentiam alterius in Regia Audientia cessat iurisdi-

ctio dicti Regen. prȩterquā in his quæ ad ordinarios spectāt, in locis, quibus personaliter Reperitur.

37 † ITEM defectus assessoris impedit dictum Regentem vti exercitio & iurisdictione dicti officij, nā vt dictum est supra in 6 quæst. prin. dictus Regens solùm potest expedire per se sine suo assessore, priores prouisiones, scilicet appellitus, Recomendationes, & aliaquȩ ibi dictæ sunt, & ea quæ enumerat. Fo. de offic, Regen. offic. Gubernat. Cætera vero tenetur expedire per suum assessorem, vel de ipsius consilio & consensu: vt dicit, ibi fo. si ergo caret assessore erit in consequentias impedita eius iurisdictio, An vero in c su necessitatis potuerit sine assessore prouidere: dictum est in superioribus.

38 † ITEM impeditur Regens officium Gubernationis consulere, alium iurisperitum, præter suum assessorem, ad expeditionem causarū quæ ipsæ sine illius consilio & consensu expedire non potest. Ita debet intelligi forus de assessore Regen. offic. Gubernationis, & quòd dicit Moli. in verbo Regens offic. Gubernatio. vers. 5. Quia illa quæ per se potest prouidere sine consilio assessoris licet assumat, consiliū alterius ad id faciendum, illud non debet nocere, quia qualitas non necessaria, ad actum licet inuttiliter apponatur actui, non viciat actum. l. vni in prin. C. de rei vxso. actio. l. 1. §. Quesitū. ff. ad Trebel. l. diuortio, solu. Matri. Item licet fo. de assesso, Reg. prohibeat dicto Regenti assummere alium iuris petitum pro cōsilio, debet intelligi, nisi etiā concurreret cum eo, dictus assessor per dictam regulam quod qualitas non necessaria, &c.

63

39 † ITEM impeditur Regens officium Gubernationis, alium Regentem officium Gubernatio. sub se facere, per Fo. 1. d. tit. De regen. officium Gubernationis quòd non poss. reffert illum. Fo. Moli. in verbo Regens officium Guber. ratio huius decis. potest esse, quia vnus vicarius, non potest alium vicarium, facere. c. clericus de offi. vica. Maran. de ordi. iudi. 4. p. distinctio 5. nu. 22. quia nec Locūtenēs potest Locumtenentē facere. l. 1. §. A prȩfectis ff. de leg. 3. & Bal. ibi, declarat. Bertachi. in reperto in verbo Locumtenens.

40 † ITEM impeditur dictus Regens contrauenire responsioni factȩ per Iustitiam Aragonū, super consulta per eum interposita, imo tenetur ei stare & illam, exequi: iuxta. Fo. 1. & 2. Quod in dub. no Cras. vt etiam assit Moli. in verbo Regens officium Guber. si dubitat. & iterim donec ei responsum fuerit, est suspensa eius iurisdictio super consultatis ab eo, nam ea est natura relationis: vt dicit Maran. de or di. iudi. in titu. De appella. nu. 7. de qua consultatione vide quæ dixi supra fol. 58.

41 † ITEM impeditur cenas recipere nec exigere, nam constitutū est, vel constitui debet ei salarium cum quo debet esse contentus, vt dicit. For. 3. incipien. de voluntate. De Regente, officium Guberna. quòd non poss. alium Regen face. ponit. Molin. in verbo Regens officium Gubernationis, non exigit. & adeo hoc verū est, vt idem asserit. vers. Reg. offi. Gub. nō prouide tur.

tur firma.ꝙ illi nō poteſt prouideri firma licèt, fundetur in poſſeſsione exigendi cænas ne in dicta ex actione turbetur.&dicit ita deter. Quę cęnæ ſunt in duplici ſpecie,nam aliæ ſunt viſitationis ideſt quæ ratione exercendæ iuriſdictionis debentur, & competunt,& iſtæ ſolùm poſſunt competere Dom. Regi vel eius Locumte. general. eius perſonam repreſen. vel debentur Primogenito, & ei tantùm in locis quibus ſolitum eas ſoluere dict.Primogenito. Aliæ ſunt cænæ alimentationis &'iſtæ debentur omnibus filijs, dòmini Regis,donec habeant vnde ſe alant,De iſtis cænis vide quæ dicta ſunt in ſuperioribus.

42 †Item impeditur dictus Regens delegare cauſas principales, vel appellationis vertentes, in eius Curia, eius Aſſeſſori,vt eo prętextu ſalariū exigere,poſſet dictus Aſſeſſor,vt dicit For. Quia ſecundùm. de Regen. offi. Gubern.quòd non poſſ. alium Regen.face. Nam in hoc ſtuduerunt Aragoenſes ne partes laboribus,& expenſis fatigarentur,vt iudices ſuis ſalarijs eſſent contenti, & neq; via directa vel in directa aliquid à partibus exigant: allegat plures foros ad hoc,Pertuſa,in dict.for. Quia ſecundum.Ponit Molin.in verbo Regens offic.Guber.non poteſt.de quo infra dicetur.ac etiam pro litera ſua impeditur ipſe ſeu eius Nota.recipere vltra vnum ſolidum, vel duos, ſi ſit cum inſertione alterius:iuxta for. ſtatuimus de Regent. offic. Guber. quòd non poſs. alium reg. face. ſuper quo ſunt æditi plures fori de Tabel.& taxa.ſcrip.vide Molin.in verbo Salarium.

43 †Item impeditur dictus Regens euocare cauſas ex officio (vt facere ſolet intrans loca,à locis habentibus priuilegia,& à non habentibus ſolùm poteſt euocare criminales quæ graues videbuntur.hęc diſponit for. de Regent. offic.Gubern.quòd non poſs.alium Reg.face.iſte tamen For. non ſeruatur,quia vt dictum eſt ſupra generaliter euocat cauſas ex cōſuetudine,quę potens eſt ad tribuendam iuriſdictionem, vt idem Mol. aſſerit,in verbo Conſuetudo. quòd qualiter procedat ſcilicet , quòd per conſuetudinē tribuatur iuriſdictio,vide Couarr.in regula poſſeſſor 2.relec.p.§.3.Balba.de pręſ.in 2. parte 5.partis prin.quæſti.4 Et quos habeo in Repertorio.in dict.verbo Conſuetudo.De qua euocatione vide quæ ſupaa dicta ſunt in reſeruatis Domi. Regi,Primoge. &Regen.

44 †Item impeditur dictus Primogenitus ſe intromittere, de cauſis appellationum, interpoſitarū à ſententijs per eum latis,delegando illas,vel aliàs ſe intromittēdo.Hæc dicit for. fin. qui incipit vt debitus.Reg. offi. Gubern.quòd non poſs. alium reg. face. Pro cuius For. Declarat. vide quæ ponit Molin.in dict.verbo Regens officium Guber. non ſe intromitit.Sed quia materia dicti For. iā nō eſt in vſu per For.de anno. 1528. quia omnes cauſæ appellationum debent tractari in regia Audientia, non eſt in hoc inſiſtendum.Sunt videnda quæ ſupra diximus in pluribus locis.

45 †Item impeditur dictus Regens offi.Guber.dare auxilium & fauorem Supraiunctarijs,& alijs officialib',executorib' pro executionib', faciendis in locis quę ſunt de Iuncta. & eis perſonaliter aſsiſtere in dictis locis For. de Reg. offic. Guber. in ſubſi.non inuo. ponit Molin.in verbo Regens offi.Gubern. non poteſt de For.iam enim ſub anno 1381.in

For. ordinarij. de Supraiuncta. statutum erat vt in dictis locis de Iuncta, fierent dumtaxat executiones per ipsos Supraiunctarios.

46 †Item impeditur dictus Regens habere in Curia sua præter vnum Alguazirium, qui in dicta sua curia viatur dicto officio qui est creandus per Dominum Regem, non enim creari potest per dictum Regentem dictus Alguazirius, nec aliquis alius loco ipsius, præterquam in casu necessitatis & impedimenti, & pro eo tempore quo dictum impedimentũ durat: For. quod Regens officium Gubernationis non poss. habere nisi vnum Alguazirium. vide Molin. in verbo Regens offi. Guber. non potest de Foro tenere. De cuius Alguazirij officio infra dicetur. Studuerunt si quidem Aragonenses, ne daretur multiplicatio officialium, & ideo voluerunt quòd Domin. Rex, non posiit facere Locumtenentem generalem nisi certo casu, voluerũt quod ipse nec eius Locumten. non possent habere præter duos Alguazirios, Quod Regens officium Gubernationis non posset alium substitutum facere, Quod idem non posset habere nisi viuum Alguazirium, Quòd Portarij reducerentur ad certum numerum & vltra non darentur. Supraiunctarij similiter. Hoc id eo fortè, quia pauci officiales sufficiunt vt gentes Regni in bono statu conseruentur. Dicebat si quidẽ Rex Martinus quintus, Aragonẽses sunt adeo bene morigerati, & bonè indolis. Que pueca justicia les abasta pera ser bien gouernados.

47 †Item impeditur dictus Regens cognoscere de causis consanguineorum suorum, scilicet Patris, Matris, Aui, Auiæ, Fratris, Sororis, consanguinei, germani, & consan. Germanæ, vxoris, aut fratris vxoris, vel mariti suæ sororis, vel sororis vxoris, & comensalium suorum: vt dicit For. Quòd Regẽs officium Guber. non pos. cognos. in causis paren. Ponit Molin. in verbo Regens officiũ Guber. non potest cognoscere. vbi allegat. l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdi. om. iudi. & ibi Bart. qui tex. est acommodatus huic For. Et hoc nisi adsit consensus expressus partis vt iudicet. quo casu posset: aliàs non. & eo casu quis habet de dicta causa cognoscere, statuitur in For. de anno 1564. vbi dato Regente pro suspecto, erit etiam suspectus eius Assessor, quòd videtur mirum, ex quo vt dictum est supra, suspitio afficit personam non iurisdictionem: secũdùm Bald. in. l. 1. C. si qua prædi. potesta, nihilominus recusato dicto Regente officium Gubern. censetur recusatus Assessor. & loco amborũ intrat Regẽs Cancellariam ad præsidendum, vt dicit dictus For. de anno 1564.

48 †Item impeditur dictus Regens facere citationes generales, scilicet vbicumq; ipse Regens erit intra Regnum Aragonum: vt dicit For. 2. de offic. Reg. offi. Gubernationis. Quæ prouisio necessaria fuit olim, ex quo continuando curiam suam vniuersalem de loco ad locum, erat eius officium vagare per Regnum. Hodie vero eo præsidente in regia Audientia, vel exercente iurisdictionem vt ordinarius, non foret necessaria expresio loci, ex quo iam est certus. nam ordinarij in citatione non indigent loci expresione, ex quo est certus, similiter & in Regia Audientia quando sit necessaria expresio loci, vide Docto. relatos per Maran. de ordi. iudi. in materia citationis fol. 167. nu. 64. & ibi nu. 63. apponuntur necessa-

necessaria pro validitate citationis.

49 †Item impeditur dictus Regens admittere Procuratorem agentem causas incuria sua, ad actitandum processus in ea. For. de Nota. hæc enim repugnant vt quis partes agat iudicis & partis.

50 †Item impeditur dictus Regens officiũ Gubernationis resistere prouisionibus Iustitiæ Aragonum, & executionem illarum impedirequo quomodo, quinimò si talibus prouisionibus fiat resistentia, teuentur omnes regnicolæ, tam officiales Regij quàm cæteri singulares de Regno, requisiti suis sumptibus iuuare dictũ Iustitiam Aragonum, & eius Locumten. donec sit perfecta executio. For. muy conuenient. de offi. Iustitiæ Aragonum. Et ita lata sentẽtia per me, me existẽte Locumte. Iustitiæ Aragonum, super Castro de Buil. 1551. facta resistentia in executione literarum decissoriarum, accessi personaliter ad dictum Castrũ de Buil, pro executione sententiæ, vna cũm Iurato tertiò Cæsaraugustæ, & vno Dipputato, & alia cõmittiba, & similiter in ciuitate Barbastri, conuocato concilio, requisiui quatenus darent gentes, & dederunt in numero copioso, cũm quibus accessi ad dictum Castrum, & in via scilicet loco de Arcusa. fuerũt mihi tradite claues Castri, & misi in possessionem, illum cuius propositio fuit recepta.

51 †Item impeditur dictus Regens exercere iurisdictionem, & prouisiones facere sine consensu sui Assessoris, vel substituti ab eo, iuxta For. de offic. Regen. offic. Gubern. demptis casibus ibi expresis, Prouisiones si quidem dicti Regentis, non tenent nisi sint à dicto Assessore subsignatæ, expresso eius nomine, proprio, cognomine, & nomine, officij, vel substituti à dicto Assessore, de cuius culpis teneatur dictus Assessor substituens, De quo Assessore suo loco dicetur.

52 †Item dictus Regens officium Gubernationis impeditur habere & exequi commissionem Regiam aliquam, ad inquirendum contra officiales, & Notarios Regni: For. t. de Regen. offic. Gubernationis, & offi. suæ cur. Moli, in verbo Regens officium Gubernationis non potest.

53 †Item impeditur dictus Regens prouisiones facere, in locis dominorum nã Dñs Rex, in locis quæ propria sua non sunt, non potest iudicare, nec iustitias ponere, in. §. Item del mero. in Priuileg. Gene. vide Moli. in verbo Regens officium Gubernationis non potest facere aliquas prouisiones. vbi non potest facere prouisiones in locis Dominorum, licèt exequẽdas extra dictum locum. vide late Moli. in verbo domini locorum. versic. dominus loci, ponamus. vbi in effectu, solùm potest exequi capiendo malefactorem in fragantia, vel cum appellitu, & extrahere à dicto loco, si ibi dominus nullam habet iurisdictionem criminalem, nisi concurrat consensus domini loci, vt dicit Moli.

54 †Impeditur prætereà dictus Regens exercere in omnibus causis quibus Primogenitus exercere impeditur, de quibus dictum est supra ea. quæst. videlicet, Impeditur dictus Regens in eis quibus Dominus Rex partem facit, cognoscere. Impedire præsentationem literarum sibi faciendam. Item ponere captos in fortalicijs & Aljaferia. Item in carcere manifestatorum intrare, Item commissiones etiam ad referendum & colligendum dare. Item manifesta-

tiones

tione; à posse iudicum facere, & prædictas manifestationum causas euocare. Item super vsuris inquirere. Item non præcedente appellitu vel fragantia capere. Item in personas Iustitiæ Aragonum, eius Locumte. Not. & Virgarios, iurisdictionem criminalem exercere. Item ratione rei sitè aliquem à suo iudice locali vel vbi res est sita extrahere. Item contra Iudeos & Sarracenos locorum dominorum iurisdictionē exercere. Item emparamenta in non Porrogātes, vel extra locum in quo personaliter reperitur prouidere. Item eum qui à Foro est priuatus si coronam alleget habilitare. Item captos à Regno extrahere. Item contra Forum de prælaturis venire. Item executores venientes contra Forum. De Alguazirijs. Et illius formam non seruantes guidaticum dare. Item regiam Audientiam extra ciuitatem nisi in casibus à Foro permissis continuare. Item de reseruatis domino Regi & Primogenito, nisi pro vi su pra dictum est se intromittere. Item in aliquo contra Foros vsus & libertates Regni iurisdictionem exercere. De quibus omnibus & singulis dictum est in superioribus.

55 †Item impeditur dictus Regens officium Gubernationis, salarium aliquod à partibus recipere: nam dictus Regens & cæteri officiales debent mundas habere manus, debet si quidem esse contentus salario sibi constituto, vel constituendo, vt dicit For. Quod Regens officium Gubernationis sit Miles simpl. & ideo quia contentus debet esse suo salario, prohibetur cænas recipere, vt dicit For. 3. de Regen. offic. Gubernationis quòd non poss. alium Regentem facere. adeo, vt dictum est, quòd super possessione exigendi cænas non potest, dicto Regenti firma prouideri. Item eo prætextu, ne directè vel indirectè salarium recipiat, interdicitur sibi vt dictum est, commissiones facere, de causis quibus cognoscere potest, ad finem dictæ exactionis. Moli. in dict. verbo Regens officium Gubernationis non exigit, & adeò in præmissis statuere voluerunt, amputando vias, per quas posset salarium exigere, quòd statuerūt prouisiones eius eurię, habere certā taxā & plura, de his in For. Statuimus. de Regen. officium Gubernationis quòd non poss. alium Regentem face.

Sunt præterea plures Fori prohibentes iudices, ne à partibus aliquid recipiant, qui cùm loquātur generaliter & vniuersaliter, comprehendunt dictum Regentem: vt est For. de Iusti. redden. & non veden. & For. quód Iudi. audi. & relato. Et For. de prohibi. Auerijs. & For. de pœna corrupen. iudic. Pro declaratione quorum Fororum & de materia eorum, est vidēdus Rebuff. 1. tho. pag. 319. cum plur. sequen. & Carreri. in practica criminali pag. 234. in fin.

Pro declaratione tamē dicti Fori De pe. corrup. iudi. in quo disponitur quòd pars corrūpens, iudicem aut consiliarium puniatur arbitrariæ vsq; ad mortem exclusiue, & iudex recipiens puniatur, in restitutione eius quòd recipit iuxta l. 2. versi. sed & si dedi. ff. de condi. ob turp. cau. & in quadruplum eius quòd recipit vt l. 1. C. ad leg. Iul. repe. nisi illud quòd recipit sit Esculentum, & Poculentum. Et sic supponit For. quòd dictus Iudex, potest recipere Esculenta, & Poculenta breui tempore consumptura. Quæ tamen dicantur Esculenta & Poculenta quæ dictus Iudex potest recipere, vide Purpu. in rub.

in Rub. de offic. assessoris, post nu. 174. vbi dicit quód nisi à For. permitteretur recipere Esculentum & Poculentum, illud non posset recipere Iudex salariatus. De quo plenius per Bosium tit. de offic. corrup. pag. 417. & dicit ibi Purpu. quòd vt Iudex possit recipere, tria requiruntur, Primo quòd sit Esculen. & Poculē. 2. quód detur gratis 3. quòd in breui possit consumi, scilicet intra 5. dies, debet insuper in æis considerari qualitas dantis, & qualitas recipientis, & in effectu debet considerari, si est tale munus quod dans credendus sit gratis dare, & quòd propter illud animus iudicis, veri similiter nō moueatur nec flectatur Sed alia Esculēta & Poculenta quæ animum iudicis deflectere possint, debent illa iudices de suo emerè, nō mediantibus causis accipere, quia & si intentionaliter credendi sint velle causas rectè iudicare, tamen ex modico accidenti affectionis, Iudicatur & decipitur intellectus noster, qui est infimus in numero intelligētiæ. vt docet Mirandulus in lib. de Imagina. ca. 11. & ita putat affectus, aliquando ius fouere, eum qui non fouet, & è cōtra. Hæc refert Purpu. ibi. & de mate. præmissorum est videndus Auenda. de exequen. manda. reg. lib. 1. c. 2. Et Bosius dicto titul. de Officia. corrupt. nu. 3. cū sequent. pag. 417. Cum sequen. Regens tamē vadens per Regnum, solet ab vniuersitatibus recipere, Esculenta & Poculenta, & etiam à singularibus, & id quidem decenter, præsertim quia ad Assessorem non ad illum pertinet munus iudicandi.

56 †Hæc supradicta, sunt quæ facere prohibetur, & impeditur à For. facere, dictus Regens offi. Gubern. si vero contra aliquid præmissorum fecerit, vel facere ommisserit, ea ad quæ tenebatur. in præmissis omnibus, vel eorum aliquo, contra Foros in officio suo delinquendo, poterit dictus Regens vt officialis in suo officio delinquens, in curia Iustitiæ Aragonum accusari. exercere si quidem debet dictus Regens, officium suum, sciens se futurum reddere rationē, de his quæ gesserit, & accusari posse de præmissis. Quinimo originalis & finalis causa quare fuit æditus dictus For. Quia secūdum. Quòd Regent. officiū Gubernationis sit Mil. Simp. fuit hæc, scilicet facultas accusandi, ex quo Magnates, qui dictum officium regebant, & delinquentes, non poterant bono modo pro eorum culpis castigari, & propterea fuit statutum, Militem Simplicem, naturalem & domiciliatum in Regnó, debere regere dictum officium Gubernationis, vt detur aptitudo exequendi pœnam Talionis in dicto Regente, contra Forum delinquēte. Dictam etiam accusationem posse fieri contra dictum Regētem supponit, For. 1. in fin. de Regen. officium Gubernationis & offic. suæ cur. & For. de Regen. offi. Gubernationis in sub. non inuocan. & ne à dicta accusatione dicti Regentis, propter illius potētiam & officij auctoritatem, partes ab eo damnificaræ detrahautur, statuitur in For. de Regens officium Gubern. & alijs offic. suæ cur. qui sunt in correctis, quòd dicta accusatio fiat ab aduocatis Regni. idem contra Assessorem eius in dictis For. statuitur. Potest ergo dictus Regens officium Gubernationis vt officialis deliuquens, in suo officio, accusari. Moli. in verbo Regens officium Gubern. versic. 4. & 6. & in versic. Regens officium Guber. vel eius Assessor. vbi asserit seruari

uari hodie For. Querientes de offi. Cancellar. qui Forus particulariter prouidet contra dictum Regentem offi. Gubern. venientē contra dispositionem illius, vt puniatur pœna Talionis.

57 †Sed an & quando dictus Regens excusetur cum consilio sui Assessoris, & sic, an dictum consilium eū excuset: videtur respōdere huic quęst. Molin. in verbo Assessor. versi. 2. Asserens id quòd dicit Forus de Assessoribus. scilicet quòd habentes Assessores à Rege, vel à lege, seu statuto, aut à populo, quòd facientes & prouidentes ea quæ prouident de consilio sui Assessoris, si de cōsilio constat in processu vel alias per instrumentum, excusabitur dictus Iudex, cum tali consilio: pro quo facit. l. ædicto. ff: quòd quisq; iur. fallit vt dicit Forus, si iudex alias esset expertus in Foris, vel si dolosè procurasset sibi talle consilium ab Assessore. Sed si verba Fori de Assessoribus attendantur, neq; dictus Forus, neq; Forus de tenen. locum iudicum. adaptantur ad Assessorem Guber. nam For. de Assessoribus. loquitur de Assessore dato ciuitati vel loco, Assessor autem Regentis non est circūscriptus loco, datur enim Regēti habenti curiam vniuersalem, & qui vagare tenetur per Regnum. Neq; verba Fori de tenē. locum iudi. adaptari valent, quæ prohibent in causis quæ coram iudice cuius est Assessor tractantur, dictum Assessorem aduocatum esse, permitendo in cæteris: hæc ad Assessorem Regentis applicari non valent, ex quo dictus Assessor vbiq; aduocare prohibetur, idq; iurát & super eo homagium præstat, vt dicit For. de Regen. officium Guber. & offic. suæ curiæ. Et super hoc est Apostilla in dicto For. de Tenen. loc. iudi. & Assess. & sic pro decisione huius quæstionis videtur, recurrendum ad alias regulas iuris, & Fori, pro vt super dicto Foro de Assessoribus asserit Michael don Loppe, consultus per Franciscum de Gurrea Regentem officium Gubernationis, qui accesserat ad villam de Epila, & inde extraxerat vigore literarum iuxta Forum de homi. quendam: dicebātur cōtra eū duo, primò quòd non poterat accedere ad dictā villam, super quo se remitit ad notata per eum super dicto for. de Homici. 2. quod nō facta representatione, cæperat captum, & extraxerat à domo sua quendam Infançionem, & dictus Regens excusabat se quòd prædicta fecerat de consilio sui Assessoris, iuxta dictum for. de Assesso. & fuit responsum, quód dictus for. nō loquitur de eo, sed quod erat recurrendum ad for. de Voluntad de offic. Regen. offi Gubern. nam in illis casibus quibus Regens est astrictùs stare consilio Assessoris, bene excusatur, in isto casu nō, quia non est de illis, sed est casus volūtarius. Item forus ponit formam, qualiter debeat de consilio constare, scilicet per instrumentum, vel processum: & non cōstabat eo modo de illo. Item quia fuerat creatus per eum isto casu & tenebatur de eiūs culpis. Hæc ponit Michael don Loppe. super dicto foro de Assessor. Deniq; in præmissa quæstione, est recurrendum ad regulas artis, vt dicamus quòd in his quæ ipse Assessor facit, vel Regens officium Gubernationis, de eius consensu facere tenetur, vt sunt ómnes prouisiones de quibus in dicto for. de Voluntad. est clarum in dicto casu excusari dictum Regentem cum cōsilio sui Assessoris, & hic in dictis prouisionibus non tenebitur Regēs in sui

in Sindicatu. Si vero simus in aliis prouisionibus in quibus non est necessarius Assessor, nec eius Consiliū, vt puta in actuali executione alicuius sententiæ, mortis, quia lata sententia, & illa exequi mandata per Assessorem, si illam vellit exequi, hoc vel illo loco, nec super hoc aliquid petatur à parte, ita quòd Regēs officium Gubernationis voluntariè exequi intendit illo, vel alio loco, si quod intendit facere, vult in eo concurrere consilium sui Assessoris, illum non excusaret. per ea quæ à Bar. & ceteris notantur in. l. Si conuenerit. ff. de re Iudi. Præsertim si notorię iniustum appareret, dictum consilium: vt ibi per Alexan. in addi. ad Bar. & de materia, quando dictum Assessoris Consilium excuset, videndus est Ias. in l. hoc ædicto. nu. 4. ff. quod quisq. iur. Feli. in c. super quæstione §. verum. ex de offic. Deleg. Deci. consi. 8. Purpu. in d. rub. de offic. Assessoris. 1. col.

58 ✝ Vltimo impeditur, vti, dictus Regens, si eius officium finiatur renuntiatione, vt quia ex causis sibi bene visis intendat renuntiationem facere, quæ renuntiatio facienda est de dicto officio, seu beneficio in manibus superioris, scilicet domini Regis, vel eius Locumtenen. per se, vel Procuratorē ad id speciale mādatum habentem. Ad not. in c. quòd in dubijs de Renuncia. Itē Priuatione: vt si tamquam delinquens in officio sit condemnatus, & priuatus officio, per sententiam latam à Locūtenente Iustitiæ Aragonum, in processu legitime actitato, nam dicta sententia, si nulla non est, est diffinitiua, & sine recursu. Item Reuocatione: vt quia sit reuocatus ab officio, à domino Rege, qui sibi illum cōtulerat, quæ reuocatio fieri debet cū causa legitima, aliàs superior reuocans grauaret, etiam si prouisio facta fuisset durante beneplacito concedentis: vt not. Rebuff. 3. tho. pag. 266. quia etiam tunc censetur perpetua, ideo solent apponi alia verba, scilicet, Ad merā, & liberam voluntatem nostram. vt reuocatus nō intelligatur grauat'. Vel morte: quia mors omnia soluit. Cuius Regentis officium Gubernationis mors, debet haberi pro notoria, sicut mors nobilum, & Iustitiæ Aragonū. Molin. in verbo Mors. versi. 3. in prin.

De officio Assessoris Regentis officium Guber. Arago.

SVMMARIVM.

1 *Operis diuisio.*

2 *Assessoris deffinitio.*

3 *Assessor, datur Iudici, siue sit peritus, siue imperitus.*

4 *Assessor, de Foro, quibus nominibus appelletur.*

5 *Assessor de iure communi, plura alia habet nomina.*

6 *Assessor debet esse naturalis, & domiciliatus in Regno: secundùm verò ius commune contra.*

7 *Assessor de Foro an debeat esse doctoratus dignitate decoratus, & obtinere*

obiter quid in aduocatis causarum.
8 *Et quid de iure communi.*
9 *Cuius ætatis Assessor esse debeat.*
10 *Assessorum æ dictum, est probibitorium, & ideo habilis est ad Assessoratus officium, qui non reperitur probibitus.*
11 *Qui de iure Assessores esse sunt probibiti, recensentur.*
12 *Assessor Regentis offi. Guber. à quo creetur, & quid etiam de eius substituto.*
13 *Assessores aliorũ Iudicum per quos nominentur.*
14 *Requisita, vt Assessor Regentis officium Gubernationis, officiũ suũ exerceat.*
15 *Assessor, de iure iurisdictionem nõ habet, de Foro autem, non solũ habet iurisdictionẽ, sed & ipse solus iudicat, & prouisiones Iustitiam concernentes, ab ipso fieri, & subsignari debent.*
16 *Prouisiones gratiæ, & literæ missiuæ, & similia, per Locumtenen. gener. vel Regentẽ officium Guber. expediuntur de Foro: Stylus. tamen est, vt per Regen. Cancel. vel per Assessorem, subsignentur.*
17 *Assessoris offi. in quo consistat, & qualiter sit exercendum.*
18 *Assessor nihil potest expedire, cum Regens offi. Guberna. nõ est præsens in loco, nisi in Regia Audientia præsideat.*
19 *Narrantur multa quæ de iure, communi ad Assessoris officium spectant, & quòd ea multo magis, de Foro, ei competunt.*
20 *Assessor non potest aduocare, seu patrocinari in aliqua, Curia, & an aduocare probibitus, possit consilium in camera præstare.*
21 *De Assessoris Sindicatu.*
22 *De Assessoris Regen. offi. Guber. substituto, & an semel pro omni casu quo eum abesse cõtigerit substituere possit.*
23 *De Assessoris Regen. offi. Guber. salario.*
24 *Hodie Iudices, non recepiunt à litigantibus Esculenta, & Poculenta.*
25 *Quibus modis officium, seu exercitium Assessoris Regentis officiũ Gubernationis impediatur.*



1 OMNIA quæ de Assessore Regentis officium Gubernationis, in Foris scripta sunt, possũt in infra scriptis quæstionibus agitari, & discuti, videlicet, Quid sit Assessor, & qualiter nominetur de Foro, & de iure, Secundò. Quis possit esse Assessor, & sic qualis esse debeat. Tertiò. Quis eligat, seu cõstituat Assessorem Quartò. Quale sit Assessoris officium. Quintò Quale sit eius salarium. Sexto & vltimo, Quando, & qualiter finiatur eius officiũ, & seu impediatur in exercitio illius.

2 †Circa primam quæstionem Spec cu. & Azo. in Summa huius titu. de offi. Assesso. Dicunt quòd Assessor est, quem ille qui habet iudicandi potestatem, sibi associat, vt in causæ cognitione, sibi assideat, & eum ad rectè causam decidendã instruat.

3 † Hanc diffinitionem sequitur Deci. cõnsi. 8. & Purpu. in rub. de offi. Asse. & ita cum per eũ venit Iudex instruendus, permittitur dictum Iudicem esse iuris ignarum. l. Certi iuris. C. de iudi. vbi Ias. post alios. 2. not. pro vt est Regens officium Gubernationis, quoniam is, vt esse possit, solum exigitur. & consideratur, quòd sit Miles simplex, naturalis, & domiciliatus in Regno, iuxta d. Fo. Quia

Quia secundum. bene etiam literato Iudici potest dari Assessor: iuxta. tex. in c. Statutum. §. Assessorem. de Resc. in 6. pro vt illud etiam supponit Forus de Assessoribus: quia vt ibi dicitur, si Iudex, est peritus, non excusatur consilio Assessoris. & idem de iure: Vt refert Purpu. in d. rub. de offi. Assesor. in prin. nu. 5. de quo tamē no. in l. si cōuenerit. ff. de Re iud.

4 † Hic Assessor de Foro nominatur quandoq. Assessor: vt in For. de Asses. Reg. offi. Guber. & alibi saepissime, quandoq. Locūtenens vt in For. de Tenen. locum Iud. & quandoq. Aduocatus Regentis offi. Gub. For. por appllidos fictos. de appelli. ibi. E que el Aduogado nuestro, è del Regent. iste Aduocatus est Assessor, ex quo non habet alium Aduocatum à Foro. Refert Mol. in verbo Assessor. versi. t.

5 † De iure verò dictus Assessor appellatur diuersis nominib', aliquādo Assessor, aliquando Vicarius, aliquādo Comes, aliquando, Socius, aliquādo, Iudex, aliquando Consiliarius, vt refert Paris de pu. in tracta. de sin di. in verbo Assessor, & Purpu. in d. prin. nu. 7.

6 † Circa secundā quaestionē quis potest esse Assessor, & qualis esse debeat. Huic quaestioni respondet Fo. de offi. Guber. nam dicit debere esse naturalem de Regno, quòd ex Foris antiquis iam deducebatur disponentibus quod offic. Arago. sint de Reg. & quod extra. à Reg. & alibi saepe. Secus tamen de iure, quia prohibetur esse de eadem Prouintia in qua praesidet, l. 2. 3. & fi. ff. de Offi. Assessor l. fi. C. de crimi. Sacri leg. ponit Purpu. latè vbi supra nu. 10. cum sequen. nam si est de eadē ciuitate, vel prouintia in qua ius dicit, habet consanguineos, & amiccs, & hoc senserunt iura esse in conueniens, & ita statuerunt iura, esse debere exteros, vt dictum est supra in Regen offi. Guber. De Foro tamen requiritur, quod sit naturalis, ex causis supradictis in Regente, ad quas me remitto.

7 † Requiritur insuper quòd sit Iurisperitus, expertus in For. & iure, vt dicit Fo. de Asses. nam talis esse debet, vt eius scientia suppleatur Iudicis ignorantia, iuxta dictum tex. in l. Certi iuris. C. de Iud. An, tamen debeat esse Doctor creatus, in vniuersitate approbata, nō est de hoc statutū aliquid per Foros, vsq. ad annum 1564. vbi licèt in dictis Foris, de dicto anno 64. Statuitur, quòd Vicecancellarius Regens Cancellariam Assessor, & alij Officiales, & Aduocati, qui de caetero venient, sint Doctores, & similiter est ibi statutum, quòd dictus Assessor habeat sex annos de practica in Regno, sicut in consiliariis Regijs fuerat statutū in

8 anno. 1528. De iure similiter statuitur Assessorē debere elligi Doctorē, vel exercitatū in similibus officijs, Sal. in l. fi. l. de Pç. Iudi. qui male. Iud. vel saltem de iure debet esse peritus in eis, pro vt à Foro, hoc tantum requirebatur ante annū 1564. vt refert Ias. post alios in d. l. Certi iuris. C. de Iud. verū tamē est quod debet esse omnino perit', in ea facultate qua Iudicare tenetur, Domini. in d. c. Statutū in prin. col. fi. refert, Purpu. vbi supra num. 74.

9 † Circa aetatē, cuius aetatis debeat esse Assessor Regentis offi. Guber. nihil à Foro cautum reperitur, potest tamen argui ab aetate Consiliariorū, quia si in eis requiritur, aetas 30. annorū iux. Fo. del Reparo del Consejo. de anno 1528. debet adminus eadē aetas esse in eo qui praeest dictis Consiliarijs. Itē sicut parificātur, quoad annos practicae, quia tam

Assessor quam Consiliarius debent per dictum tempus practicasse, vt dictum est, ita debent esse pares in dicta ætate, vt sint omnes nõ minoris ætatis quam 30. annorum quæ, similiter, requiritur in Francia: Rebuff. 2. tho. pa. 148. in fi. De iure qualis ætas requiratur in dicto Assessore, ponit Purpu. in d. rub. in prin. n. 63.
10 cũ sequen. † Deniq. cum istud ędictũ sit prohibitoriũ, ideo qui nõ reperitur prohibitus, censebitur esse habilis ad obtinendum dictum Assessoris
11 officiũ. † Prohibentur à iure esse Assessores, Feminæ, quæ ratione sexus assidere nõ possunt. l. Feminæ. ff. de reg. iur. c. Mulieres ex de Iudi. Purpu. ibi nu. 62. Itẽ minor prohibetur. Infamis: de quo per Deci. in c. Scisci tatus ex. de rescrip. & Purpu. ibi n. 66 ex quo infertur excomunicatũ Assessorẽ esse nõ posse, cũ sit infamis: c. In fames. 6. q. 1. tum etiã propter cõmunicationis periculũ, vt refert Specu. tit. de Asse. §. debet. Purpu. ibi n. 67. Item Clericus non potest esse Assessor laici, vt Specu. dicto tit. de Asses. §. debet. tradit Deci. c. si pro debilitate. de offi. Deleg. quod intelligitur si indifferẽter vellet assidere, tàm in criminalibus quàm ciuilibus vt Purpu. ibi n. 69. facit Fo. Quòd offi. sint laici, & non cle.
12 † Circa tertiam quæstionem scilicet à quo nominetur, seu creetur Assessor Regentis officium Gubernationis: certum est de For. Dictũ Assessorẽ creari à domino Rege, à quo omnes iurisdictiones fluunt, & refluũt, vt dictũ est, supra in materia Regen. offi. Guber. in 2, q. prin. & habetur in Fo. vnico. de Asses. Regen. offi. Guber. substitutus, tamẽ ab eo quẽ Fo. de offi. Regen. offi. Guberna. supponit posse substitui, potest & creatur à dicto Assessore, est tamen nominandus eiusdem qualitatis cuius est Assessor, nam debet esse naturalis domiciliatus; & peritus sicut dictũ est de Assessore: Pro quo facit quòd dicit Bal in l. Parabolani de Epis. & cleri. quòd sicut Assessor de iure, debet esse alienigena, sic & eius substitutus: Purpu. in d. rubrin prin. nu. 5. licèt tamen dictus Assessor possit substituere, debet esse cũ causa, vt dicit Mol. in verbo Assessor Regen. offi. Guber.
13 † Alij vero Assessores nominantur, vel à Rege, vel ab vniuersitatibus, iux. For. de Assessoribus. vel etiã ab eodem Iudice in terminis iuris, iuxta diffinitionem de Assessore, supra traditã, de quo per Purpu. n. 71.
14 † Circa quartam quæstionẽ, scilicet quale sit dicti Assessoris officium, & in quo consistat: Inprimis habita prouisione à domino Rege tenetur, cum ea se repræsentare Locũtenenti generali, vel Regenti offi. Gubernationis, & in alterius eorum posse, iurare: iux. Forum, & homagiũ de ore, & manib⁹, in eorũ posse præstare: iurare in quã tenetur quod seruabit Foros, iux. Forũ de Regẽtis officiũ Gubernationis. & quod nõ prouidebit appellitus fictos iuxta for. Por fictos appellidos, præstabit insuper dictũ homagium, quod non erit Aduocatus in aliqua Curia nec accipiet pensionem, aut subornationem: iuxta for. de Offi. Regen. offi. Gubernationis, vt hæc latè per Mol. in verbo Assessor Regentis. versi. 1. & 2.
15 † Hoc præmisso, dictum Assessoris officium consistit in cognitionibus causarũ, tam ciuiliũ, quã criminaliũ, iux. tex. in l. 1. de Offi. Asses. iuncta glo. 1. & licet ista cognitio, de iure nõ sit auctoritatiuè, sed informatiuè, quia de iure Assessor non habet iurisdictionẽ, vt per Deci. in d. consi. 8. & Purpu. vbi supra. numer.

mer. 92. cum sequentib. tamen de Foro, dictus Regentis Assessor habet iurisdictionem & cognoscit de causis, non tantū informatiuè eo respectu quia nomine Regent. iudicat, sed & cognoscit auctoritatiuè, quia solus cognoscit & iudicat, tenet audientiā, & prouidet, & à Foro, vtriq; permittitur audientiā tenere: For. de Iusti. Administ. Itē prouisiones licèt illas possit facere Regens, debēt tamen subsignari ab Assessore aut de illius expresso consensu emanare, iuxta For. Querientes. de offic. Cancell. & For. de offi. Regen. officiū Gubernationis: vel possunt ab eo tātum fieri prouisiones, vt dicit idem Forus. In præmissis omnibus vtimur quòd audientia ab ipso Assessore celebratur, causæ ab eo votantur, deniq; in his quæ sunt de Iusticia, dictus Regens non se intromittit in aliquo, nec præstat aliquid nisi nudum tantum nomen, ex quo Regentis nomine expediuntur omnia, nec ab eo firmantur dictæ prouisiones Iustitiæ, sed tā tùm ab Assessore, apponendo nomē proprium, cognomē & officium, vt dicit dictus For. de Offi. Regen. officiū Guber. deniq; circa iurisdictionalia quæ Iustitiam concernunt, spectāt ad officium Assessoris omnia quæ dicta sunt de Regente officium Gubernationis, supra in 5. quæstion. principali, circa causarū cognitionē.

16 †Prouisiones vero gratiæ, sicut expediūtur à Locūt. gene. eo præsiden. in Regia Audiētia, pari modo expediuntur à Regēte officium Gubernationis eo in dicta Audientia præsidente, & dictæ prouisiones gratiæ solent à dicto Assessore vel RegēteCā cellariā subsignari in hunc modū. vidit Marsilla Reg. vel Assessor. & licèt huiusmodi signatura nō requiratur à For. stylus tamē est quòd subsignētur. & similiter literę missiuę signātur modo prædicto vidit T. Asses-

17 sor. †Cōsistit igitur dictū Assessoris, Regētis officiū, in cognitionib' causarū, de quibus causis & qualiter de eis cognoscat, dicēda sunt omnia quę circa ea dicta sunt de Regē. offi. Guber. quia intelligēda sunt de ipso Assessore: nā omnes causæ quæ dicūtur pertinere ad cognitionē dicti Regē. offi. Gubernationis, sunt expediēdæ & expediuntur per eius Assessorē. Similiter in modo cognoscendi dicēdum est, pro vt de dicto Regente dictum est. & sic sunt attēdenda ea quę dicta sunt de ipso Regente in 6. quęstio. prin. & quando ipse Regens officium Gubernationis præsidet in Regia Audiētia, tūc Assessor nō potest se intromittere nec cognoscere nisi de causis vertētibus in ea, ex quo non potest egredi locū dictæ Audiētię: si vero Regēs non præsideat, cognoscit extra locū Audiētiæ, de causis ordinariorū, præcedēte euocatione causarum generali, facta per ipsum Regētem ex officio, modo quo dictum est supra in dict. 6. quæstio.

18 †Est tamē aduertēdū vt etiā dictū est supra, quòd in prædictis locis & vbiq; ante Foros de anno 1528. nihil poterat expedire Assessor nisi Regens esset præsens in loco: For. cū sæpe. de Regē. offi. Guber. & For. de Iusti. administrā. in D. Dipput. ideo in memorialibus processuū crimi. solebat dici, Residēte &c. idē est de iure vt reffert Purpurāt. ibi n. 146. cū sequē. Hodie etiā habētlocū dicti Fori, quādo dict' Regens præsidet in Audiē. quia per For. de ann. 1528. est dispositū quòd extra ciuitatē Cęsar. nō pōt. cōtinuari regia Audiē. & eo casu si cōtingat Regentē ab esse à ciuitate, debet in ea manere Assessor & prę sidere in dicta Regia Audientia, etiā

absente Regente, quia cum eo solū potest ire vnus ex cōsiliarijs Regijs.

19 †Præterea si dictus Assessor de iure nōn habens iurisdictionem admititur & eius officium consistit, in Postulationibus, Libellis, ædictis, Decretis, & Epistolis, multo fortius de Foro in Præmissis eius officiū versabitur, ex quo iurisdictionē exercet. Poterit igitur animaduertere, an aduocatus sit admitendus ad patrocinandum, poterit cum eo disputare ad veritatem eruendam, potest eum compellere vt silçat, potest ordinem in postulationibus apponere vt vnus post alium alleget: & quis debet prius allegare ponit Maran. in. 6. parte tit. de allega. vide de his omnibus Purpu. vbi supra à num. 94. vsq; ad numerum 107. Similiter circa libellos potest animaduertere qui sint admittendi, & qui respuendi vel lacerandi: si libellus est nimis calumniosus aut infamiam irrogans: licêt in hac materia de Foro non permittâtur ea omnia quæ de iure, ex quo cessat officium iudicis. Purpu. vbi supra à nu. 107. vsq; ad numerum 129. Similiter in ædictis, & Proclamatis, in casibus quibus à Foro, permittuntur vt ibi etiā Purpur. vsq; ad numerū 133. Similiter in decretis, in in casibus dignitatū Ecclesiasticarū, & cōmandarū habētiū vassallos, dātur dicta decreta per Assessorē præsidente Regēte offi. Guberna. in dicta Regia Audientia: & habet pro qualibet ex dictis executorialibus 10. florennos auri, de quib⁹ decretis, ponit Purpu. à nu. 133. vsq; ad numerū 139. Et ita in Epistolis si intelligas de literis missiuis, firmātur per Regentē offi. Gubernationis, & signantur per D. Assessorē vt dictum est: si intelligas de literis Iustitiæ requisitorijs in iuris subsidiū, vel aliàs, tunc vt dictū est expediuntur per dictū Assessorē eas firmā do sine eo, q firmēt per ipsū Regētē.

20 †Pertinet in super ad officium dicti Assessoris, esse prohibitum ad uocare in aliqua curia, & hoc seruare tenetur mediante iuramento & homagio, vt dictū est supra. Super eo tamen potest dubitari si saltim poterit cōsulere in sua camera. Hāc quæstionē mouet Molin. in verbo aduocatus] versi. aduocare. & remittit se ad For. secundum de offi. Cancell. qui nihil facit, & ad not. per Docto. in cap. 1. extra de postul. vide [Deci. in reg. fæminæ de regul. iur. num. 11. Purpu. in dict. Rub. de offi. Asses. num. 153. cùm sequen. ex cuius dictis videtur in ferri, quòd cum non prohibeatur nisi simplex, aduocatio, quòd si per hoc non distrahitur à suo officio, quòd poterit gratis dare cōsilium in sua camera: de quo tamen vide Auenda. de exequen. manda. reg. lib. 1. ca. 2. nu. 23. qui allegat Felin. in Rubr. de fide instru. nu. 2. Quo ad alios Assessores aliorum iudicum vide, For. de Assessoribus, iuncta declaratione tradita per Pertus. ibi.

21 †Tenetur prǽterea dictus Assessor reddere rationem villicationis quia potest vt officialis delinquēs in suo officio accusari in curia Iustitiæ Aragonū: For. 1. de Regē. officio Guber. & offi. suæ cur. & per omnes Foros supra allegatos cōtra Regentē offi. Guber. & insuper cū sit officialis D. Regis potest de gestis in officio inquiri per dñm Regē aut eius cōmissariū: Dico de gestis in officio: quia de gestis extra officium non potest fieri Inquisitio: Bald. l. 1. C. vbi de ratio. agi. opor. & in. l. 3. ff. nau. Caupo. stabul. Ias. in. l. 1. C. vt omnes iudi. Hipoli. in. l. fin. de iurisdi. ominum

omnium iudicum & in repet. Rub. de Fideiuſ. col.40.

22 †Poteſt præterea dictus Aſſeſſor, ſubſtitutum loco ſui, dare ipſi Regenti alterum iuriſperitum, naturalem & domiciliatum in Regno, vt dictum eſt: de cuius culpis tenetur dictus Aſſeſſor: vt in dicto For. de offi. Regen. officium Gubernationis. ponit Molin, in verbo Aſſeſſor. vbi dicit cũ cauſa eſſe faciendũ: vide Auenda. de exequend. manda. reg. lib. 1. cap. 3. Sed an dictus Aſſeſſor poſsit ſemel facere ſubſtitutum pro omnibus vicibus, quibus dictum Aſſeſſorem abeſſe contigerit: & videtur quòd ſic: per ea quæ notat glo. in pragma. Sancio. in verbo abſentia. titu. de Colla. fol. 97. col. 3. vbi dicitur, poſſe fieri vnam ſubſtitutionem generalem de aliquo, quotiens abeſſe contigerit: & ita intelligo factam fuiſſe per Regentem Cancel. de perſona. Andreę de Aniñon, Regij conſiliarij quotiens dictum Regentem abeſſe contingeret. Hæc autem planè procedunt dicto Aſſeſſore non præſidente in Audien. eo tamen præſidente, non facile admitterem ſubſtitutum niſi maxima ſubſiſtente cauſa, propter multa iuconuenientia quæ poſſent oriri, & tunc quòd fiat ſubſtitutio de perſona alterius ex conſiliarijs de Aegio conſilio.

23 †Circa Quintam Quæſtionẽ, de Aſseſsoris ſalario, conſtat per dictum Forum de Aſseſso. Regẽtẽ officium Gubern. habere conſtitutum ſalarium cum quo contentari debet, & vt elicitur ex illo For. erat ſoluendum per dictum Regentẽ offi. Gubern. & ideo, poſsito grauamine per dictum Aſseſsorem, ſuper ſolutione dicti ſalarij, fuit reſponſum, quòd debebat ſolui de iuribus ſcribaniæ dicti Regen. Hæc Pertuſa ſuper dicto For. Hodie vero præmiſſa ceſſant, nam ſalarium conſtituitur & ſoluitur à Domino Rege, & conſignatur ab eo pro vt vult. Eſt hodie à tempore curiarum de anno 1564. ſalarium dicti Aſſeſſores 1200. Solidorum, conſignatum hoc modo: 4500. Solidi ſuper Baiulia generali: 2550. Solidi, ſuper Cauallerijs de Calat. & Daroca: 2000. ſuper reditibus regalibus Fagæ: 2950. Solidi ſuper Morabetino ſoluendo de ſeptennio in ſeptennium: quæ quantitates ſummam faciunt in vniuerſo 1200. Solidorum: cùm quo ſalario debet eſſe contentus, vt dicit dictus For. de Aſſeſſor. Regen. & iurat & præſtat homagium, quòd non recipiet Caballeriam, penſionem, aut ſubornationem aliquam. An tamen poſsit recipere Eſculenta & Poculenta à litigantibus, vide quæ ſuper eis dicta ſunt in Regente officium Gubern. ſupra. & licèt antiquitus iudices ſolebant recipere Eſcufenta & Poculenta, à dictis litigan. hodie tamen iſta ceſſant, & bene: quia nihil hodie recipitur à partibus, & eſt optima conſuetudo, quæ ſeruatur, non ſolùm in hoc Regno, ſed & alibi: vt in Caſtella reffert Auenda. de exequendis mandat. reg. lib. 1. c. 2. poſt prin. Quãdo vero regens offic. gubernat. præſidet in regia audien. recepit ea quæ recipere ſolet regens Cancellar. de Decretis 10. Solidos de Executorialibus, 10. florenos. Et in ſuper recipit depoſitum de qualibet ſententia criminali, ſcilicet 50. ſolidos, quod depoſitum non exigit regens Cancellariam, ſed Aſſeſſor tantùm.

24 †Circa vltimam quæſtionem, ſcilicet qualiter impediatur officium

dicti Assessoris, Imprimis cessat, & extinguitur eius renunciatione, priuatione, vel mortè. Suspenditur præterea eius iurisdictio, quandiu vacat offic. Regentis officium Gubernationis, & in omnibus in quibus suspenditur iurisdictio Regentis, & eius scilicet, Assessoris iurisdictio suspensa esse censetur. Vbi denique cessat iurisdictio ipsius Regentis, & iurisdictio Assessoris suspensa, & Cæssare intelligitur, quia correlatiua sunt Regens & Assessor: nam licèt olim suspecto Regente non censebatur esse suspectus Assessor: hodie tamen recusato ipso Regête & ipse Assessor recusatus esse censetur, per Foros de anno 1564. pro quibus licet videre ea quæ de ipso Regente dicta sunt in vltima quæstione.

De offi. Alguazirij Regentis officium Gubernator Regni Aragonum.

SVMMARIVM.

1 *REGENS offic. Gubern. vnum duntaxat Alguazirium habet, Primogen. autem & Locumtenẽ. gener duos.*

2 *Quis Alguazirius esse possit, & qui ad hoc officium sint inhabiles.*

3 *Alguazirius Regen. offic. Gubern. à quo detur seu nominetur.*

4 *Quale sit hoc, officium, & eius potestas & iurisdictio, & de eius territorio, cum duobus nu. sequent.*

7 *De Alguazirij salario.*

8 *De Alguazirij sindicatu, seu coram quibus villicationis rationem reddere debeat.*

9 *For. de la summission de Porteros. An comprehendat Alguaziriũ Regent. offic. Gubern.*

1 VT dictũ est quòd supra Regẽs officium Gubernatio. potest tenere vnum Alguazirium, licèt Dominus Rex Locumten generalis, & Primogen. possit duos tenere, iuxta For. de offi. Alguazirij. Regens tamen nõ potest nisi vnum tenere, vt in For. Quod Regens offic. Guberna. non posses. tenere ni vnum Alguazirium.

2 † Circa dictum officium potest quæri. Primò quis potest esse Alguazirius, & dictum officium exercere, & in primis per regulã generalem requiritur, quòd sit naturalis, pro vt omnes Officiales iurisdictionẽ exercentes debẽt esse de Regno iuxta Fo. quod offic. Aragon. & For. Quòd extra. à Reg. & sicut dictũ est de Assessore, cùm hoc ædictum sit prohibitorium, omnis ille qui à For. non prohibetur censetur esse permissus. Minor, certum est, quod propter lubricum ætatis esse non potest Alguazirius. l. Impuberes. ff. ad leg. fal. & Bart. in dict. l. de Pupillo de Nõ. ope. nuncia. Item fæmina, In famis, Excommunicatus, vt dictum est supra de Assessore. Cæteri qui à For. & iure non prohibentur censetur idonei ad obtinendum, dictum Alguazirij officium.

Secundò

3 † Secundò potest quæri à quo dictus Alguazirius, Regentis officium Gubernationis possit dari & creari: & huic Quæstioni respondet Fo. quòd Regens offi. Gubernat. non poss. habere nisi vnum, Alguazirium, vbi disponit Forus, quod dictus Alguazirius Regentis, officium Guber. debet dari, & creari per dominum Regem, vel eius Locumtenentem generalem, & nõ per dictum Regentes officium Gubernationis, nisi in casu infirmitatis vel alterius impedimenti, quo Alguazirius creatus per dominum Regem, vel Locumtenentem generalem, esset impeditus, officium suũ exercere: quoniam eo casu potest dictus Regens creare Alguazirium ad tempus, & pro eo tantum tempore quo prædictum impedimentum duret, vt dicit prædictus Forus Quod Regens officium Gubernationis non poss. habere nisi vnũ Alguaziriũ. Quæ dispositio quòd in casu necessitatis possit Regẽs de Alguazirio, & executore sibi prouidere, iuri consona est. vt dicit Ange. in Authen. vt cleri. apud proprio. Epis. colum. 6. vbi asserit dicto necessitatis casu plura licere.

4 †Tertio potest Quæri quale sit, dicti Alguazirij, officiũ & quid illius virtute facere potest Alguazirius: & Imprimis, est certũ, quòd extra territoriũ in quo residet Regens offic. Guber. non potest exercere suũ officiũ: vt dicit Fo. de Officio Alguazirijs. in fina. verbis Ex hoc infertur Quod si Regens præsidet in Regia Audiẽtia, quod dictus Alguazirius, poterit exercere in toto Reg. in his in quibus dictus Regens habet totũ Regnum pro territorio, & ita isto casu poterit iuxta For. De las Treguas, ire pro vt solet adponẽdũ treguas: si vero non prȩsidet dictus Regens, tũc quia solũ habet pro territorio locũ, & terminos seu territorium iudicis ordinarij in quo personaliter reperitur non poterit extra illud territorium officium suũ exercere dictus Alguazirius.

5 † Intra vero territoriũ iudicis in quo Regẽs personaliter reperitur, exercere potest offic. suũ iudicãdo, & exequẽdo prouisiones factas per Regen. seu eius assessorem, præsidẽ te sinquam, dicto Regẽte in Regia, Audientia, dictus eius Alguazirius, exercet iurisdictionem in non declinãtes illam. Locum, & horam celebrationis suæ Curiæ, ponit Forus, de Iusti ad minis. in domi. Dipputa. scilicet in Dipputatione in sala Baxa, post meridiem Solet illam tenere, extra illos Corredores baxos Causæ vero de quibus cognoscit, sunt illæ quæ possunt sine scriptura leuari, & quæ per memorialia ducũtur, de quibus loquũtur Fo. quòd in causis non exceden. 20. & For. De las causas Meno. & Fo. Por sue ro. cum sequen. de Iudi. & de his causis cognoscit Alguazirius.

6 †Eius tamen officium vt ex Foris de officio Alguaz. & ex Foris de Alguazirijs, deducitur Precipue consistit in exequendis prouisionibus tam in causis, ciuilibus, quam criminalibus: in criminalibus possunt procedere, ad captionem præcedente prouisione, & seu mandamento iudicis, & etiam quãdo delinquentes sunt in actu delicti: Fonòn nulli de Alguazi. Mol. in verbo. Alguazirij Domini Regis, Deniq. consistit offic. Alguazirij in cognoscendo de causis minoribus partium non declinantium suã iurisdictionem, & in exequendo prouisiones dicti Regen. Alguazirij, do-

domini Regis vltra prædicta habent eurare de his quæ disponit Forus fina . qui incipit, sequitur ordinatio.de Alguazi. scilicet asistendi, ad Ianuas Regis eum certis hominibus & tenendi captos in carcere, vnictos pro modo delicti vt dicit. Forus Sequitur ordinatio.de Alguazirijs. Quod iuxta mandatum iudicis,regulandum est:vt dicit ibi Forus. Item repræsentandi se ante officiales loci inquo imēdit executionē facere,vt dicit Forus 1.de Alguazi. vbi etiam disponitur.Quòd facta captione tenetur parti tradere copiam prouisionis de eapiendo, & etiam exequi tenentur prouisiones quæ eis præsentabuntur, & ceptas, continuare sub pœnis offi. delinquen. vt ibi disponitur.

7 † Quarto potest quæri de eius salario. De quo plene in dicto Fo. Sequitur ordinatio.de Alguazi.vbi etiam disponitur quando ad eum, pertineant arma & vestes capti & cōdemnati & in d. Fo. 1. de officio Alguazi. vbi statuitur quod Alguazirius Regen.officium Gubernationis, ex capsueldos quos peracta executione capiunt, Alguazirij domini Regis,Primogeniti, & Locūtenen. general . non potest habere nisi dimidium dicti salarij, quod ex dietis & dictis executionibus percipunt dicti Alguazirij: qui omnes nō possunt aliquid percipere,nisi cōfesso albarano per eius notariū, de omni,eo quòd receperint: etiā si volūtariè à partibus daretur, quod debet in actis processus continuari, inquo albarano debet scribi & cōtineri,quātitas que recipitur & causa ex qua recipitur & locus vnde fuit egressus ad faciendum dictos actus propter quos dictam recipit quantitatem.Hæc omnia sunt disposita per Fo. de Alguazi. domini Regis, in quo etiam disponitur quòd in vno die licet plures,egerit executiones,non potest recipere nisi vnam diæ neq. etiam potest exigere,ab appellitatis salarium suæ dietæ dictus Alguazirius , sed ab appellitantib⁹ tantum eum aflicto non sit danda afflictio vt dicit Fo. cum aflicto de Appelli.

8 † Quinto quæri potest corā quibus teneatur reddere rationē villicationis, & sie eorā quo tenetur & debeat conueniri de delictis per eū cōmissis in officio:& constat per dictum fo. 1. de Alguazi. quod de delictis ibi specificatis debet conueniri in curia Iustitiæ Aragonum,&ad instan.partis vel procuratoris Regni vel vniuersitatis vbi facta est executio:& idem crederē de quocūquè delicto cōmisso per eum vt officialē,delinquentem in officio sit tā tùm iudex competens dictus Iustitia Aragonum,seu eius Locūmten. & poterit à supra dictis accusari, Potest in super denunciari dictus Alguazirius Regentis sicut & cæteri officiales meri executores, possint denuntiari in mense Aprilis,& sicut Locumten. Iustitiæ Aragonū, vt disponit: Fo.statuimus.de Supra iuncta.Potest in super inquiri dictus Alguazir. Regentis,per dominum Regē,seu commissarium ab eo dipputatū, sicut & cæteri officiales qui iurisdictionem aut aliquid pro domino Rege exercent, nam in hos permissa est inquisitio,vt in Priuileg. gener.& illius Declara.& ita quidam portarius fuit Inquisitus per Michaelem de Losilla, iudicem Enquestarum . An tamen Fo. De la summisión de Porteros. Comprendat dictum Alguazirium

in eo quòd dicit, quod Portarij, Virgarij, Locumten. Supra iunctarij, & alij Officiales, meri executores;& videtur dicendũ quòd nõ: primò quia illa verba generalia & alij meri executores, non debent comprӕhendere maiora exprӕsis. c. se des de rescrip. & ideo Supraiunctarij & Alguazirij, quia maiores, eos in ordine prӕcedunt, non debent esse comprehensi. Item quia dictus Forus loquitur de alijs officialibus qui sint meri executores, Alguazirij vero vt dictum est supra, non sunt meri executores, quia cognitionem causarum habent in non declinantes, ex quibus infertur quòd dictus Alguazirius delinquens in executione, prouisionis, emanatę à dicto Regente officium Gubernat. seu eius Assessore, de quòd non poterit puniri per eos iuxta dictum Fo. De la summision de Porteros, sed quod debebit tanqua officiales delinquens castigari in curia Iustitiӕ Aragonum.

De Notario Regen. offi. Guber. seu eius officio.

SUMMARIUM.

1 *Ori qui de hoc Notario, loquuntur recitantur.*

2 *Notarij processus actitantes, ante Fo. de prothono. & For. Quod etraneus à Reg. exteri esse poterant seu alienigene.*

3 *Scribania Regen. offic. Gubernat olim per Domin. Regem prouidebatur, hodie patrimonialis, est effecta.*

4 *Officium Notarij Regen. offic. Gunat. inquo consistat*

5 *Inseritur tenor, sententiӕ Arbitralis late per regios consiliarios, inter dictum Notarium, seu Scribam. Regen. offic. Gubernatio. & Scribas mandati domini Regis circa eorum officij exercitium.*

6 *Dispositio loquens de Scribis mandati habebit hodie locum in Notario seu Scriba Regen. offi. Guberna.*

7 *De salario prӕdicti Notarij.*

8 *Coram quibus reddat rationem vel accusetur si in officio deliquerit.*

1 DE Notario dicti Regen. loquitur Fo. de iusti. Adminis. in do Dippu. & Fo. de Regen. offi. Guber. & offi. suӕ curiӕ & Fo. necessaria de iudi & plures alij.

2 † Circa prӕdictũ offic. potest Primo quӕri à quo possit obtineri: & licet olim pro vt reffert. Moli. in verbo Notarius actinans processus. vers. Notarij actinantes processus. poterát esse alienigena, ponderãdo For. fi. de Tabellio. in antiquis iũcto Fo. vni. quòd cõmissá porta. tamẽ hodie debet esse naturalis de Regno, per Fo. de prothon. & Fo. quod extrane. à Regno, nõ pòs. vbi Not: iudicaturӕ debent esse de Regno, hӕc

hæc ergo qualitas est requisita à foro. Regulariter ergo quilibet poterit esse Notarius Regen. nisi qui prohibitus reperiatur, cùm edictũ, sit prohibitorium vt dictum est supra de Assessore, & Alguazirio Regen.

3 † Secundo potest quæri à quo detur seu erectur Notarius Regen. & credo originaliter dari de dicto officio prouisionem à domino Rege, licet regulariter, iudices sibi nominent de iure, scriptores & Notar. in c. quoniam contra de proba. tamen vt perpenditur ex. sententia arbitrali de qua infra hæc scribania Regentis obtinetur ex sucessione parentum, & disponitur, de illa vt de reliquo Patrimonio, nam Michael de Losilla, Pater illius qui hodie illam obtinet emiteam à quodã Notario & de ea obtinuit regale Priuilegium. Item con cessa in iusiteosim & alijs ex eis in perpetuum concessa ad disponendum de ea vt de Patrimonio, & postea dictus Losilla, in eius testamẽto reliquit eam Hieronymo de Losilla, eius filio cum vinculo. Quòd si sine filijs decederet, perueniret, in Ioannem eius alterum filiũ, qui hodie illam ex dicto titulo fideicõmissi obtinet.

† Tertio potest quæri quale sit e-
4 ius officium & in quo consistat: & potissimũ in actitandis processibus & expediendis prouisionibus quæ aguntur expediuntur & concedium tur per dictum Regentem seu eius Assessorem vel de eius consilio, scribendo qualiter fiunt de consilio dicti Assessoris vt dicit, Fo. 1. de Regen. offic. Guber. & offi. suæ Curiæ, & Fo. de admi. iuist. in domi Dip-

5 puta. Regni. † Circa tamen exercitium dicti officij, lata fuit sententia arbitralis inter scribam dicti Regentis & scribas mandati Domini Regis, per Doctores de supræmo consilio Regio, in mense Ianuarij de anno. 1562. & per eã declaratũ extitit, quòd scribę mandati Regente officium Gubernationis in Regia Audientia præsidente, habeant exercitium suorum officiorum sicut si in ea præsedisset Locumtenentis generalis, & similiter præsidente in dicta Regia Audientia, Locumtenente generali & seù Domino Rege, quòd similiter habeat exercitium sui officij dictus scriba Regen. sicut cæteri scrbæ mandati. Deniq. in Regia Audientia, quicumquè in ea præsideat, ad paria iudicantur per dictam sententiam arbitralem, scriba Regentus & scribæ mandati, habetq; exercitium officij mandati dictus scriba Regentis, & assimilatur in omnibus & per omnia perpetuò per dictam sententiam, dictis scribis mandati, in his vero quæ extra Regiam Audientiam prouidentur, per dictum Regentem seu eius Assessorem, omnia expediuuntur per solũm eius scribam, nec in eo se possunt, intromittere scribæ mandati, vt in sententia asseritur, cuius capleta ad effectum præmissorum sunt hæc in effectu, videlicet.

PRIMO que Escriuanos de mãdamiẽto presidiendo el Regẽte, el officio de la Gouernacion, puedan exercir sus oficios como lo hazen presidiendo el Virrey.

Item que Geronymo de Losilla, y sus successores en la Escriuania de dicho

dicho Regente perpetuamente,assi præsidiendo el Virrey,como el Gouernador.aunque aquellos, ni el otro dellos no sea Escriuano de Mandamiento:y assi en Çaragoça,como en otro lugar donde estuuiere continuada la Audiencia Real, puedan actitar qualesquiere processos, actos, prouisiones,priuilegios,cartas, escripturas,y otros qualesquiere instrumentos pendientes,y que se hizieren en dicha Audiencia ante los sobredichos,y qualquiere dellos, y exercir sus oficios respectiue enteramente. Lo qual dicho Geronymo,y sus succesores en ella, puedan tener y tengan exercicio de Escriuanos de Mandamiento,puedan hazer qualesquiere escripturas validê, & perpetuò,con todos los drechos, y pertinencias como si fuessen Escriuanos de Mandamiento:y perpetuamente sean auidos por tales, assi & segunt que lo puede hazer qualquiere Escriuano de Mandamiento, assi ante el Rey, Primogenito, Virrey, como Gouernador, y su Assessor: y en sus audiencias, y de qualquiere dellos, intra Regnum, con todas las otras gracias,preheminencias,y emolumentos, por razon de las escripturas,actos, y processos que recibieren,actitaren,y despacharen:y a qualquiere Escriuano de mãdamiento,y Escriuania perteneciente,y pertenecer podiente, y deuiente en qualquiere manera perpetuamente.

Item, por quanto Geronymo de Losilla, y los suyos han de tener la dicha Escriuania del Regente, perpetuamente con exercicio y facultad de Escriuano de Mandamiento, con todas las preheminencias,perrogatiuas y priuilegios pertenecientes,y pertenecer podientes, y deuientes en qualquiere manera a los Escriuanos de Mandamiento, y vsar todas y qualesquiere cosas que los Escriuanos de Mandamiẽto suelen,acostumbran,y pueden vsar. Y por quãto a esto podria obstar pragmaticas,y ordinaciones Reales, que su Magestad interponga su decreto con derogacion dellas.

Item adiudica el sello de la Gouernacion al Rey.

Item atendido que Losilla, y los suyos por la presente declaramos ayã de tener y tengã exercicio y facultad de Escriuano de Mandamiẽto,en la audiencia Real, presidiendo qualquiera,assi,& segunt q̃ qualquiere Escriuano de Mandamiento lo puede hazer como està dicho, y declarado, Y que en caso de enfermedad,o absencia los otros Escriuanos le ayan de leer sus sentencias,y los processos,y tomar los votos en Consejo,y referendar los despachos,y sentencias. Y dicho Losilla y los suyos ayan de hazer lo mesmo con los otros Escriuanos que residieren en Aragon. Y quando el Gouernador presidirà,Losilla tenga facultad de substituir,como oy la tiene,con que el substituto nò entre en Consejo, ni haga mas que los Regentes de los Escriuanos de Mandamiento,y que los Escriuanos lo hayan de hazer.

Item se da facultad a Geronymo de Losilla,de renunciar la Escriuania de Mandamiento que oy tiene.

Item que los que sucederan en la Escriuania de la Gouernacion con exer-

exercitio de Escriuano de Mandamiento, tengan las precedencias conforme a las Prematicas.

Item quando sale el Gouernador de Çaragoça, y fuera del lugar do està la Audiencia. Que en lo que toca a su officio, sea solo su notario, secus, si sale como Comissario, qui atùc puede lleuar el que querra.

6 † Deniq. per ista, videtur scribam Regentis offi. Guber. in omnibus, & per omnia æquiparatus Scribis Mandati, nam vult quod licet nòn sit talis, habeatur in omnibus, & per omnia pro tali. Ex his videtur inferri, quòd cum isti duo casus, scilicet verus, & fictus, sint in omnibus per hanc sententiã æquiparati, quòd dispositum in casu vero habebit locũ, in casu ficto, c. ad audientiam, & c. cum dilectus de cleri. non residen. l. Cum ex oratione. ff. de excusa. tuto. l. cum in adoptiuis. C. de adopti. Socin. consil. 260. num. 9. Quod facit ad quæstionem si data est commissio Regenti, cum hoc quod secum deferat pro expeditione actus, vnũ Scribam Mandati, quod dispositum in casu vero, poterit verificari in eo, qui in omnibus, & per omnia habetur pro Scriba mandati.

7 † Quarto, potest quæri de salario dicti Notarij Regent. & circa hoc sunt plures Fori qui de salario scripturarum iudicialium, & extra iudicialium loquuntur, in quibus disponitur quantum possunt exigere pro scripturis per eum actitatis, vt sunt For. de Sigil. & sala. scriptu. For. Cupientes, de Tabelli. & For. Statuimus. eo. titulo. & For. Item statuimos eo. titulo. For. De taxa. scriptu. & Fo. De taxa scriptur. Iud. & extra. iudi. & For. De taxa proces. & scriptu. & For. de salar. Notar. Molin. in verbo Notarius actitãs processum, & in verbo Notarij salarium. & in verbo Salarium.

8 † Quinto, quæri potest coram quibus teneatur dictus Notarius reddere rationem villicationis, & seu possit conueniri: & in hoc si loquimur in ciuilibus, vt quia petatur restitutio malè ablati, & contra Fori dispositionem: & isto casu cognoscit dictus Regens, seu eius Assessor, à quo prouisio emanauit: argumento For. de sigil. & sala. script. & For. 2. De taxa. proces. & scrip. si vero criminaliter, vt Officialis delinquẽs cõtra Forũ accusetur, vt quia fuerit falsarius, accusabitur in Curia Iustitiæ Aragonum, vbi priuatiuè fit accusatio officialiũ: Quia Fo. 2. De taxa processus asserit, vt officialem in officio delinquentem posse accusari, & consequenter in Curia Iustitiæ Aragonum. Moli. in verbo Notarius actitans processus: versic. 1. & versic. Notarij actitantes processus criminales. & in verbo Notarius accusatus de falso. vbi de falsitate agitur coram Iustitia Aragonum. Potest insuper agi contra dictum Notarium Regentis, vt puniatur propterea, quod non vult parère mandato Regẽtis, vel Assessoris, de quo loquitur obser. Nota. de consuetudine. versic. Et vbi aliquis notarius. De fide instru. vbi per Iudicem mãdantem, cui dictus Notarius non paret, potest suspendi, & capi, & crescẽte malitia, potest facere priuari Notaria. Sed per quem debeat priuari, ponit plura super his Bages in dicta Obseruant. vbi concludit esse priuandum per eum qui creauerat illum.

De

De Portario Regentis officium Gubernationis

*E Portariorum numero, & eorum officio remissiuæ.*

1 OLET insuper in peragendis negotiis, vti Portario dictus Regens, non tamen ex Fori dispositione habet certum constitutum in eius Portarium, sed tantum destiuatione quadam: nam de Foro certus est, numerus Portariorum qui possunt Portarij officio, vti in Regno. For. 1. De Porta. vbi duodecim tantum possiunt eo officio, vt, & isti dantur, & creantur à Domino Rege, seu eius Locumtenente, vt dicit ibi Forus, & quando dictus Regens præsidet in Regia Audientia, omnes deseruiunt indifferenter, in exequendis prouisionibus à dicta Regia Audientia emanatis, si vero dictus Regens non præsidet, solet secum ducere vnum ex dictis Portariis, is tamen solet esse, de dictis duodecim, cum vltra illos nemo potest officium Portarij in dicto Regno, exercere, vt dictum est. De dicto officio Portariorũ; quod sint Aragonenses, & non Clerici, & de eorum officio ponitur per Molin. in verbo Portarij; & in Foris de Portariis, de la reduction de Porteros. De la summision de Porte. vbi, coram quibus, & qualiter sint conueniendi, & contra eos procedendum.

FINIS.

TRACTATVS DE OFficio Gubernationis, seu Procurationis generalis Regni Aragonum in criminalibus.

EODEM IBANDO DE BARDAXI, Domino Locorum de Bellestar, & de la Selua, in Aragonensi Senatu Regio Consiliario Auctore.

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Occasio qua sub hoc tracta. de offi. Guber. de causis criminalibus agitur.*

2 *Vt causarũ criminaliũ cognitio habeatur, Fori, & tempora distinguuntur.*

1 QVONIAM, vt dictũ est, ad officiũ Regentis offic. Guber. spectat, ire per Regnum, vt gentes propter eius præsentiam à malis coerceantur, atq. per euocationem, de causis criminalibus, cœptis coram ordinariis locorum, & quæ incipiendæ erant corã eis, in locis, vbi reperitur, cognoscere: vt dicit For. 2. de Regen. offic. Guber. quod non possit alium Reg. face. ideo operæprecium est, aliqua de dictis criminalibus causis modò inserere.

2 † Et in primis, ad cognoscendum, qualiter in dictis causis criminalibus sit procedendum, sunt distinguenda tempora, & Fori: nam aliter olim secundùm Foros antiquos procedebatur, & aliter hodie secundùm Foros nouos.

Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *De modo, & forma procedendi per batallã, siue duellum, ex parte accusatoris.*

Iuditium repterij, siue duelli hodie non est in vsu.

Q Per

3 *Per viam accusationis directæ dupliciter procedebatur, plenariè, scilicet, & summariæ.*

SEGVNDVM Foros antiquos, poterat dupliciter procedi, aut per batallam, aut directã accusationem: vt refert Molin. in verbo consanguinei, versi. 3. vbi ponit modum procedendi per Batallã, & repterium, reptando homicidam de morte, cum qualitate proditionis: in For. de Duello, & Obser. de prodito. Similis lex est in Castella, vt possit per repterium, & batallam procedi, vt per Burg. de Pace super ll. Tauri, super nu. 412. cum sequen. fol. 121. vbi latè impugnatur Duellum. Quando poterat locum habere dictum iudicium repterij, & per batallam procedi, ponit Molin. in verbo Fidancia. vers. 2, & in verbo Batalla, & in verbo Duellum. vers. 3. Vbi etiã quando cæpta causa per repterium, & batallam, possit accusans redire ad directam accusationẽ. De dicta accusatione per viam repterij, ponit plura Bages in Obser. fi. de prodito. Per tusa in titu. de Prodito. & proditio. vbi, & vbiq. tam de iure, quàm de Foro agatur, dicitur, numquam permitti, nisi concurrentibus indiciis, & deficiente plena probatione. De quo iudicio loquũtur DD. Bario. Ias. & alij in l. ex hoc iure. de iust. & iur. Carre. in pract. criminali, tract. de homici in 3. quæstione qualiter excusetur homicid. in 11. excusatione, fol. 211. pag. 1. vbi plura de hac purga. per batallam.

2 † Hodie verò licèt à Foro non sint sublatæ hę purgationes, præterquam illa, quæ per ferrum candentem fieri solebat (For. de canden. ferr. iudi. abol.) tamen hic accusationis modus effectualiter est sublatus, cùm per illum quandoq. absoluitur condemnandus, & è contra, & tentatur Deus: vt refert Molin. in d. vers. 3. & Carre. vbi supra, concludens, nullo casu permitti huiusmodi purgationẽ: & dixi supra in 6. & 7. quæst. ex sacro Concil. Triden. & notatur in titul. extra de purga. vulga. & sic cùm hic modus procedendi ab vsu recesserit, non erit de eo ampliùs differendum: vide plura per Burg. de Pace d. fol. 121.

3 † Secundo modo procedebatur per viam accusationis directæ, & hoc dupliciter, summarie, vel plenarie: quos duos modos supponit Obseruant. Item nota. la grande, de Postuiando. ibi, summariè, vel ordinariè, pro vt aliàs qualitas causæ exposcit. facit Obseruant. de consuetudine. de Priuileg. gener. Et erat regula, quòd in omnibus procederetur ordinariè, nisi in casibus, quibus expressè dispone batur esse aliter procedendum, pro vt in accusatione officialium delinquentium, & in casibus Fororum, incipientium Como cerca la punicion. de homicid. in quibus procedendi forma reperitur expressa; ordinariè verò procedebatur, pro vt hodie proceditur ordinarie in causa ciuili, assignabatur siquidem ad deliberandum, quærendum instrumenta, declarandum, contestandum, &c. Fo. prout de litib. abbreuian. Obser. pænul. & ante pænult. de lit. contesta.

Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *NARRVNTVR plura remedia quæ accusato competebant iuxta For. antiquos, siue summariè, siue plenariè procederetur.*
2 *De iurisFirma quæ in limine captionis adeam impediendam præsentari poterat.*
3 *De alio remedio, firmandi, scilicet petitioni contra se oblatæ: iuxta For. 3. de fir. iur.*
4 *De remedio manifestationis personarum, ante, & post sententiam.*
5 *Aliud erat remedium electio iurisfirmæ: iuxta For. Querientes de Fir. iur.*
6 *Appellatio etiam Reo competebat: iuxta For. Por quanto de appella. tamen quòd hoc, & præcedẽs erãt periculosa.*
7 *De iurisfirma quæ ad impediendam executionem sententiæ late, præsentari poterat.*
8 *Vtebantur etiam Rei aliquando, iurisfirma, seu inhibitione Iudicis Ecclesiastici.*
9 *In electione accusatoris erat an vel let reum accusatum, citare verbaliter, seu personaliter, an vero realiter; & de his quæ in vtraq; citatione requirebantur.*



1 QVOCVNQVE autem modo procederetur, competebant tunc per dictos Foros antiquos ipsi accusatò plura remedia, nẽpe iurisfirmarum, manifestationum, appellatiõnũ, electionum, iurisfirm. ac inhibitionis Iudicis Ecclesiastici. Poterat siquidem præsentari iurisfirma in limine captionis, prout hodie, ad impediẽdam captionem: † Dicebatur, & dicitur præsentata in limine captionis, quando præsentatur, antequam mittatur in carcerem: vel si capitur extra locum, in quo est detinendus in carcerem, dicitur præsentata in limine captionis, antequam in carcerem illius loci, vbi est captus, vel in aliqua domo sit missus, custodiæ causa, donec inde exeat: refert Molin. in verbo Firma. versic. Verba illa. Et præsentata dicta Firma in limine captionis impediebat captionem dictam; & impedit, nisi facta fuerit prouisio, quòd non obstante Frma caperetur, quod fiebat, quando plene de delicto ministrabatur informatio: Foro Quicunque. de appell. Et hodie, quando ministratur informatio semiplena, vt infra dicetur: tunc procedebatur, nisi esset Firma Priuilegiata, vel ad Casum; si verò non præsentabatur in limine captionis, non impediebatur dicta captio, vt dicit ibi Molin. 2

3 † Dabatur aliud remedium, scilicet, firmandi petitioni, contra se oblatæ, cui poterat quandocunq. firmari For. 3 de Fir. iur. & procedebatur super receptione dict. iurisfirmæ eo modo, quo dicit Molin. in verbo Accusatus. versicul. Accusatus de quocunque crimine.

Et si recipiebatur dicta iuris firma, erat effectus, quòd liberabatur à captione, vel saltim veniebat liberandus, et si eum non liberabat dictus Iudex, liberabatur per Iustitiam Aragonum For. 2. de Manifestatio. personar. Molin. in verbo Causa criminalis. versic. 2. per Obseruant. fin. de Prodito. Et etiam dabatur sibi licentia litigandi per Procuratorem, quod non poterat ante; tenebatur tamen tribus temporibus personaliter comparere, puta, in litis contestatione, publicatione, & sententia, vt ibi Molin. Nihilominus dictus captus erat dandus sub fideiussoribus, si non constabat de delicto; vel licèt constaret, non erat pro eo imponenda pœna corporis afflictiua: Obseruantia pœnultim. de satisdan. vbi Bag. & Obseruant. Item quod ibi dicitur. Interpretat. qualiter, & in quibus. & Obseruantia Item nota, quod in causa criminali. de homicid. vbi Bages late. Quo casu sit dandus sub fideiussoribus captus, ponit late Bossi. titul. de Carcerato fideiussoribu committendo. pagin. 28.

4 † Competebat etiam olim aliud remedium ipsi accusato, scilicet, manifestationis personarum ante, & post sententiam: poterat siquidem captus, aut capiendus facere se manifestari, & in processu manifestationis ante sententiam diffinitiuā causæ principalis poterat ostendere per viam summariam, cum processu, vel copia illius, de iniusta captione in casibus tantùm à For. de Manifestatione personarum, dispositis, & non in aliis, vt in For. 4. de Manifestatione personarum, & constito de iniusta captione, in dictis casibus liberabitur per Iudicem Manifestationis à dicta captione. Et in casu, quo ante, vel post sententiam se facit manifestari, lata sententia diffinitiua in causa criminali, tunc in processu Manifestationis per dictum Manifestatum deducebantur omnia grauamina, ad effectum ostendendi de nullitate sententiæ, vel non esse rectè latam, deducendo omnia grauamina in cedula grauaminum, cum hoc, quòd sit Firma præsentata. Procedebatur in dicto processu eo modo, quo proceditur in processu electionis iurisfirmæ grauaminum factorum, procedendo secundum ordinem traditum à For. 4. de Manifestatione personarum, deducendo omnia grauamina pretensa contra sententiam, & etiam contra captionem, licet alias fuissent summarie deducta: vt dicitur in dict. For. 4. de Manifestatione personar. quæ etiam declarantur per dict. For. 1. & 2. de Manifestation. personar. in correctis. Et olim dictus Manifestatus indistinctè portabatur ad posse Iustitiæ Aragonum per Officiales executores prouisionis Manifestationis: For. 1. de Manifestatione personarum. & mittebatur in carcerem communem, vel domum aliquam, vbi Curia Iustitiæ Aragonum residebat, donec factus esset Manifestatorum carcer, iuxta Forum Razonable cosa. de officio Iustitiæ Aragonum.

† Dabatur

5 † Dabatur insuper dictis accusatis remedium electionis iurisfirmæ: For. Quirientes. Qui est octauus de firma iuris, quod remedium competebat contra quamcumquè sententiam, siue diffinitiuam, siue interlocutoriam, & dabatur remedium electionis iurisfirmæ, non manifestatis, vt dicit Forus Quirientes.

6 † Competebat etiam remedium appellationis: Foro Por quanto. de Appella. vbi prouidetur, quòd, pendente processu super appellatione, vel electione, iurisfir. captus debebat detineri per Iudicem à quo, & appellationis remedium competebat contra quamcũquè sententiam, sicut dictum est de electione. Verum est, quò dicta appellatio neque electio, iurisfirmæ a sententiis interlocutoriis, non poterant prosequi ante sententiam diffinitiuam, nisi tãtùm in quatuor casibus, de quibus in For. penul. de fir. iuris. & For. 4. de appella.

Et licèt ista remedia appella. & electio. competerent secundùm dictos Foros, erant tamen periculosa, nam Iudex sententiam suam executioni mandabat, non obstãte appellatione, vel electione, vt elicitur ex For. 1. de Execu. rei iudi. nisi eis prę sentaretur inhibitiò superioris, vel essent manifestati, & propterea cõmune remedium erat olim remedium manifestationis.

7 † Prætereà olim in cãsibus, in quibus absens poterat condemnari (quia regulariter non poterat damnari, vt in processu absentiæ dicetur) poterat absens condemnatus, sicut hodie potest, iuuari remedio iurisfirmæ, ad impediendam executionem sententiæ, firmando dictam iurisfirmam, & illius inhibitionem, in aliqua nullitate processus, vel qualitate ipsius condemnati, per quam est exeptus à iurisdictione iudicis, qui sententiam protulerit, pro vt dicetur infra, nam quò ad huiusmodi remedium, nihil noui dispositum est per Foros, & consequenter sicut hodie competit, vt infra dicetur, ergo & olim.

8 † Recurrebat olim etiam accusatus ad Iudicem Ecclesiasticum, ad obtinendum inhibitionem contra Iudicem Secularem, ratione tonsuræ, aut alterius qualitatis circumferentis eius iurisdictionem, & pręsentata Iudici Seculari inhibitione dicti Iudicis Ecclesiastici, erit suspensa eius iurisdictio, donec de viribus inhibitionis esset cognitum in Banco Regio, quod erat in Ecclesia Sancti Iacobi, vbi dicta competentiæ iurisdictionis causa tractabatur, & quandoquè non deferebat vnus alteri, quando non poterant concordare: & si vnus excommunicabat, & supponebat terram interdicto, alter agebat ad occupationem temporalitatum, & oriebantur scandala. Propterea fuit conditus Forus de Competentia iurisdictionis, in anno 1528. Prout in Catalonia fuerat editus, de quo postea dicetur.

9 † Hæc sunt remedia, quæ olim per Foros antiquos poterant accusatis competere in dictis processibus, actitatis iuxta Foros antiquos, siue summariè, siuè ordinariè fuisset processum. Et est aduertendum, quod in his, & eorum quolibet poterant incipere à citatione verbali, vel à citatione reali, & sic à captura.

In facultate est accusantis, etiamsi posset incipere à citatione reali, illam viam ommittendo, incipere à personali, & verbali citatione, & tunc solemnitas erat, & est, quòd obtinens citationem iuret, illam esse veram, & non fictam, & firmet super expensis, sicut fit in oblatione appellitus: Foro ¦por apellidos fictos. De appelli. Qua solemnitate interueniente prouidebatur per Iudicē dicta citatio criminalis, absquè aliqua informatione, per dictum For. Sicut & hodie incipiebat à reali citatione dictus processus, quando oblato appellitu captionario ministrabatur super delicto aliqua informatio: nam non ministrata aliquali informatione, licèt fuisset appellitatum, non poterat procedi ad captionem, sed Iudex concedebat tantùm citationem criminalem: For. Quandocumquè. de appelli. Nam per dictum Forum, sine informatione non poterat procedi ad captionem, sicut & de iure non potest procedi: vt per Foller. cap. 2. pag. 14. & c. 3. pag. 31. & per Bossi. c. 2. de delinquente, & c. 3. de captura.

† Ministrata verò informatione, procedebat Iudex ad captionem, quandoquè, non obstante firma, quādo erat plena de delicto informatio, vel in certis casibus semiplena. Quandoquè procedebat simpliciter, vt quando non ministrabatur talis informatio, vt in dicto Foro. Quandocumquè. & aliis foris de Appelli. poterat etiam ad captionem procedi ex officio, fragante maleficiis: for. 7. in fin. de, Litib. ábreuian.

Cap. III.

SVMMARIVM.

N delictis ex contractu descendētibus, nihil est immutatum per Foros nouos, & ideo secundum Foros antiquos in illis procedetur.

In cæteris verò delictis indistinctè proceditur iuxta Foros nouos sub tit. De modo & forma procedendi in criminali.

OMNIA supra proximè dicta de processibus criminalibus iuxta Foros antiquos, præmissa fuerunt pro aditu dicendorum in processibus criminalibus iuxta Foros nouos, scilicet, iuxta Fo. De modo & forma proceden. & forum de Processu contra citat. & absentes.

1 † Hodie, præterquàm in delictis descendentibus ex contractu, vt est super fractione iuramenti appositi in contractu, in quibus delictis nihil de nouo dispositum reperitur, fortè, quia in eis non deberet procedi criminaliter, vt statutum est Mediolani (quod in delictis descēdentibus ex contractu non procedatur criminaliter, Bossi. in tit. de Decreto Mediola. pag. 119. vel quia raro solet procedi, & leges non ad ea, quæ raro &c. l. nam ad ea ff. de legi. vel alia causa Foristis bene visa nihil de eo delicto statuerunt, & propterea hic casus remanet in dispositione fororum antiquorum, de criminalibus causis agentium, lege commodissi

modissime.ff.de libe. & pos. Ita ser uatum reperitur in quodam proces su super fractione iuramenti, apposito in compromisso; est processus in scribania Marti.de Blancas. In cæteris verò delictis indistinctè proceditur iuxta dictos Foros de modo & forma. vel de processu contra cita.& absen. etiam si super dictis delictis esset iam à Foro particularis forma procedendi introducta: quod ægrè fert Molin. in diuersis locis in verbo accusatus de quocumquè crimine. & in verbo officiales delinquentes.& in ver.forma procedendi.& in verbo Fori.versi. Forus primus.& alibi sæpe.

Caput. IIII.

SVMMARIVM.

1 *IVXTA dictos Foros nonos dupliciter procedi potest, vel incipiendo à citatione verbali, vel à captura.*

2 *De appellitu criminali captionario & eius requisitis. & primò quòd sit oblatus ad instantiam partis legitimè cuius principaliter inter est.*

3 *Fallit in clerici homicidio.*

4 *Fallit in casibus in quibus Procurator astrictus accusare potest.*

5 *Fallit in Procuratore Regni, qui in certis casibus est pars legitima ad accusandum.*

6 *Fallit in casibus in quibus Procurator Fiscalis facit partem.*

7 *Regulariter pars legitima dicitur cuius principaliter interest, vt sunt consanguinei propinquiores interfecti, & an consanguineo accusanti, incumbat onus probandi se esse proximiorem.*

8 *Statutis terrarum vt plurimum aliter cauetur.*

9 *Requiritur secundò in dicto appellitu criminali quòd sit oblatus coram iudice competente, & quis sit iudex competens.*

10 *Narrantur delicta, pro quibus fieri potest accusatio vbicunq; delinquẽs reperiatur.*

11 *Si Locumte.Gener.vel Regens offic. Gubern.in loco domicilij accusati reperiantur, coram eis offerri potest appelli. criminalis.*

12 *Enumerantur viginti casus, in quibus ommissis iudicibus ordinarijs potest quis conueniri vel accusari etiam coram Domin.Rege, Locumte.gener.Primoge.Regen offi.Gubern.vel Iusti. Arago.*

13 *Qualitas illa plenè est probanda, respectu cuius, quis extrahitur à suo iudice ordina.& locali.*

14 *Appellitans iurare debet appellitũ esse verum & non fictum.*

15 *Agitur de solennitate quæ obseruari debet in secundi appellitus criminalis prouisione pendẽte primò, & seu in secunda accusatione, pendente prima, siue ab eodem siue à tertio intentetur cum quinq; num.sequen.*

16 *De informatione ad prouisionem appellitus criminalis necessaria. & & nu.17.18.19.& 20.*

20 *Etiam si simpliciter appellitus prouideatur, necessaria est aliqualis informatio de iure & de Foro, secus de consuetudine. cum nu. sequentibus.*

22 *Duæ aliæ solennitates ad appellitus criminalis prouisionem necessarie, & ibi quod ommissio solennitatis requisite sine clausula Decre. irritan. actum non vitiat.*

23 *Appellitu oblato cum debitis solennitatibus, incontinenti vel intra tres dies est prouidendus.*



1 IN dictis criminalibus causis, super delictis non descendentibus ex contractu, procedendo iuxta Foros nouos proceditur incipiendo vel à citatione verbali vel à captione, vt dictum est. Vt verò incipi posit à captione, debet præcedere appellitus, oblatus ad instantiam partis legitimæ coram iudice competenti, in cuius oblatione seruetur solennitas Foralis, vel quód capiatur in fraganna delicti: For. El señor Rey. de Appelli.

2 † Inprimis ergo, vt cum appellitu capi posit, tria requiruntur per dictum Forū, Primò, quòd sit oblatus ad instantiam partis legitimæ, Secundò, coram iudice competēte, Tertiò, quòd in eius oblatione seruetur Foralis solennitas. Quo ad primum, legitima pars ad appellitandum dicitur is, cuius principaliter inter est: Obseruan. Item in criminibus. de homici. ponit Molin. in verb. accusatio. vers. 1. & in verbo actio ad accusandum. & in verbo Clamum. & in verbo Procurator Fiscalis.

3 † Hæc tamen regula multipliciter fallit, nam procurator Episcopi potest accusare interfectorem clerici: Obseruan. 1. de Sacro S. Eccle. Molin. in verbo clericus. vers. 1.

4 † Item Procurator Astrictus potest in octo casibus accusare: For. En q̃ casos el Procurador Astric. puede hazer parte in furto, scilicet; homicidio, & mutilatione membri; fractore pacis & tregue, firmatæ in posse iudicis, falsificatore instrumentorum, vel monetæ; secū portātibus voluntariè, vel coactè mulieres, raptoribus personarum liberarum, diffidantibus, incendiarijs.

5 † Item Procurator Regni potest accusare in casibus, positis per Molin. in verb. Procurator Regni, videlicet contra extrahentem ganata guidata: For. guidati Greg. contra Notar. difunctos, de falso. For. fi. de Tabellio. in antiquo: contra alienigenas intrantes in Regno ad damnificandum: Foro. 2. de General. priuileg. contra officiales alienigenas: For. de alienig. contra alienigenas: obtinentes Prælaturas: For. de Prælatu. contra officiales fractores libertatum, & in casu Fori de Guerreantibus in ciuili: contra executores, qui non seruarunt contentā in Foru de Alguazirijs; & in casu Fori de ponderatione lanæ: contra exigentes nouas collectas, & nouas impositiones: contra non seruantes Forum de subsidijs: contra eos, qui possunt denunciari: tit. Forus Inquisitionis: & in casu Fori de accusatione officialium delinquentium.

6 † Item Procurator Fiscalis facit partem desistente accusatore, post litem contestatam, sed hoc est sublatum per For. de homici. Calataiu. & contra occidentem aduenam, vt refert Molin. in verb. Procurator Fiscalis. & in verbo Clamum. & est casus, in quo quilibet de populo ad mittitur ad accusandum. In casibus etiam contētis in Obseruan. Item in criminibus. de homici. Sodomiæ, scilicet, Hæresis, & Falsæ monetæ, potest dict. Fiscalis, & quilibet de populo accusare latronem, etiam, & manifestum raptorem, id est, inuentū cū furto vel rapina, potest quilibet accusare: Obseruā. Supraiūctarij de priuileg.

priuileg. Milit. & in causa rebellionis, vt ibi: plura etiam potest Iudex de officio, vt refert Molin. in verbo officium Iudicis.

7 † Regulariter tamen accusare tenetur, & dicitur pars legitima is, cuius principaliter interest, & sic de morte tenentur accusare propinquiores occisi: bene tamen admittetur ad accusandum consanguineus, licet non alleget se propinquiorem, nam ex sola allegatione consanguinitatis fundatur intentio accusantis, nam, qui vult eum excludere, allegando alium esse propinquiorem, tenetur illud probare: Iasson in l. is potest. numer. 83. ff. de acquir. hæred. Idem dicendum de vxore, quæ non admittitur ad allegandum mortem mariti, nisi in defectu consanguineorum: Obseruan. Item vxor. de homici. Verum est, quod accusantibus dictis consanguineis, vel vxore, si veniant propinquiores ad accusandum, illi admittuntur, exclusis remotioribus. Sed an gesta per remotiores noceant dictis propinquioribus, videtur, quod sic, si veniunt post litem contestatam, argumento notatorum in Obseruan. fin. de Prodito. vbi si remotiores accusantes eligerent accusationem per viam repterij, & batallæ, si propinquiores veniunt post litem contestatam, non possunt omissa dicta via redire ad accusationem directam; secus, si ante litem contestatam comparuissent. Ponit plura de his Bages in dicta Obseruan. fin. de prodito.

8 † Per statuta tamen terrarũ Procuratores vniuersitatum, & quandoquè quilibet de populo cõstituuntur partes legitimæ, ad accusandum de omnibus ferè delictis: qui poterunt accusare iuxta tenorem statutorum, eos omnes, quos statuta ligant, & comprehendunt, de quibus statutis postea dicetur.

9 † Secundò requiritur, quòd dictus appellitus sit oblatus coram Iudice competente. Regula est, quòd Iudex domicilij dicitur esse Iudex competens, per regulam, quòd ürmo est extrahendus à suo Iudice ordinario, & locali: For. 3. de Iudi. For. 5. de For. Compe. §. Item quę conta in Declara. priuileg. Molin. in verb. Actor. & Reus. versi. Reus quilibet. & in verbo Iudex ordinarius. Et hic Iudex domicilij est generalis, concurrens cum alijs, vt dicit Felin. in c. fin. numer. 23. de Fo. Competen. extra. Item Iudex loci commissi delicti ratione delicti est Iudex competens, ibi Forum: adeò quòd de iure captus alibi, esset remittendus ad locum, & Iudicem commissi delicti: vt late per Abba. & alios in dict. c. fin. quæ remissio cessat in Aragonia, Molin. in verbo Remissio. Deniq. Iudex Domicilij & Iudex loci commissi delicti, sunt Iudices competentes ipsius delinquentis.

10 † Pro nonnullis tamen delictis, potest etiam alibi delinquens accusari, scilicet, pro furto, robaria, Homicidio, & Ferida, nam pro dictis delictis est Iudex competens, & potest appellitari, non tantùm in loco Domicilij, & in loco commissi delicti, sed alibi, vbi talis delinquens reperiatur: vt in dict. Fo. 3. de For. Compe. & For. 3. de Iudi. Molin. in dicto verbo Reus quilibet. & in dicto verbo Iudex ordi. Item in causis Procuratoris Astricti poterit similiter, vbi commissum est delictum, vel vbi delinquens fuerit repertus, appellitari,

-itari, per dictum Procuratorem: For. fin. de Procuratoribus Astrictis, & eadem ratione per partem in dictis casibus, vt supponunt dicti For. de Procura. Astrict. Habet tamen pars, vltra Iudices, quos habet Procurator Astrictus, Iudicem domicilij, nã Procuratori Astricto tantùm est permissum accusare in loco commissi delicti, vel vbi reperiatur delinquens; Pars verò Iudicem habet domicilij, qui est generalis concurrens cum alijs, vt dictum est.

11 Præterea si in locis, quibus coram ordinarijs possunt delinquentes appellitari, reperiantur Locumtenens generalis, vel Regens offici. Guberna. euocatis, vel non euocatis causis (vt dictum est supra) poterit coram eis appellitari, omissis ordinariis: Foro Nos Primogenitus. De Emparamen.

12 ✝ Præterea in multis casibus à Foro dispositis, omissis dictis Iudicibus ordinarijs potest conueniri, & in illorum aliquibus, necessariò debet delinquens, vel ratione qualitatis suæ personæ, vel qualitatis delicti, coram domino Rege, eius Locumtenente, Primogenito, Regente offic. Guber. vel Iusticia Aragonum appellitari, & accusari. Qui casus sunt viginti, aut plures.

Primus, quando appellitatur nobilis: Molin verbo Nobiles.

Secundus, quando appellitatur dominus Vassallorum, Locorum, & Castrorum, Molin. in verb. Domini Vassallorum.

Tertius, quando appellitatur cõtra Vniuersitatem, iuxta Obseruan. fi. de Iniur. Molin. verbo Vniuersitas.

Quartus, cùm appellitatur de Officialibus delinquẽtibus, vel habentibus dictam qualitatem: Mol. verbo Officiales.

Quintus, quando appellitatur de singularibus ratione mixturæ: Molin. verb. Actor. versi. Reus quilibet.

Sextus, quãdo appellitatur cõtra Milites, & Infanciones, habitantes in locis Dominorum: Molin. verb. Infanciones.

Septimus, si appellitatur de delicto fractionis Apprehensionis, vel Emparæ: Molin. verb. Fractor apprehensionis, & emparæ.

Octauus, si appellitatur contra extrahentes captos á Regno: Mol. verbo Captus. versi. 2. & verb. Regnum.

Nonus, si appellitatur contra ducentes captos ad Trirremes: For. de Homi. pro serui. Galea. non capien.

Decimus, si appellitatur contra Desuassallantes: Molin. in verbo Vassallum si aliquis extraxerit.

Vndecimus, si appellitatur contra Vassallos rebelles: Molin. verbo Pœna. versicul. Pœna Vassallorum.

Duodecimus, si appellitatur cõtra fractores pacis, & treguæ: Molin. verbo Fractor pacis.

Decimustertius, si appellitatur contra alienigenas, venientes ad dãnificandum Regnum: Mol. in verbo Depputati.

Decimusquartus, si contra Notarios falsarios, vel facientes contra forum, Forma para testifi. Molin. in verbo Falsitas. Exceptio falsitatis. & contra instrumentum.

Decimusquintus, si pro pensionibus censualium sententiatorum: Molin. verbo Censualia.

Decimussextus, si appellitatur contra

contra Mercatorẽ virtute Albarani For. de los Albara. de los Mercaderes.

Decimusseptimus, si appellitatur in ciuilibus ratione summisionis: Obseruan. Si quis se obligat. de Fo. Compe.

Decimusoctauus, si appellitetur contra Albarraneum: Molin. in verb. Albarraneus.

Decimusnonus, si appellitetur contra latrones, iuxta Forum de Leno.

Vigesimus, si propter suspitionem Iudicis, & loci fuerint causæ euocatæ: Moli. versi. Reus quilibet, & verb. euocatio.

Istis casibus supra positis extrahitur quis à suis Iudicibus localibus,& subiiciuntur delinquentes dictis Iudicibus vniuersalibus, qui in dictis casibus sunt Iudices competen. vt latè dictum est supra, in reseruatis domino Regi, Primogen. Regen. & Iusti. Arag.

13 † Aduertendum tamen est, quòd dictis casibus, quibus ratione qualitatis personæ, vel delicti extrahitur à suis Iudicibus, requiritur, quòd dicta qualitas probetur plenè: For. Con color. & For. Con calidades de Appelli. nam licèt qualitatem, quæ tendit ad habilitandam personam ad agendum, non teneatur quis probare, nisi inficietur Molin. verbo qualitas. tamen illa, quæ tendit ad circumferendam iurisdictionem, debet probari: Aretin. in c. cæterum de iudi. numer. 2. Ex quibus omnibus detegitur, quando dicatur oblatus appellitus coram Iudice competent.& satisfactum 2. Requisito.

14 † Tertiò requiritur, quod in oblatione dicti Appellitus seruetur solennitas Foralis, quæ est, quòd iuret appellitans, dictum appellitum esse verum, & non fictum: For. Quandocunquè.& For. Por Appellidos fictos. de Appelli. & quòd firmet super expẽsis Fo. de Voluntad. de Appelli. † Si secundò, pendente

15 dicto appellitu, appellitatur, dictus appellitatus, per eundem appellitantem, debet vltra supradicta iurare, quòd nouiter ad sui notitiam peruenit ius iterum accusandi, post positam primam accusationem, & quòd illam maliciosè non proponit. Si accusator est tertius, iurat specialiter, quod maliciosè nõ proponit accusationem, sed quòd intendit illam probare. Hæc statuuntur in For Præterea de Accusatio. & in Foro. Por quanto de Appelli.

16 † Circa accusationem, requiritur solennitas in hac secunda accusatione, prima pendente, quia non potest mandari procedi ad captionẽ, ad instantiam eiusdem Secundò appellitantis, nisi de delicto, de quo in secundo appellitu, constet per acta publica, vel instrumenta. Sed, si secundus appellitus est oblatus à tertio, non potest vigore illius capi, nisi per instrumenta, vel acta, vel summariam informationem constet de delicto: & quando de dicto delicto constet per instrumenta, vel acta, potest mandari capi, non obstante firma, aliàs non, nisi simpliciter: Fo. Por quanto. de Appelli. & d. Fo. 2. de Accusatio. Ex quo videtur inferri, quod cùm per Forum generalẽ non intelligatur sublata particularis dispositio Fori Antiqui (vt latè per Molin. in verbo Officialis delinquens.) quod in terminis dicti For. Por quanto. etiam si de delicto, constet per testes de visu, vel cõfessione, & seu per duos testes de fama, cum credulitate (quo casu per dictum

dictum Fo. Pœnul. de Appell. potest capi, non obstante firma) quòd illa dispositio fori pœnultimi non non habet locum in terminis Fori Por quanto. nequè in terminis Fori 2. de accusatio. Hæc de informatione, quòad secundum Appellitum pēdente primo.

17 Quò verò ad primum Appellitum, vt prouideri posit non obstante firma, requiritur etiam informatio per testes de visu, vel confessione, aut duos de fama publica, & credulitate: d. For. pœnul. de Appelli. Sed ista solemnitas non est talis, quòd defectus circa illam annullet prouisionem, quia, si, non adhibita dicta solennitate, sit mandatus capi, non obstante firma, & captus in limine captionis illam non præsentauerit, erit legitimè captus, nec liberabitur priuilegiatè, eodem modo, quo liberaretur, si firmam præsentasset.

18 † Denique, ex quo firma non fuit præsentata, ex quo est mandatus capi, non obstante firma, in casu, quo simpliciter poterat mandare capi, quod valebit dicta prouisio de capiendo, non obstante firma illa non præsentata, sicut tenuisset, si simpliciter capi fuisset mandatum, ex quo non præsentando firmam, non fuit læsus: ita fuit declaratum in Regia Audien. in altero ex pro-

19 cessibus, Bartolo. Lopez. † Circa istam solemnitatem informationis, etiam est aduertendum, quòd dicti testes sunt examinandi per Iudicem, & de eorum nomine, & cognomine, & vnde sunt naturales, & habitatores, aliàs Iudex delinquit in officio, non tamen eorum defectus vitiaret prouisionem; vide Molin. in verbo. Prouisionem. & in verbo Iudex. versi. Iudex coram quo. Item isti testes, qui de fama, & credulitate, ad prouisionem Appellitus non obstante firma recipiuntur, non debēt esse Portarij, Virgarij, aut cursores curiarū, seu Audien. For. fi. de Appelli.

20 † An tamen, vt simpliciter possit prouideri Appellitus, requiratur aliqualis informatio: & videtur, quòd sic, nam à iure, vt possit prouideri, requiritur aliqualis informatio. Iuli. Cla. communi. opi. verbo captura. Folle. c. 2. pag. 14. & c. 3. pag. 31. Bosi. c. 2. de Delinquente. & c. 3. de Captura, quos supra retuli. Item de Foro, nisi præcederet aliqualis informatio, non poterat mandari capi. Fo. Quandocumquè. de Appelli. vide Mol. in verbo Capi licèt regulariter. in fin. dicit, necessariam esse informationē, & ibi allegat Baldum.

21 † Sed his obstat consuetudo, nam videmus, passim prouideri Appellitus simpliciter, non ministrata aliqua informatione. Hoc tamen credo factum fuisse, occasione sumpta à dicto Fo. Pœnul. de Appelli. in quo permittitur, posse mandari capi, non obstan. fir. cum ea informatione, qua olim poterat simpliciter prouideri: nam semiplena probatio sufficit ad prouidendum non obstan. fir. & minor illa, non videtur considerabilis; ergo si dandus est casus, in quo simpliciter prouideri possit, erit, quando de informatione non est actum. Sed istud nō multùm stringit, quia citra semiplenā potuisset considerari, vt in casu dicti Fori. Quandocunquè. scilicet, quando testes de fama non etiam attestarentur de credulitate, sine qua non potest prouideri, non obstan. fir. Nihilominus tamen contrariū seruatur, & consuetudo multū operatur,

ratur,&est optima legum interpres. Semper tamen, quando in Appellitu allegatur qualitas circũferens iurisdictionem,illa probanda est,vt di ctũ est supra,siue simpliciter,siue nõ obstan.fir. Appellitus prouideatur.

22 † Alia etiam solennitas vltra supradictas, scilicet,vltra iuramẽtum, cautionem,& informationem,requiritur,Quòd asseratur in Appellitu, cuius sit loci vicinus appellitans, & habitator: For.Querientes.de Appellitu. Defectus tamen cuius solennitatis non vitiaret, ex quo in dicto Foro non est clausula decre. irritan.constando de corpore.l. Demonstratio falsa.ff.de Condi. & demonstra. & cùm à dict. For. Imponatur obligatio exhibendi dictum appellitantem, quæ obligatio extenditur ad recommendantem: For. Añadiendo de Appelli. Specificandus est etiam appellitatus, & specialiter nominandus in Appellitu, nam per clausulam,complicum nemo est capiendus:For. Experientia à demostrado. de Appellit. Quod procedit in criminalibus,secus in ciuilibus,nã si pro debito appellitatur sufficit appellitare contra vicinos & habitatores talis loci, seu vniuersitatis,licèt dicti appellitati non nominentur:Moli.verbo Vniuersitas. & in verbo Appellitus.vers.pœnul.

Quo igitur Appellitu oblato corã Iudice cõpetente ad instantiã partis legitimæ,in cui9 oblatione sit seruata Foralis solẽnitas,de quibus omnibus dictũ est supra,debet talis Appellitus postquã remãserit in deliberatione, prouideri per dictum iudicem incontinẽti, aut saltim intra res dies:For.3.de Appelli.Mol. in verbo Appellitus criminalis versi. 1.

Caput V.

SVMMARIVM.

1 ORDO quem seruat auctor in eadem capturæ materia.

2 Captura Reorum fieri debet ab executoribus iudicis qui capere mandat, & de mandato & alijs ad id necessarijs,& quod potest Iudex multo magis suam exequi prouisionem.

3 Executio prouisionis de capiendò nõ debet fieri per priuatas personas.

4 Prouisionibus quæ solent dari priuatis personis ad capiendum condemnatos,videtur obstare For. Como cerca.de homici.

5 Non debet fieri commißio ad capiendum coudemnatum ei qui est inimicus condemnati

6 Guidaticùm, quemadmodum capturæ prouisionẽ impediat.

7 Quid operetur iurisfirma, in limine captionis præsentata.

8 Extra territorium, prouisionis de capiendo non fit executio. cùm limitatione & duabus illationibus.

9 De immunitate confugientis ad palatium infancionis, & de immunitate Ecclesiæ cum nu. 10.

11 Capiendus pro debito ciuili non potest extràhi à domo propria.

12 Confugiens ad Corpus Christi an gaudeat immunitate.

13 Capiendus resistens potest impunæ offendi & occidi.

14 Iudice seu officiali ad capiendi effe-ctum voci ferante. Ajuda al Rey tenentur omnes iuuare aliâs committitur resistentia.

1 DICTO de prouisione de capiẽdo,nũc de ipsa captura,& executione prouisionis dicendum est, & circa illam pos- sunt

sunt plura considerari, quis, scilicet, potest capere; quando; in quo loco, & qualiter.

2 † De primo dicendum est, quòd captio est facienda ab executoribus illius iudicis, qui capere mandauerit, & non ab omnibus sed ab illis tantùm, quibus datum est in mandatis, nam mandatum requiritur, vt dicit Bossi. tit. de Captur. num. 36. Quod mandatum intelligitur datum, quando executori præsentatur processus, & prouisio iudicis: quod sufficit, si fiat executio in eodem loco. Si vero extra locum, sunt extrahendæ litteræ á dicto processu cum insertione prouisionis, in quibus debet contineri, quòd dictus Appellitus est prouisus secundùm Forum: For. con Calidades. versic. E queremos que en las letras. Aliàs non posset executari, vt ibi: Molin. in verbo Appellitus criminalis. versic. 2. Et dictis litteris præsentatis, & requisitus pro parte præsentantis, quatenus ad impleat contenta in eis, tenetur exequi contenta in eis, etiam si ei non ostendatur Procuratorium: Pro quo facit prouisio & literæ, nam pro habente dictas literas præsumitur mandatum: latè Boeri. decis. 281. num. 7. Executantur igitur dictæ literæ per executores offi. quibus diriguntur, vt sunt Alguazirij, Supraiunctarij, Portarij, & Virgarij. Exequitur idem Iudex, & maiori ratione, si vult, suam prouisionem.

3 † Non tamen fieri debet dicta executio prouisionis de capiendo per priuatas personas, licèt in actu delinquendi possit priuatus capere: non tamen dictam prouisionem exequi iudex poterit, præterquā per dictos officiales à For. constitutos: argumento Fori Como cerca la punition. de Homici. versic. E do tal sententia. Molin. in verbo Capere. Et ideo suspecta videtur illa commissio, quæ solet priuatis dari ad capiendum condemnatos, contra dictum For. de Homici. cùm ibi dicatur, esse capiendos per officiales, de Foro ad id constitutos. Nihilominus tamen huiusmodi literæ, & commissiones ad capiendum condemnatos, indies conceduntur pro bono iustitiæ.

4 † Debet tamen Iudex concedens talem commissionem qui est ille, qui prosidet in Regia Audientia, (quoniam ab alijs non solēt cōcedi) animaduertere, quòd non eligat in commissarium ad capiendum dictum condemnatum, eum, qui est inimicus dicti condemnati: vt dicit Folleri. in titu. notatus capiat. num. 14. vide Iuli. Clar. commun. opi. verbo, Captura. Et ad validitatem dictarum literarum facit Forus de processu contra fracto. inhibi. ibi. E commissarios dellos. Et Fori de Commissarijs. arguendo ab speciali, quia ibi in particularibus casibus prohibetur commissio: facit For. Quando bona. De empara. ibi commissarios. A quo possit capi de iure dictus Appellitatus, ponit Bossius titu. de captura num. 11. Angel. de Malef. tit. mater. capturæ fol. 55. quæst. 9.

5 † De secundo, quando potest capere dictus Iudex, vel executor: Primó certum est, quòd ante factam prouisionem de capiendo, non potest capi: & si fiat, liberatur captus per viam priuilegiatam: vt refert Molin. fuisse determinatum, & factum, in verb. captus. versic. decimo septimo Februarij.

Certum

Certum etiam est, quòd si dicta prouisio de capiendo est facta propter delictum, quod talis prouisio poterit quocunquè die feriato, vel non feriato fieri. Si verò non propter delictum, sed pro debito, tunc executio capturæ fieri non posset die feriato: de quo per Folleri. dict. tit. notatus capiat. nu. 5.

6 † Et an si mandatus capi, habeat Guidaticum, iuxta For. de remiss. & Guida. possit contra eum executari dicta prouisio de capiendo, de iure ponit plura Folleri. dicto titul. Notatus capiat. num. 8. & Bossius titu. de Captura num. 33. Angelus in verb. Fama public. præceden. versicu. quintò quæro. fol. 54. col. 3. De Foro in casibus, quibus dicta remissio, & Guidaticum locum habent, potest, pro solutione expensarum factarum in causa capi, dicto Foro de remiss.

7 † Et an iurisfirma in limine captionis præsentata impediat dictam captionem: in hoc, si prouisio de capiendo est facta simpliciter, impedit; si non obstante firma est facta, tunc, si firma est communis, non impedit, si est ad casum, impedit dictam captionem: Molin. in verbo captus si est. cum sequent.

8 † De tertio, scilicet, in quo loco potest capere: In primis certum est, quòd extra territorium non potest fieri captio, quia extra territorium, impunè ius dicenti non paretur. l. fin. ff. de Iurisdict. omni. iudi. nisi fragante maleficio insequeretur, quia tunc in territorio alterius posset capi ad finem remittendi illum, ad iudicem illius territorij: Molin. in verb. Remissio. Idem videtur dicendum, si Appellatus in sequeretur: Bart. l. quis sit fugitiuus §. idem. ff. de AEdil. edict. Folleri. in tit. Notatus capiat. num. 3. Bossi. titu. de Captu. num. 34. Angel. in verb. fama publi. præced. in mater. capturæ, fol. 55. col. 4. Et sic, si Appellitatus aufugiat ad locum Baronis, non posset ibi per Iudices vniuersales capi, ex quo non est de eorum territorio, & sic tutus ibi remanet, donec sit lata sententia, quia ea lata, cum literis iuxta For. de Homici. extrahi poterit. Idem, si est Appellitatus per ordinarium alicuius loci, quia ratione illius Appellitus, tutus manet extra illum territorium Appellitan. donec sit lata sententia, quia vt dictum est, extra territorium non potest fieri captio, nec exequi prouisio dicti Appellitus captionarij.

9 † Intra territorium iudicis prouidentis Appellitum, potest fieri captio vbiquè; & extrahi à quocunquè loco, præterquàm ab Ecclesijs, & palatijs Infantionum, à quibus non potest extrahi, præterquàm in tribus casibus, scilicet, petitionii, de vna ex tribus, de quibus in For. de prodito. & si dubitatur, dum recipitur informatio, debet custodiri per Infancionem, & si noluerit custodire, extrahetur: Obseruan. t. de his qui ad Eccles. confug. & in casu furis manifesti, seu latronis & raptoris manifesti, scilicet, iuuenti cum furto, aut rapina: vt in Foris de Sacro Sanct. Eccclesi. de his, qui ad Eccles. confug. & immunitate Ecclesia. & in Obser. eiusdē tit. Hodie verò, in omnibus casibus cōtentis in For. de Homici. non seruatur immunitas palaciorum, & domorum Infantionum, & refert Bages

super dictis Obseruantijs:ab Ecclesijs tamen non est extrahendus, nisi in casibus à For. permissis, licèt in eorum multis quis non gaudet immunitate, de quo per Folleri. dict. ca. notatus capiat. num. 6. Angel. vbi supra fol. 55. col. 2. & Bosſi. tit. de captura, num. 21. cum sequen.

10 † In Francia quia plures sunt casus, in quibus quis non gaudeat immunitate quos refert Gonnius tracta. de immunitate Ecclesia. & Couarru. lib. 2. resolu. cap. fin. ideo indistinctè ab Ecclesijs extrahuntur, saluo iure restitutionis, casu, quo sit cognitum, debere gaudere immunitate: vt dicit Rebuf. 1 tho. pag. 26. num. 40. quod videtur esse bonum iustitiæ, ne detur occasio delinquentibus aufugiendi. Demptis ergo dictis Ecclesijs, & domibus infantionum, potest extrahi capiendus à quocunq; loco, & domo, & possent ad prædictum effectum frangi Fores domorum: vt refert dictus Folleri. dicto titu. notatus capiat. num. 4. & fieri inuestigatio domorum, inuitis dominis, vt ibi dicit Folleri. nu. 9.

11 † Verum est, quòd capiendus pro debito ciuili non posset extrahi à domo propria, quæ est cuiquè tutissimum refugium. l. plerique. de in ius vocan. nisi pro debitis censualium, aut commandarum, vel Albaranorum Mercatorum, & alijs debitis, quæ quò ad priuilegium executionis, æquiparantur debitis censualium sententiatorum.

12 †Et quid de cõfugiente ad corpus Christi? an gaudeat ne immunitate, ponit Boss. dict. titul. de Captura, num. 29. cum sequenti. vbi etiam ponit de confugiente ad domum Præsbiteri, seu ad domos particulares alicuius monasterij, vt sunt domus sanctæ Cristinæ sitæ Cæsarauguстæ, de quibus in Obseruan. 2. de his, qui ad Ecclesias confugiunt.

13 †De quarto, scilicet, qualiter sit capiendus dictus Appellitatus, & taliter captio potest fieri, quòd capiendus resistens, potest impunè offendi, & occidi, quando aliter capi non posset: quod qualiter procedat, videndus est Folleri. tutu. notatus capiat. num. 7. & Bosſi. titu. de captura. num. 12. Angelus in verb. fama publica. in materia capturæ, fol. 54. col. 2.

14 † Et Iudex, & officialis capiens potest ad dictum capiendi effectum implorare auxilium, & euocare gentes, & eo vociferante. Ayuda al Rey, &c. tenentur eum iouare, aliàs committitur resistentia, vt refert Molin. in verb. Resistentia. Qualiter, & quando posſit dictus Officialis compellere gentes, videndus est Follerius titulo Notatus capiat. num. 10. 11. 12. & 13.

Caput VI.

SVMMARIVM.

1 REVS captus rectà via ad carcerem est ducendus nisi esset infirmus.

2 *Eximens Reum captum, vel se ipsum, è manibus Iudicis seu Officialis qua pœna puniatur.*

3 *Reus captus in carcere communi est detinendus, & non in Fortalitijs, quod limitatur: & obiter de crimine priuati carceris.*

Qualiter

4 *Qualiter Reus, in carcere sit detinendus, & quòd carcer qui sapit torturam est prohibitus.*

5 *De relatione quàm officialis facere tenetur de die & hora, capturæ. & cap. sequenti. num. 7. & tribus sequent.*

1 REO iam capto, quid faciendum sit per iudicem, seu officialem capientem, ponit Forus primus de custodia reo. & For. Querientes. de offi. Cancellar. & & alij Fori, quos reffert Molin. in verbo Captus pro criminalibus. scilicet, quòd recta via ducatur ad carcerem, vbi est detinendus, nisi captus esset infirmus, quia tunc esset mittendus, & custodiendus in aliqua domo: Obseruan. 2. de his qui ad Eccles. confug. aliàs vt officialis delinquens posset officialis puniri: non tamen ex dicta causa esset liberandus captus per viam priuilegiatam, vt refert ibi Moli.

2 † Et si taliter captus, dum ad carcerem ducitur, per aliquem eximatur, qua pœna tenetur eximens, ponit Bossi. titu. de captura, num. 15. Ange. vbi supra num. 54. col. 4. & si idem captus se eximat, qua pœna teneatur, an ex eo possit puniri, vel habeatur pro confesso de delicto, pro quo est captus, sicut si carcerem fregisset, vel dum ad supplicium ducitur, se eximit, iuxta Obseruant. 1. de prodito. & custo. car. dicendum est, vt per eundem Bossium in dict. titu. de captura. num. 19. Molin. in verbo fractor carceris.

3 † Eo ergo iam capto, & recta via ducto ad carcerem, mittendus est in carcerem communem villæ loci, aut ciuitatis, vbi iudicandus est: non tamen in Castro, Fortalicio, aut Aljafaria, nec alio loco ferraio, vt dicit For. 1. de custo. reo. & For. de la Prohibi. de Carce. refert Molin. in verbo Captus non debet. & in verbo in carcere communi. nisi essemus in dominis vassallorum, qui solent, & possunt mittere captos in sui Fortalicijs, vt permittunt dicti Fori. Et sic ex dictis Foris resultat Contraforus, si dictus captus non ponatur in carcere communi & resultaret crimen priuati Carceris: Quòd quando committatur ponit Bart. in. l. Capite quinto. ff. de adulte. Bossius titu. de Carcer. num. 26. Et committens dictum crimen priuati Carceris punitur pœna Fori de Homici. Calataiu. col. 6. Molin. in verbo Carcer. versic. penul.

4 † Posito dicto capto in Carcere, qualiter ibi & in quo loco dicti Carceris sit mittendus, & detinendus dictus captus: De primo loquitur Forus fi. de custo. reo. Molin. verb. captus. vers. 1. scilicet, quia si pro debito ciuili, quòd detineatur cum grillo, & sine catena, si pro criminali, & venit ponenda pœna mortis, apponatur catena, etiam vt ibi: Prædicta tamen regulãtur à dispositio ne iudicis, vt dicit Forus fina. de Algua. Locus verò Carceris non debet esse talis, quòd sapiat torturam, cùm à Foro tortura prohibeatur, vt in Priuileg. genera. §. Item q̃ turment. & debet esse talis Carcer, quòd eo non obstante viuat carceratus: vnde consuetudo Ferrearũ, & cauearũ reprobatur, vt per Felinũ in c. ad corrigẽdũ. Bossi. tit. de Carcere, nu. 3. vbi carpit Iudices, qui captos sinũt, vt vel fœtidi in Carcere vitã finiant, vel Carceris horrore, cũ aduersarijs se cõponant.

carcer enim de iure ciuili datur ad custodiam, non ad pœnam, licèt vt eunquè mala mansio dicatur, & sit, vt ibi per Bossium in prin. & propterea quã loque in tædiũ datur, vt si pro debito capiatur, & ideo illo casu non debet dari captus sub fideiussoribus. Molin. verb. Carcer dicitur tædialis. licèt asserat periculo iudicis posse dari, in verbo Capi non possunt mulie. in fin.

5 † Iã ergo reo misso in carcerẽ, & detento in loco debito dicti carceris per comentariensẽ, dictus Officialis capiens tenetur infra vnum diem naturalem facere relationẽ iudici prouidenti dictam captionem, qualiter cæperat captum dictum appellitatum, in vim dicti appellitus, & prouisiónis. Quam relationem tenetur facere, & debet continuari in processu dicti Appellitus, & prouisionis, exprimendo in eadem, quo die fecerat captionem, si in eodem loco facta fuit captio, & si in alio loco facta fuit, tenetur continuari hora captionis, parum plus aut minus, & hora representationis, qualiter in vim talis prouisionis cæperat captum tali die, & hora, & representauerat in carcere tali die, & hora; vt hæc omnia latè deducuntur in For. De Volũtad. de Litib. abbre. Fo. Quandocunq; de Appelli. Moli. in verbo, Relationem debent.

Caput VII.

SVMMARIVM.

1 De captura quæ fragante delicto fit.

2 Delictum fragans quando dicatur tam de iure quàm de Foro. cum nu. 3.

3 Fragante delicto captura per quos fieri possit.

4 Præsentatio iuris firme in limine capturæ fragante maleficio. facta an impediat reum ad carcerem duci: & respondetur cum distinctione, cum nu. 5.

6 Captus per priuatam personam fragan. delic. non ad carcerem sed ad officiales, est ducendus.

7 De relatione quàm officialis facere tenetur qualiter fragante delicto Reũ cæpit: & nonnulla dictã relationem concernentia cùm tribus num. sequen. & supra Cap. proxi. num. 5.

1 SVpradicta sunt animaduertẽda in captione, quæ fit præcedente Appellitu: tamen vt dictum est per dictum Forum. El señor Rey. de Appelli. captio etiam fieri potest in fragantia delicti. Nũc igitur de dicta fragantia dicendum est.

2 † Fragante maleficio, potest quis etiam capi, sicut præcedente Appellitu capi potest, vt dictum est, per Forùm. El señor Rey. de Appellit. Circa quàm delicti fragantiam sunt plura consideranda: Primò, quando delictum dicatur fragans? Huic quæstioni in terminis iuris respondent Ioannes Andr. & Afflict. in constitu. Iustitiari. quos refert Foller. in titu. Item qui fuit captus infraganti crimine, num. 9. pagin. 214. asserentes delictum esse fragans, & quem esse captum in delicto fragan ti, quando in ipso actu deprehensus est, vel circũcirca, vt quia reperitur cum ense euaginato sanguinolento, vt dicit Bald. in l. neq; natales C. de proba. quem ad hoc propositũ citat Mol.

Moli. in verbo fragantia vereu-lo fi.

3 ✝ De foro dicitur delictum fragans non tantùm eo modo, quo de iure, sed & post perpetratum delictum intra quatuor & viginti horas, ad prædictum effectum capiendi: iuxta Fo. Quandocunquè. de Appelli. & Fo. 1. de Supraiuncta. quos, & alios citat Moli. in verbo Fragantia. in principio.

Alijs etiam respectibus dicitur delictum fragans arbitrariè, putà ad effectum interrogationis, Fo. De interroga. prohibi. & quòad alium effectum dicitur fragans, intra quindecim dies: quæ omnia refert Moli. in d. verbo fragantia. Ad effectũ tamen capiendi consideratur, dictũ tempus viginti quatuor horarum, vt dictum est.

4 ✝ Secundo est videndũ, per quos possit capi delinquens fragante maleficio: & si consideremus fragantiam prout de iure, scilicet, quando in ipso actu est deprahensus delinquens, vel cùm aufugit cum ense euaginato, & sanguinolento, & fit vociferatio, ad traditorem, vel latronem. &c. Tunc potest capi à quocunq; siue officiali, siue priuata persona: Bal. l. fi. C. de exhiben. reis. in l. raptores. C. de Epis. & cleri. Folleri. dict. titu. Item quòd fuit captus fraganti crimine. nu. 5. pag. 214. De Foro est idem: Molin. in verbo Captus. vers. capi potest criminosus: & in verbo fragan. vers. fi. Si verò consideratur fragantia, prout de Foro, intra viginti quatuor horas, potest commissum delictum, ita quòd iam non simus in actu, sed post actum, & durat odor, & fragantia delicti, tunc tantùm potest capi per Officiales, adquos pertinet, quia Priuatis tantùm permittitur capere deprahensos in ipso actu, vel circuncirca, vt dictum est; Moli. d. verbo fragantia versiculo fi.

5 ✝ Tertio est cõsiderandum, si captus in fragantia præsentat firmam, in limine captionis, si ea non obstãte, possit ad carcerem duci: & distinguendo casus, Primus, & indubitabilis est, quando est captus in actu, & est manifestum, & Notorium, & sumus in casu, quo per priuatas personas capi possit, tunc, non obstante quacunquè Firma, talis delinquens est ducẽdus ad carcerem, quia eo casu omnia iura proclamant cõtra delinquentem, & in hoc Notorio ordo est, ordinem non seruare, & de iure talis esset dãnandus absq; processu: Folleri. dict. tit. pag. 214. & in tali casu Notoriò, & manifesto non debet locum habere Iurisfirma in Priuileg. gener. & sequeretur absurdum, quòd posset priuatus illud, quod non posset Officialis, nam priuatum nõ impediret firma, quia non dirigitur contra eum, & impediret officialem: & sic si firma arctaret, posset priuatus capere illum, quem officialis non posset capere, quod est absurdum.

6 ✝ Alter casus est post factum delictum, durantibus viginti quatuor horis, quod est tempus fragantiæ, & tunc, si fama est vehementissima, & odor, seu fragantia, quòd Titius occidit, seu vulnerauerit semproniũ, & Titium aufugientem, seu abscõditum ceperit iudex, seu officialis, tunc, non obstante firma, posset capere, quia potest officialis ex officio, quod posset ad instantiam partis. Illa fama, & fragantia habetur loco probationis, & sicut si instante parte, iudici per famam de delicto constaret, posset capere non obstã-

te firma;pari ratione, durante tempore,quo vti potest iudex officio suo. Quando verò iudex vagando inquirit de delicto commisso, & non viget fama, & odor magis contra vnum,quàm contra alium, saltìm non est vehemens illa fragantia, tunc posset probabiliùs dubitari,an obstet firma:Et quiasi officialis non concludit in relatione de fraganti delicto,liberatur captus, curant officiales capere, in casu, quo fragantia viget,& firma non obstet & sic captioni,quæ fit in fragantia, non obstat firma, & hoc iure vtimur.

6 † Quarto considerari debet,quid agendum sit per capientem in fragantia,nam si est persona priuata, qui delinquentem ceperit,tunc ille non debet captum à se, ducere ad carcerem,sed tantùm ad officiales, qui dictum captum ad carceremducent, vt dicit Folle. & docto.per eũ relati in dict. titu. Item quód fuit captus in fragan. & Moli. in verbo capi potest criminosus. attestatur. & dicti officiales captum à se, vel priuatis personis tenentur in carcerem mittere dictum criminosum, & carcerario, seu commentariensi committere,

7 † Et de his relationẽ facere intra vnum diem naturalem qualiter fragante crimine dictum captum ceperat, iuxta dictum Forum.De voluntad. de Litib. abbreui. & dict. Forum. Quandocumq; de Appelli.

8 † Tamen circa istã relationem debent dicti officiales, & executores animaduertere,quòd tenentur illam claram, & concludentem facere,quoniam eorum relatio dicto testium equiparatur. Bar. l. 4. §. Prætor ait ff. de dam. infect. Deci. in c. quoniam contra n. 12, de proba. Et ea de causa fuerũt plures liberati per viam priuilegiatam,propter Officiales dicentes in relatione,quòd ceperunt talem in fragantia talis delicti, & in expressione fragantiæ non concludebant necessariò ad delictum fragans: & propterea fuerunt liberati, ex quo attenditur in relatione eorum ratio,sicut in dicto testis.

9 † Item circa dictam relationem est sciendum quod illam semel factam non potest corrigere dictus officialis, seu executor:Cassanc.in consuetu. Burgun. Fo. 8. n. 32. & an sit standum dictæ relationi,& plura circa relationem ponit Folleri. titu.fiat relatio nuncij. pag. 74. Quid circa iudicis relationem, Moli. in verbo Relatio. Docto.in c.quoniam contra de Proba.

10 † Ad vnum est etiã aduertendum,quòd licet per dictos Foros supra citatos debeat fieri dicta relatio intra vnum diem naturalem,si non fiat,non tñ ex eo locũ habet liberatio per viam priuilegiatam,quia illa via est exorbitans, priuans iudicem à possessione personæ captæ, absq; causæ cognitione, nec vocatione, ideo dicta via priuilegiata locem non habet, nisi in casibus à Foro expræssis,& cum hic non sit ex illis,non habebit locum in eo dicta liberatio.Bene tamen Officialis castigabitur, vt delinquens in officio, si intra vnum diem iuxta forum, non fecerit dictam relationem.

Caput. VIIII.

SVMMARIVM

1 *Epetitione criminali quæ ab Accusatore est offerenda.*

Petitio-

2 *Petitio criminalis que continere debeat, & quod ea sustinenda est etiam per verborum improperationem.*
3 *Considerantur nonnulla circa dictam petitionem criminalem.*
4 *De diebus feriatis in quibus dicta petitio criminalis offerri non potest.*
5 *Petitione criminali intra tres dies, non oblata liberatur, reus per viam priuilegiatam.*
6 *Adeò petitio criminalis intra tres dies, est offerenda, vt contrarium per statutum disponi non possit.*
7 *Petitio criminalis coram iudice, & in iuditio est offerenda.*
8 *Antea, Accusato praesente petitio criminalis erat offerenda: hodie, secus: & de vtriusque ratione eum nu. 9.*
10 *Delictis contentis in petitione non probatis, an possit sequi condemnatio pro delictis contentis, in additionibus, que probata fuerunt.*

1 
ACT A prouisione de capiendo, & illius executione, ac relatione dictę executionis, sequitur de petitione; quæ est offerenda ab Appellitante; vel si facta est captio in Fragantia, ab eo, qui ex delicto dictæ Fragantiæ est damnificatus, vel potest quiuis alius; intra tempus, quo est offerenda petitio, omisso delicto Fragantiæ, pro suo interesse appellitarem, & facere, dictum captum in Fragantia recomendare

2 † PETITIO enim continere debet nomen iudicis, Actoris, & Rei, Factum, & sic causam petitionis, & petitionem, seu conclusionem: vt per Specul. tit. de libel. concep. Maran. de libelli. obla. fol. 180. Hæc in quocunquè libello requiruntur: In criminali tamen alia solennitas requiritur, scilicet, legis libellòrum. De accusa. ff. glo. in l. in causis eo. titu. videlicet. Locus commissi criminis, Annus mensis, & indictio; de quo per Maran. ibi Sed per Obseruan. Regni hæc solennitas est sublata: Obseruan. final. de equo vulnera. Molin. in verbo Petitio criminalis. Requiritur de Foro alia solennitas, à iure non excogitata, scilicet, quòd dicta petitio subscribatur, & firmetur nomine proprio, & cognomine ipsius Aduocati, seu procuratoris, vel exponentis, vt in Fo. de For. subla. Quæ petitio per dictum Forum sustineri debet, si quo quomodo intentio libellantis, etiam per verborum impropiationem comprehendatur, si modo prædicto firmata fuerit.

3 † CIRCA dictam petitionem, modo prædicto conceptam, sunt plura consideranda, Primò, quod offeratur intra tres dies vtiles, connumerandos à die captionis, quando est captus in eodem loco; aliás, à die repræsentationis, quando est alibi captus: Molin. in verbo Petitio criminalis. versiculo si. & in process su absentiæ, connumerandos à die quo

ducebatur ad iuditium, vt eo præ sente, posset offerri petitio: quod futurum erat, nisi dictus captus fuisset manifestatus, aut datus sub fide iussoribus, aut loco carceris fuisset domus aliqua illi assignata, quibus casibus poterat offerri capto absente: vt in dict. Fo. Cosa muy necessaria.

9 † Hodie ista per foros nouos non seruantur, non enim extrahitur à carcere, vt offeratur coram capto in iuditio petitio, sed eo absente offertur: & potest esse ratio, quia sicut olim, quando manifestabatur, poterat offerri eo absente; similiter hodie, cùm habeatur pro manifestato & casus verus, & fictus æquiparentur à foro, consequēter dispositum in casu vero, locum habebit in casu ficto: c. ad Audientiam c. cū dilectus de cleri. non resid. l. cùm in adoptiuis. C. de adoptio. Soci. cons. 260. nu. 91. Licet in actis soleat protestari, quòd offeratur capto absente cum protestatione, quòd non currat tempus ad offerendum illam capto præsente: sed hæc protestatio necessaria non est, nec operatur aliquid per supradicta.

10 † Potest etiam dubitari, cum per dict. Fo. de mo. & for. disponatur, quòd in dicto processu criminali, ante publicationem, possunt vna, & plures additiones dari, si non probatur delictum contentum in petitione, & probentur delicta contenta in additionibus, de quibus fit pars legitima ad accusandum accusator, an pro delictis cōtentis in additionibus possit cōdemnari accusatus, non probatis delictis, contentis in petitione, quæ fuit oblata intra tres dies: In hoc varié extitit iudicatum tamen videtur dubium, quòd pro illis delictis non contentis in petitione, sed in additionibus tantùm possit condemnari: Quoniā: quot sunt delicta, tot sunt accusationes. l. scire debemus. ff. de verbo. obliga. vbi notatur per docto. Sed sic est, quòd in qualibet accusatione debet offerri petitio intra tres dies, aliàs, processus est nullus; ergo videtur, quòd pro delictis, pro quibus nō est oblata petitio, non possit ferri sentētia, & sic quòd prędicta delicta contenta, & probata in additionibus, solū conferant ad agrauandum delictū, contentum in petitione, quod videtur verius.

Caput. IX.

SVMMARIVM.

1 *DE Reorum interrogatione, quando & per quē fiat & de intellectu, For. 1. de mo. & For. proceden. in crimi. cum. nu. 2.*

3 *Reus interrogatus respondere recusans habetur pro confesso.*

4 *Qualiter Reus interrogatus possit compelli ad respondendum & an ex sola Rei confessione sequi possit condemnatio.*

OBLATA petitione, primus actus, qui sequitur, est Interrogatio, capti super contentis in petitione, quæ interrogatio facienda est intra duos dies post oblatam pe

petitionem: vt dicit Fo. de modo, & For. procedend. Molin. in verbo Interrogatio. versiculo Secundo, nec ante illam factam est edenda petitio accusato, nec ei copia danda, ne instruatur: Obseruan. fi. de postulan. Bar. in l. si postulauerit. §. Quæstioni. De adulteri. Molin. in verbo interrogare debet.

2 † Hæc interrogatio fit à iudice, per buccam Assessoris, & ita practicatur. & intelligitur Forus de mo. & For. proceden. licèt quòad carcerem manifestatorum, aliter sit intellectus dictus Forus, quia non sinit in eo intrare, Calmetinam ad interrogandum. Assessor tamen Regentis, solus sine Regente solet dictam interrogationem facere, cùm ipse, & Regens Gancellariam, soli, nomine Locumtenentis, & Regentis, respectiuè iurisdictionem exerceant. Si tamen Iudex non habet Assessorem, faeit illam Iudex cum eius Notario præsente iurato, intus dictum carcerem: vt hæc latè in dicto Fo. de modo & For. proceden.

5 † Circa dictam interrogationem est considerandum, quòd si dictus accusatus nolit respondere interrogationi factæ, debet Iudex sequendo ordinem traditum ab Obseruan. Item nota. La grande, de Postulan. illum monere ter de die in diem, & si monitus respondere recusat, habebitur pro confesso, iuxta. l. de ætate §. Qui tacuit. ff. de interrogat. actio. Bages super d. Obseru. 1. de confess. Hæc interrogatio olim locum non habebat facta manifestatione. Fo. 2. de manifes. perso. Calataiub. sed hodie indistinctè locum habet dispositio dicti Fori de mod. & for. proceden. circa dictam interrog. Qualiter etiam interrogatus, qui respondere tenetur, possit compelli. ponit Ale- 2
xander. in l. si finita. ff. de dam. infec. Et qualiter se debeat habere in interrogatione ad finem eruendæ veritatis, an possit decipere interrogatum, siue accusatum, terrendo, vel aliàs, spondendo, & plura de his ponit Bossi. tit. de exami. reorum, pag. 136. Et si respondendo interrogationi, confiteatur delictū an ex eo solùm possit condemnari: Cærtum est, quod non nisi de dicta confessione fiat fides, cùm sit facta extra iuditium, & admittantur eius defensiones super ea, vt infra dicetur, non enim isto casu sumus in terminis, Fo. de confess. & reper. cum fur. Obseruan. Item nota. La grande, de Postul. Molin. in verbo interrogatus licèt confiteatur & in verbo confessio extra iuditialis. Deuiribus huius confessionis factæ interrogationi, ponit plura Bossius titu. de respon. à reo facien. pag. 139.

Caput. X.

SVMMARIVM.



1 *Facta interrogatione datur reo petitionis copia & tunc proponit Reus exceptiones fori declinatorias.*

2 *Facta interrogatione datur licentia litigandi per procuratorem. & ibi de procuratore in causa criminali.*

Facta

3 *Facta interrogatione dari potest reus subfideiussoribus, seu ad capleutã, & non ante, & an, & quando de iure Reus sub fideiussoribus, sit à carcere relaxandus.*

4 *De Foro id Iudicis arbitrio relinquitur.*

1 FActa interrogatione, tunc dari potest copia petitionis accusato, quę antea dari non poterat, vt dictum est, & propterea poterit habita dicta copia, proponere reus suas exceptiones For. Declina. nam antea propter ignorantiam non poterat, & exceptio, quæ non venit ad notitiam, potest, quandocunquè perueniat, proponi. l. fi. ff. à non compe. iudi. C. Bages in Obseruan. Item de consuetudine, de For. compe. vbi etiam dicit, quòd, cùm necessario teneatur interrogationi respondere, aliàs habetur pro confesso, nimirũ, si postea potest declinatoriam proponere: de quo meminit Molin. in verb. Exceptio Fori Delinatoria. licèt ipsa soleat dictam interrogationem impedire: d. Obseruan. Item de consuetudine. de For. Compe. Molin. in verbo Interrogatio. & in verbo Exceptio Fori Declinatoria. tutiùs erit, si cum protestatione, quòd non intendit in Iudicem consentire, dicta responsio fiat.

2 † Item facta interrogatione, datur licentia litigandi per Procuratorem, vt dicit Foro De Modo, & Forma. Et si petit Aduocatum, debet sibi dari, aliàs processus esset nullus; vide determinationem relatam per Molin. in verbo Processus est nullus. Crederem tamen, & ita vtimur, quòd Procurator capti potest comparere, post quam est Appellitus executatus, & petere illius reuocationem: ante verò quàm sit executatus, nec per se, nec nec per alium peti potest reuocatio illius: Molin. in verb. Appellitus criminalis. vers. die. 2. Octo.

3 Item facta interrogatione, vel lapso termino ad interrogationem faciendam, potest captus dari sub fideiussoribus, non ante: For. fin. de Manifest. perso. Montiso. Sed potest ne dari captus sub fideiussoribus? regula est, quòd potest dari: Obseruan. Pœnul. de satisdan. Contra de iure, quando est imponenda pœna corporis afflictiua. Iul. Clar. commu. opini. verb. Reus non est. vide Menoch. de arbitra. casu. 303. Maran. de satisdatione, exceptis casibus, de quo est etiam Obseruan. Item quòd ibi dicitur. Interpre. qualiter & in quib. & Obser. Item nota, quòd in causa criminali. de Homici. Hodie in casibus Procuratoris Astricti non potest dari, saltim ante publicationem accusantis: Fo. En que casos el Manifest. puede ser dad. à cap. 1528. iuncto For. de Capleu. de perso. de anno 1552. in reliquis arbitrarium esse consueuit. De iure circa hæc pònit plura Angel. in dict. verbo Fama publi. fol. 37. quæst. 10. & 11. fol. 51. quæst. 4. Foller. pag. 457. Marant. de ordine iudi. titul. de satisdatione, fol. 186. numer. 4. Bosius titul. de Carcerato fideiussor. Commiten. vbi plura de his, & dictis capleuatoribus.

4 † Et cùm de Foro, aut saltem de consuetudine sit arbitrarium dare captũ ad capleutã, superuacanea est

S in

in Aragonia examinatio quæstionis quam ponit Angel. vbi supra fol. 55. Si dandus sub fideiussoribus, possit detineri in carcere, ad finem detegendi socios criminis.

5 † Item facta interrogatione, solent, & possunt à Reo proponi omnes exceptiones, impedientes litis ingressum: vt sunt iudicis incompetentiæ, vt dictum est, Partis non legitimæ, Rei iudicatæ, transactionis, remissionis, nullitatis processus, & similium: de quibus, & aliis quam plurimis ponit Folleri. titu. Audiantur exceptiones proponendæ per reos pag. 147.

6 † Quandoquè tamen captus, omissis his, quæ iuris sunt quia fortè sibi non competunt, conuertit se ad ea, quæ sunt facti, & sic ad carceris fractionem, & ab eo se liberandum. Effracto carcere, dubitari potest de pœna illius, qui effracto carcere aufugit: de quo est Obseruan. t. de prodito. & custo. carce. Mol. in verbo Fractor carceris. ponit plura Bossius titu. de carcere. num. 42. & in effectu est, quòd dictus fractor carceris habetur pro confesso de criminibus, quibus accusatur. Quid de fractore arresti? Ioannes Andre. in additioni. ad Specul. tit. de præsumptioni. & Archi. in cap. vt commissi. de hæreti. in 6. dicunt, idem esse, quod in fractore carceris.


7 † Et si dictus captus aufugiat ad Ecclesiam, an gaudeat immunitate Ecclesiæ, ponit Boeri. decis. 110. Goni. in tracta. de immunitate Ecclesiæ in limitatio. Et si captus aufugiat animo reuertendi, an dicatur fractor, Molin. in verbo Fractor carceris. Folleri. pag. 651. numer. 102. & si vadit ad superiorem, an dicatur fractor, ponit Baldus in. l. quis sit fugitiuus. de ædili. edict. Et quando dicatur fractor carceris, & de illius pœna, ponit Bossi. dict. tit. de carcere, num. 4. cum sequen. Angel. in verbo Fama publica præceden. fol. 59. pag. 487. num. 9. & sequen.

8 † De commentariense, seu carcerario, qua pœna teneatur propter fugam carcerati, & de eius officio, & quando teneatur, si captus in carcere moriatur, ponit idem Bossius d. titu. de Carcere Angelus in d. verb. Fama. fol. 59. & per Doctores in. l. ad commentarienſem. ff. de custo. Reo. & in d. tit. ff. & C. de Custo Reo. Folleri. pag. 456.

9 † Et captus pro vno delicto, an & quando poterit pro aliis criminibus recommendari? De foro certum est, pro quocunquè posse recommendari, seruatis solennitatibus foralibus de secundo, & tertio accusato, si tempore recommendationis, iustè ad huc in carceribus detinebatur; aliàs, non: per quæstionem Bartoli sextam, incipientem lapus. de iure videndus est Angelus in dict. verbo Forma. fol. 55.

Caput. XI.

SVMMARIVM.

1 *Ccusator quando, & intra quód tempus teneatur probare contenta in petitione.*

2 *Delicta quot modis probentur.*

De

3 *De confessione delicti in iudicio facta, & quòd circa eam ius commune, & Fori non discrepant.*

4 *Neq; etiam discrepant circa confessionem delicti extraiudicialem coram Iudice tamen factam.*

5 *Confessio mere extraiudicialis, de iure delictum non probat.*

6 *De Foro tamen sufficiens est, vt ex ea sequi possit condemnatio, etiam ad pœnam ordinariam.*

7 *De Foro duæ semiplenæ probationes seu testes singulares coniunguntur, vt probent in criminalibus, de iure secus.*

8 *De probatione delictorum quæ fit per testes, multa remissiuæ cum numer. 9.*

10 *Instrumentis delicta, an & quando probari possint.*

11 *Delicta probari etiam per argumenta.*

12 *Præsumptionibus delicta, quomodo probentur.*

13 *Indicia etiam delicta probant, & ea quotuplicia sint.*

14 *Ennumerantur multa indiciorum exempla.*

15 *Ex Indiciis vix potest sequi condemnatio ad pœnam ordinariam, nec corporis afflictiuam. De Foro Tamen etiam si non sit plena probatio, solet fieri condemnatio ad exilium perpetuum, cum mortis comminatione.*

1 SI præmissa non obstant, & proceditur ad vlteriora in causa, tenetur accusans probare contenta in petitione, & additionibus intra viginti & quinquè dies, computādos à die captionis, vel repræsentationis, vel die, quo reputatus est cōtumax, & sic à die, quo incipit currere tempus ad offerendum petitionē, ab eo namq. termino tenetur pro bare, & publicare intra viginti, & quinquè dies, vt dicit d. Fo. de Mod. & For. Proceden.

2 † Delictum si quidem, vt elicitur ex. l. 2. C. quorum appellationes nō recipiantur, potest probari testibus, instrumentis, confessione, argumentis, præsumptionibus, vel indiciis. Vel breuius, vt dicit Bosius titul. de conuictis pag. 155. dupliciter potest probari delictum, scilicet, per confessionem, vel conuictionem; per confessionem, vt si sponte in Iudicio confiteatur; per conuictionem, vt si conuincatur, & agatur testibus, instrumentis, indiciis indubitatis, vel argumentis.

3 † Probatur igitur confessione delictum, si facta fuerit in iudicio, quia talis confessio dicitur releuamen probationis: de huiusmodi confessione, loquitur For. de Confess. & reper. cum fur. Et quò ad hanc confessionem iudicialem, non videtur esse differentia inter Foros, & ius scriptum; de qua iudiciali confessione loquitur Bosius in titul. de Confess. pag. 150. vbi loquitur de eius effectu, & de ea, quæ fit coram Iudice in competen. & in processu nullo, De facta per errorem, & si potest eorrorem corrigere, Iulius Clar. commu. opini. verbo Reus si velit. & de facta metu, vel cum doli circumuentione, & qualiter cū ea sola potest sequi condemnatio, vide Iulium Clar. communi. opini. verbo, Reus potest etiam sicut de Foro: & circa præmissa, & alia multa, videndus est Folleri. titul. Et si confitebuntur. pag. 29. Carrer. in titul. seu verbo voce propria cōfessus. super dict. l. 2. Quorum appellationes non recipiantur. fol. 75.

4 † Alia est etiā confessio extra iudicialis, & tunc, aut de ea cōstat in actis processus, vt est illa, de qua in Fo. de mod. & For. proceden. quando captus interrogatus in carcere respōdet confitendo. Ista est confessio facta coram Iudice, extra tamen Iudicium, & quò ad illam, similiter nō est differentia, quò ad ferendam sententiam, & condemnationem, in vim illius, inter foros, & ius commune: de ea loquitur Bossi. de responsio. à reo facien. titulo, pag. 139. de qua dictum est supra in interrogatione.

5 † Alia est etiam confessio extra iudicialis, quæ neq. est facta coram Iudice, nec de ea constat in actis, sed accusans intendit illam probare per testes, & de ista loquitur Obseruan. 3. de confes. Et hæc confessio maiorem vim habet de foro, quàm de iure, nam de iure, confessio facta absente parte, quantumcumq. sit legitimè probata per plures testes, talis confessio non probat delictum, sed tantùm facit Indicium: de qua loquitur Paul. de Cast. in l. 1. de confes. Iason in l. Admonendi. Hipoly. in l. 1. colum. 6. de iurisdict. omnium iudi. Panor. & alij, in cap. at si Clerici. de iudici. & Folleri. eod. titul. & si confitebuntur. vbi loquitur plenè de vtraq. confessione, & iudiciali, & extra iudiciali. De iure Canonico dicit Areti. consil. 60. quem refert Maran. titul. de confes. fol. 203. numer. 19. quòd talis confessio, dicta parte absente plenè probata, probat plenè, iuxta Obser. Regni, de qua infra: verum est, quòd de iure propter illam cōfessionem posset extra ordinariè castigari.
6 † De foro tamen, per hanc confessionem extraiudicialem, quantumcumq. parte absente factam, si legitimè probetur, potest sequi condemnatio ad pœnam ordinariam, per dict. Obseruan. 3. de confes. De iure vide plura per Aymo. Publi. super consue. Alber. fol. 20. & 21. vbi de vtraquè confessione iudiciali, & extra iudiciali, qualiter per illam probetur delictum.

7 † Præterea est & aliud specialius de foro, quia de iure semiplenæ probationes nunquam coniunguntur in criminalibus, vt per Iass. & alios in l. Admonendi, & sic, si vnus testis attestetur de confessione facta in platea, alter de facta alibi, de iure non est probata confessio, nequè, ad indicium: Maran. de ordi. iudi. titu. de confes. numer. 14. fol. 285. & tamen de Foro, cum istis duobus testibus singularibus infurcatur homo: Moli. in verbo, confessio accusati de crimine, quod videtur fortissimum.

Probatur igitur delictum, vel per confessionem iudicialem, vt dictū est, vel per conuinctionem: conuincitur, vt dictum est dictus accusatus testibus, instrumentis, argumentis, præsumptionibus, & indiciis.

8 † Testibus namquè probatur delictum, nam regula est, quòd per duos testes debet probari, cum in ore duorū, vel trium &c. c. in omni negotio. l. vbi numerus De testi. & isti duo testes sufficiunt etiam cōtra Papam. Aliquando tamen vnus sufficit, quandoquè duo non sufficiunt: & debent esse omni exceptione maiores. Qui sint isti testes, & quando etiam inhabiles admittantur, non tamen inimici; & qualiter quò ad offensam etiam non interrogati tenentur rationem reddere, vt probent, secus, quò ad offensam, hęc & plura ponit Carrer. in verb. ibi testibus superatus. fol. 71.

† Quan-

9 † Quando testes possint compelli testificari, & quomodo, possint euocari de loco ad locum, & de quibus debeant interrogari; & qualiter captus, de quo deponitur, est eis exhibendus, si petant; & an super eorum ætate sint interrogandi; & qualiter debeant deponere, si non cognoscũt partes; & se possint referre ad eorũ primum dictum; & an possint corrigere dictum suum, vel declarare; & si primò per verbum, Credo, postea affirmatiuè deponant, an eorũ dicto sit standum, vel an possint suo dicto addere; & qui dicantur testes varij, & vacillantes; & an sit dandus saluus conductus, prout de For. de Homici. Calataiub. & à quibus debeant salarium habere: hæc omnia & plura alia ponit Folleri. titu. Cãpiat informationem. pag. 14. Bossius titul. de conuictis, & tamen. Iudi. consil. & in titul. de publi. processſ. pag. 426. aliquid per Molin. in verb. Testes. Perquem sunt testes examinandi in criminalibus: Auenda. de exequend. manda reg. lib. 2. c. 17.

10 † Probari etiam potest delictum per instaumentum: ponit Bages in Obser. Item quod ibi dicitur, quòd in omni petitione. interpreta. quali. & in quib. in fi. vbi allegat plura iura ad probandum, quod delictum potest probari per instrumentum. l. feiant iuncti. C. de proba. vbi Bal. dicit probari delictum testibus, vel instrumentis, iuxta dict. l. 2. C. quorum appella. non recipiantnr. Instrumentis ergo probatur delictum; sed illa probatio non est ad pœnam ordinariam: Roma. consi. 349. & ibi addi. iuxta dictam l. 2. Bossius titu. de conuictis. nume. 63. veluti, quando facere instrumentum est delictum, vel quando de conspiratione esset factum instrumentum: vbi tamen quis vellet probare homicidium, vel furtum per instrumentum, non posset: vt ibi Bossi. Carre. in iex. ibi, instrumentis productis. fol. 76. vbi etiam, an per instrumenta pacis, & similium probetur delictum: non tamen probatur delictum per scripturam priuatam, licèt recõditam in Archiuo, Aymo. de Antiqui. fol. 52. nu 3.

11 † Probatur etiam argumentis delictum, nam argumentis quis in crimine multum atroci conuincitur. cap. 1. de Homi. Aretinus cap. tertio loco. de præsumptioni. Deci. consil. 189. colum. 2. & 3. Bossius titul. de conuictis. numer. 55. & quod dicitur de argumentis, dicitur de indiciis, vt ibi per eum.

12 † Præsumptionibus etiam probatur delictum, & si est talis præsumptio, quòd super illa ius disponat, potest iuxta dictam dispositionem fieri condemnatio ad pœnam ordinariam delicti: Secus, si lex super tali præsumptione non disponat, sed remittat onus Iudici, vt habita consideratione ad circunstantias, præsumat plus, aut minus: tunc ferri potest sententia condemnatoria, sed non ad pœnam ordinariam: Bossi. dict. titu. de conuictis. nu. 29. cum sequen.

13 † Indiciis similiter potest delictum probari, licèt indicia, & argumenta pro eodem supponant: Bossi. de indiciis. col. 1. & vbi supra. Quædam tamen sunt indicia indubitata, & cum illis potest ferri sententia ad pœnam ordinariam; si verò sunt indicia dubitata, secus. Quæ sint indicia indubitata, & quæ dubitata, ponit Carrer. folio 43. Indicium indubitatum est demon-

ſtratio rei per ſigna ſufficientia, per qua animus in aliquo tamquàm in exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare non curat l. Indicia.C. de rei vendica. Dubitatum, & ſemiplenũ Indicium eſt præſumptio, fortiter mouens animum Iudicis, ad aliquid credendum, vel non credendum. l. cum probatio.ff. de proba. Qualiter autem probetur indicium: dic, ſi eſt proximum maleficio, vt quia teſtis deponat de viſu, tunc per vnum teſtem probatur, quia vnus teſtis facit indicium; ſi verò indicium eſt remotum à maleficio, non probatur niſi per duos teſtes, vt ſi deponant de fama, fuga &c. Carre. de indiciis fol. 44. cum ſequen. & fol. 56. vbi etiam ponit, quando indicia probentur per teſtes ſingulares. Item quædam ſunt indicia grauia, quædam leuia: gloſ. in l. Nõ hoc.C. de legi. leue indicium dicitur, ſi facilè ab eo contingit ab eſſe; graue, ſi frequenter contingit adeſſe. Indicia poſita per Carre. à folio quadrageſimo ſeptimo vſquè ad folium ſexageſimum quintum, ſunt hæc.

14 Vnus teſtis de viſu, fama publica, fuga, inimicitia, mendacium, in conſtantia, titubatio, trepedatio, confeſsio extraiudicialis, cõfeſsio ſocij criminis, confeſsio mandatarij, inculpatio, & confeſsio offenſi, inſtrumentum pacis, minæ, conuerſatio in loco commiſsi delicti, conſuetudo delinquendi, ſolicitudo inueſtigandi delinquentem, receptatio delinquentis, faciens euadere delinquẽtem; ſcientia maleficij, & non facere, vt non committatur delictum; ducens doloſè per viam, vbi ſunt latrones; allocutio ſecreta ad aures, aufugiens cum enſe euaginato, aclamatio, dans pecuniam ad arma cõparanda, faciens præparamenta, mala conuerſatio, & cum iniquis, aſsidua alicuius loci frequentatio, diuinatio, & incantatio, taciturnitas, mala filoſomia, & malum nomen, viſio Iudicis, conceſsio pecuniæ, vt non accuſetur, ploratu, & vlulatus pueri, locus ſolitus, famoſitas delinquentis, denegans iurare, aſtancia cum armis in delicto, denuntiatio, dictum teſtis, qui non debuit examinari. Hæc ſunt indicia poſita per Carre. vbi ſupra. Boſsius in tit. de Indiciis, ante tortu. ponit alia plura pag. 167. De pluribus aliis indiciis circa homicidia, furta, adulteria, falſitates, & alia delicta, vide pra cticam criminalem, Iacobi de Nouell.

15 † Vix tamen ex his indiciis poteſt inferri ad pœnam ordinariam, nec corporis afflictiuam, ſolet tamen in Regno, quando probatio non eſt plena, fieri condemnatio ad exilium perpetuum cum comminatione mortis. Item in Regno ſeruatur doctrina Bald. in l. ſi quis ex argentariis.§.1. de Eden.ff. Quòd inferri poſsit ad pœnam ordinariam cum vno teſte de viſu, & duobus de fama publica, & probato alio indicio, quam doctrinam allegat Boſſius ad aliud propoſitum, titu. de Indiciis, pag. 168. numer. 14.

Caput. XII.

SVMMARIVM.

1 *De Accuſatore, quãdo, & quomodo proceſſum publicare debeat.*

2 *Publicatio, an ſit de ſubſtantialibus, proceſſus, de iure, & quid etiam de Foro cum nu. 3.*

4 *Forus tit. Quæ por error de proceſſo. & eius ratio cum num. 5.*

Facta

1 FACTA probatione, publicādus est processus per ipsum accusantem, seu eius procuratorem intra viginti quinq. dies, con numerandos à die, quo incipit currere tempus ad offerendam petitionem, vt dictum est per For. de modo, & For. proceden. Publicatur siquidem processus absq. aliquā citatione, & ea facta, si procurator accusati non est præsens, mandatur intimari ad effectū, vt incipiat currere tempus defensionum, si fortè publicatio erat facta ante completum tempus dictorum viginti, & quinq. dierum. De hac publicatione processus loquitur Maranta in 6. parte. titul. de processus publicatione, fol. 222. Folleri. titul. fiat publicatio proces. pag. 278. & Bossius titul. de publicatione processus. pagin. 428.

2 † Circa dictam publicationem potest quæri, an sine ea valeat processus. De iure tractat hanc quæstionem Maran. vbi supra num. 4. & dicit communem esse conclusionem esse, quòd processus valet, & quòd illa non est de substantialibus process. sus, allegat Felin. in cap. cum L. & A. de rei iudi. Sed idem Felinus videtur contra tenere in cap. licet causam. nu. 26. quem refert Bossius vbi supra in principio, illum declarando, scilicet, quod processus non sit nullus ipso iure ob defectum publicationis, sed est necessaria publicatio ad effectum, vt re ipsa sententia teneat: de qua quæstione etiam meminit Folleri. vbi supra.

3 † De For. si attendimus ad For. De Mo. & for. non solùm est de substantialibus processus publicatio, sed etiam tempus, intra quod fieri debet, nam per illum For. nisi intra dictos viginti quinq. dies fiat publicatio, absoluendus est Reus, Facit, quia tempus formam inducit. Auten. quæ supplicatio. C. de Prę. imper. 4 offer. † Sed dubium est, in specta dispositione Fori, Que por error. de proces. nam per illum Forum videtur, posse processum sustineri, licèt, non publicetur, saltim intra viginti & quinq. dies, sed duos dies post eos in quib. requiritur publicatio, vt re ipsa sententia teneat, pro vt de iure: nam per dictum Forum, si de delicto constat, dummodo sit oblata petitio intra tres dies, debet cō demnari, & sic, etiam si sit error, & defectus in processu, erit condemnādus, si de delicto constet. Sicut in simili Maranta vbi supra, quòd postquàm de delicto constat, licèt publicatio fiat die feriato, debet sustineri processus. Videtur enim contra bonum Reipub. quòd delinquens liberetur ex eo, quòd vno, vel duobus, aut tribus diebus fit tardatum in publicatione processus: nam, vt dicit Bal. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquiliam, quando constat de delicto, Iudices debent esse prōpti ad cō demnandum, nec debent vltrà ponderare omnes iuris solennitates, quia fauor publicæ disciplinæ suadet, vt maleficia puniantur. Et ista ratione credo, fuisse conditum dictū For. Que por error de proces. & si in isto casu, quo tardatur vno, vel duobus diebus circa publicationem, non verificatur dispositio dicti For. Arguendo ab exceptione illius, quę loquitur de tempore, quòd offeratur petitio intra tres dies, videtur, quòd in aliquo casu non potest dictus Forus verificari. 5 † Et ita in quadam causa, qua quidam de Chiprana accusabant, vel accusabantur, con

quem tali die,& hora non fuisse in tali loco.

4 † Item,si indiciis probatis se vult compurgare,ponit plura Carre. in cap. Qualiter indicia purgentur. fol.64.

5 † Item,quando probatur, delictum fuisse commissum per accusatum,ita quod præmissis defensioni bus non iuuatur,tunc quæ defensiones competant,ad tollendam,vel mi nuendam pœnam,ponit plures vbi supra Carre. Sequētes,scilicet,quod est minor,furiosus,ebrius,dormitās, se defendens,ob iustum dolorem,calore iracundiæ, ob metum instantis periculi,diuinam reuelationem, & miraculum,libidinem, seu lasciuiā, ignorantiam,& errorem,imprudentiam,dolum cessantem, necessitatē, quia occidit nocturnum depopulatorem,vel furem nocturnum,vel debitorem fugitiuum resistentem,vel transfugam, vel hostem,& proditorem ciuitatis,vel assasinum, vel forindicatum,vel bannitum,vel filiam repertam in adulterio, vel repertū cum vxore, vel quòd vulnus non erat lætale,vel quia bellum erat licitum;item in certitudo, multitudo, consuetudo,exercitium,exculpatio, offensi officium,metus,carcer iniustus,ingratitudo,cōcubitus, antoria, rixæ,consanguinitas,sedatio tumultus,expugnatio Patriæ,præscriptio, abolitio, diuturnitas temporis, & nullitas processus.

6 † Plura sunt genera defensionum, alia est iuris,alia facti,alia ciuilis, alia naturalis,alia,quæ respicit merita causæ,alia processum : Folleri. d. titul. Recipiantur defensiones Reo. Et de fauoribus circa probationem defensionum, ponuntur ibi plura, & per Bossi. vbi supra,& per Carre,

7 cap. † Qualiter inditia purgentur. fol.69.Scilicet, quòd de testibus aliàs inhabilibus,& rationem nō red dentibus habetur ratio, & quando, & qualiter, licèt actor probet plenè,& Reus semiplenè,non possit dānari; & quòd defensioni nunquam sit præclusa via,quam Iudex etiam sine parte tenetur admittere, & nunquam cēsetur exclusa defensio,quia nec expresse potest tolli. Debet igitur captus intra triginsa dies, vt dictum est per For. de Mod.& for. allegare suas defensiones,& illas probare,& processum publicare.

8 † Sed quid,si publicatio non fiat intra triginta dies,sed vno,vel duobus post, an habenda erit ratio de probationibus defensionum? Attenta dispositione dicti For. de Mod. & for. videtur dicendum,quòd nō, quia actor,& Reus,ad paria debent iudicari,& sicut,si actor intra viginti quinq; dies non publicat, reus est absoluendus; pari ratione dicendū videtur,si Reus non seruat disposita à dicto For. quòd de defensionibus non possit se iuuare,tempus enim est de forma,vt dictum est,quę quidem est seruanda:ad notat. in c. delicta.extra de rescrip. & cùm per For. Que por error.de proces.nihil circa defensionem Rei sit innouatū; ergo videtur,quod dicto casu,de defensionibus non sit habenda ratio.

9 † In contrarium tamen,quod de dictis defensionibus sit habenda consideratio, retorquetur eadem ratio, quod scilicet non iudicentur ad imparia,quia,si actor se potest iuuare de probationibus,& processu, licet tardauerit vno, vel duobus diebus, in publicando processu, idem, & à fortiori de Reo dicendum est,cùm ad paria iudicentur. Item, quia promptiores esse debemus ad absoluendum, quàm ad condemnandum

dum. Item, quia in dicto For. de Mod.& for. quò ad dictum Reum non est apposita clausula decreti irritantis, sicut est quò ad Reum. Itē, quia de defensionibus, vtcunq. & quandoq. appareat, est habenda ratio, etiam post publicationem: Folleri. tit. Fiat publicatio processus. pagin. 278. Bossi. titu. de fauorabi. defensio. † Potest remedium competere accusanti, vt processus terminetur, quòd petat à Iudice, si Reus nō publicat, quòd habeantur producta pro non productis, & Iudex debet habere, si differt Reus publicare.

Cap. XIV.

SVMMARIVM.

1 *Lapso defensionis termino dantur accusatori, et Reo quindecim dies, vt sibi inuicem contradicant.*

2 *Testes pro sui parte productos, an possit quis repellere, & infra nu. 4. & seq.*

3 *De iure contradici potest, tam personis testium, quàm eorum dictis de Foro tamen personis duntaxat.*

5 *Aliquando per Iudicem, testibus est fides deneganda etiam si à parte non sint repulsi.*

6 *Propter inimicitiam superuenientē potest quis testes à se productos repellere, tam de iure, quàm de Foro. cum num. 6,*

7 *De Foro testis productus in prima instantia non potest in secunda repelli.*

8 *Regula Foralis, quod exceptio contra instrumentum nō admittitur, nisi per aliud instrumentum, fallit in criminalibus.*

9 *Enumerantur quamplurime obiectiones, & defectus qui contra testes in Rei fauorem obiici possunt.*



1 LAPSO termino defensionis, currūt partibus quindecim dies à die publicationis ad contradicendum, & sic dimidium illius tēporis quod datur ad defendēdum, & dicitur istud competens tēpus ad cōtradicendum: vt dicit Maran. in 6. par. de testium repulsa, in prin. fol. 224. & Folleri. titu. Concedatur repulsa. pag. 180. nume. 9. Et istud tempus quindecim dierum datur vtriq. parti simultaneè, per d. For. De mod. & for. ad contradicendū testibus, & instrumentis. Hæc cōtradictio per d. For. est contra personas testium tantùm, non contra

2 eorum dicta. † Super qua contradictionis materia, quærit Marant. vbi supra, de tribus, scilicet, qualiter fieri debet repulsa; an testes pro sui parte productos, possit quis repulsare, & an productos in prima instantia, possit quis repulsare in causa appellationis. Repulsa siquidem fieri potest, si præcedat protestatio, hoc est, quòd tempore, quo fit producta per alteram partem protestetur, quòd nulla habeatur ratio, & semper, quo testes producantur, vel instrumenta, ita quod non videatur

3 consentire. Repulsa † hæc, & contradictio fieri potest contra personas testium, & eorum dicta, vt ibi per eum: sed hoc de Foro non procedit in criminalibus contra Dicta, vt dictum est. Et defectus personarum testium, exprimi debent, non in ge-

in genere, sed in specie. Hæc Maran. & Folleri. ibi, nu. 7. remissiuè, Molin. in verbo Exceptio contra testes.

4 † Est tamen aduertendum, quòd licèt de his non fiat repulsati, si tamẽ ex eorum dictis appareat de repulsa, vt quia in suo dicto attestetur, se cõ sanguineum, familiarem, vel continuum commensalem, &c. debet Iudex his non adhibere fidem. Folleri. d. tit. concedatur repulsa. num. 15. pag. 282. Et quæ sint illa, quæ cõtra testes obijci possunt, infra dice-

5 tur. † Ad secundum, de quo per Marant. an pro sui parte productos, possit quis repullare, concludit non posse, quò ad personas testiũ, secus, quò ad dicta, nisi post productionem, noua inimicitiæ causa superue-

6 nisset. † Ex quo infertur, quòd in dictis causis criminalibus non poterit repulsari testis à se productus, nisi post productionem, ante tamen, quàm deposuerit, superuenisset noua repulsionis causa.

7 † Ad tertium, de quo per Maran. certum est, de Foro non posse repulsari testem productum in prima instantia, in causa appellationis, ex quo secundùm For. de Mod. & for. non permittebatur appellatio, & secundùm For. nouissimum de anno 1564. in casu, quo permittitur, est tantùm ex eisdem actitatis.

8 † Instrumenta etiam de For. possunt repulsari in causa criminali, & licèt de For. contra instrumentum non admittatur nisi instrumentũ; tamen in causa criminali admittuntur etiam alij testes, ad impugnandum instrumenta: Moli. in verb. Excep-

9 tio contra instrumentum. † Obiectiones & defectus, qui cõmuniter solent obijci contra testes, sunt, asserere, quòd sunt varij, vel quod in eodẽ dicto cõtraria dixerunt, vel iudicialiter, vel extra iudicialiter, vel in diuersis iudicijs, vel si plures inter se contrarij, & plura circa l. eos. C. de fal. Bos. tit. de opposi. cõtra testes à nu. 1. vsq. ad n. 19. pag. 439 quod sunt infames, Periurij, quòd non fuerunt interrogati super generalibus, iuxta Fo. Quò mo. deb. test. interrog. Bos. ibi. nu. 19 vbi etiã ponitur, an maior possit interrogari de his, quæ vidit in pupillari ætate. Quòd est subornatus, & pecunia corruptus ibi nu. 29. quod falsus in vna re, ergo in totũ, 22. quòd Notarius retulit se, ad dictũ alibi, ibi. 23. quòd loquitur per eundẽ præmeditatum sermonẽ, ibi 24. quòd deponũt animosè, 25. quòd sunt examinati per Notariũ, & non per Iudicem, 26. & plura, quòd Iudices examinent testes per se, & non per Notarios, quòd fuerunt examinati ad perpetuã rei memoriam absq. causa, ibi 32. quod deposuerũt extra terminum, 33. quòd examinati non citata parte, 34. quòd sunt singulares, ibi, 39. quòd non deponunt de loco, & tempore, 41. quòd deponunt de auditu, 42. quòd de credulitate, 43. quòd fuerunt instructi, ibi nu 50. quòd sunt inimici, 52. quòd tractãt de suo commodo, 55. quòd ad sui exonerationẽ, 56. quod sunt de vniuersitate, 60. quòd sunt subditi illius, pro quo deponunt, 69. quòd est vnicus testis, & ibi plura de singularitate, 70. quòd non reddunt rationem, 73. quòd non iurauit, & ibi exprimuntur casus, quibus statur testi non iurato, 81. quòd sunt religiosi, & deposuerunt sine superioris licentia, 92. quòd sunt domestici, 93. quòd non deponunt verisimilia, 96. quòd sunt amici producẽtis, 102. quòd sunt affines, vel consanguinei, 105. cum sequen. & vsq. ad quem gradum repellantur consangui-

sanguinei, 110. Quòd sunt Aduocati, Procuratores, solicitatores, proxenetæ, 117. cum sequenti. † Concluditur tandem cum regula, quòd magis creditur duobus testibus fide dignis, quàm cẽtum vilibus. De hac testium reprobatione sunt plures tracta. Vide Stepha. Auferri. super c.1. de offi. ordi. de reprobatione testium.

Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Tempus quod de Foro Iudici datur ad proferendam sententiam in causa criminali, & quando currere incipiat.*

2 *Quæ sint circa Iudicis sententiam consideranda.*

3 *Circa personam ipsius Iudicis.*

4 *Circa partium personas.*

5 *Et circa tenorem ipsius sententiæ.*

1 LAPSIS dictis quindecim diebus, ad contradicẽdum datis, publicatis attestationibus, currunt viginti dies Iudici (additis decem diebus allegationum, si recipiantur) ad proferendam sententiã diffinitiuam in causa criminali, per d. For. de Mod. & for. proceden. quod sanè est intelligendum, si fuerit petitum pronuntiari: vt latè per Deci. cons. a. Debet enim peti pronuntiari, vt currat dictum tẽpus, & iterũ peti, quòd pronuntietur, vt instante parte, sententia feratur, & acceptetur: aliàs, si, quando Iudex vult proferre intitulando processum, nõ sunt partes, quę instent, faciet Iudex, Protestatur. Et ea de causa, quia nõ inueniebatur Procurator Astrictus ad sententiam acceptãdam, fuit quadam die dilatatã Regia Audientia, ea de causa videtur, Ioannem Aluareb fuisse suffocatum, a la torre de Doña Anna, ante quàm fuisset lata sententia mortis contra eum: sententia siquidem non potest proferri, vtraq. parte absente, etiam si tempore, quo legi incipitur, se absentent: Maran. de sententia, in 6. par. nu. 95. fol. 241. ferenda est igitur dicta sententia intra dictum tempus, si fuerit petitum.

2 † Circa dictã sententiã, sunt non nulla consideranda, omisso ordine tradito per Maran. in 6. par. De sententia. Scilicet, quòd circa d. sententiam debet considerari causa efficiens, materialis, formalis, & finalis: debet enim continere expresionem Iudicis, qui est causa efficiens, qui sedere tenetur pro tribunali, & sententiam per se legat, nisi sit de maioribus. Debet etiam continere expresionem causæ, & processus, quæ est materialis causa dictæ sententiæ. Similiter debet continere causam formalem, quæ formalitas potest considerari circa Iudicem, circa partes, & circa ipsam sententiam:

3 † circa Iudicem respectu loci, temporis, & ipsius personæ. Loci, quia in loco maiorum debet ius dicere, nisi de consensu partium, vel esset Episcopus, vel Pręses, vel nisi tutus nõ esset locus, vel nisi de plano procedatur, vel in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. Temporis, quia sit dies iuridicus, non feriatus, tum etiam die assignato ad ferendam illam. Item, quòd ante peremptam instan-

instantiam,feratur de die, nõ de no cte,& non pendente dilatione, nec pendente tempore, quo causa consulitur,& tempore, quo aliqua ex partibus sit præsens.Iudicis,quòd sit Iudex non priuata persona,sanæ mẽtis,non furiosus,non surdus,aut mutus,publicè excommunicatus,nec in
4 famis. † Circa partes, quòd nomina litigantium exprimantur in sententia,& sint habiles ad comparendum, & non sit aliquis eorum mortuus; & si moriatur, an possit ferri contra Procuratorem dominũ litis,& quòd adsit legitimus defensor,tã in
5 agendo,quàm in defendendo.† Circa sententiam, quòd scribatur,quòd non contineat iuris errorem expressum,& iniustiam, quòd non sit lata contra aliam sententiam,& sit certa, & debet continere absolutionem, vel condemnationem,quæ est causa finalis, ideo non valeret si diceret Iudex,pronuntio Titium condemnandum, vel secundum consi-
6 lium Regiæ Audientiæ. † Sunt tamen quædam circa dictam sententiam præcipuè aduertenda:Primò, illud,quod à dicto For. de Mod. & for. disponitur, scilicet, quòd, si est imponenda pœna mortis, mutilationis membri, vel exilij, excedentis duorum annorũ spatium, quòd dicta sententia est ferenda de consilio Consiliariorum,Regiorum super criminali,modis,& formis traditis à For. de anno 1564.super criminali editis, nisi id omittatur de
7 consensu partium. † Hoc tamen nõ procedit in causis criminalibus,vertentibus in Curia Iustitiæ Arag.licèt hoc fuerit variè practicatũ,& habito dicto cõsilio,tenetur Iudex scribere suã sententiã,absoluẽdo,vel cõdẽnando,iuxta tenorem dicti consi-
lij,non scribere,Pronuntio,vt in cõsilio.per supradicta.
8 † Et Iudices circa impositionẽ pœnarũ,iam ipsi, quam Consiliarij,nõ debent esse inuentores illarũ, sed debent iuxta merita processus imponere alteram ex pœnis, in similibus apponi solitis:Carrer.in 3.par.trac. homici.circa appositionem pœnarũ,fol.226. nu.12. Sunt enim à iure plures casus,in quibus venit imponenda pœna mortis naturalis, quos refert Bal.in l.data opera.C. qui ac cusa.nõ poss.Bont.vol.10.tract. fol.
9 135.Carre.vbi supra. fol. 234. † Et ista pœna mortis naturalis, & aliæ pœnæ à Iure,& For. impositæ minorari possũt ex pluribus causis:Primò,ex supra citatis causis in materia defensionis,& ex aliis citatis per Carre.in verbo,circa itaq. secundũ. fol.243.vbi addit minorari propter publicã vtilitatẽ,vt quia sit magnus artifex.Bossi.ti.de pœn.pag.483.post nu.8.tum etiã seruitia præstita Principi; bona vita,& fama;Priuilegiũ, vt si obuiat Cardinalis,& ponit vmbellam super caput condemnati; idem,si obuiat Principi;quid,si corpori Christi: idem de procurante, quòd famosus,& caporalis capiatur. Vbi etiã quãdo debet executio accelerari,quia sit famosus latro,& dilatari,quia sit prægnans,& debet præsertim minorari propter inopiã probationis:Carre.fol.227.Paris.de Pu
10 te.fol.204.in prin.nu.9.† In Regno solet dari pro plena probatione ea, quæ fit per vnũ testẽ de visu,vel cõfessione cũ aliis indiciis,iuxta doctrinã Bal.in d.l.si quis ex Argẽtariis.ff. de eden.Si verò nõ plenè ista probantur,solet minorari pœna ad exiliũ perpetuũ,cũ cõminatione mortis,iuxta Obs.1.de proba.nec eo casu

20 *Quinto quod fiat in loco solito. & ibi de suffocationibus quae per praesides in montibus fieri solent cum num. 21.*

22 *Regens Offic. Gubernation. vt exequi possit sententiam, in captum & detentum per iudicem ordinarium, debet ante omnia ad se euocare causas*

23 *Executio sententiae ex quibus causis differatur vel acceleretur cum num. 24.*

25 *Dum captus ducitur ad supplicium duci debet per vias publicas, & assuetas & quòd Aliquando in via solent Reo abscindi manus cum num. 26.*

27 *Quod Per acta executione, continuanda est, in actis processus remissiuae.*

1 

LATA sententia; mandabatur statim executioni iuxta Fo. de mo. & for. praeterquam in crimine vsurarũ, & in delictis, quibus non proceditur iuxta dict. For. de mod. & for. quia per dict. For. sublata erat appellatio, & ea non obstante, mandabatur executioni,

2 † Hodie verò per Fo. 1564. prouisum extitit, quòd, pendente tempore ad appellandum, & vbi appellatum extitit, durante causa appellationis, dicta sententia non mandetur executioni. Quae prouisio, quòd durante tempore ad ad appellandum, & appellatione interposita, sententia non mandetur executioni, videtur necessaria, quoniam olim mandabatur, non obstante appellatione, donec praesentabatur inhibitio, & durante dicto tempore ad appellandum: vt est dictum supra, & elicitur ex Fo. 1. de executio rei iudica. Et dicit Folleri. idem, quòd scilicet, pendente tempore ad appellandum, sententia executioni mandabatur, titu. Poenis debitis feriatur, n. 5. pagin. 384. Denique in dicto processu praesentiae, suspenditur dicta sententia per appellationem, & durante tempore ad appellandum, sententia, (inquam) mortis, vel mutilationis membri, quoniam ab ei tantùm est permissa appellatio.

3 † In quo appellationis processu proceditur, iuxt. d. fo. de anno. 1564 Quòd appellatio interponatur infra tres dies, & si est extra locum, vbi Audientia residet, debet fieri repraesetatio intra septẽ dies. & cũ eodem processu originali, ex eisdem actitatis, absquè eo, quòd de nouo possit aliquid produci, nec probari iudex Ad Quem, debet sententiam ferre, illam infirmando, reformando, vel confirmando, & lata sententia mandabitur executioni priuilegiatè, sicut ante dictos Foros de anno. 1564. fieri solebat & poterat.

4 † Appellationis ergo remedium competere potest in processu praesentiae, non in processu absentiae, quia quò ad eum, vt infra dicetur, nihil est innouatum per For. de anno. 1564. & hoc remedium non quidem de omni sententia, sed de diffinitiua tantùm, & non de omni diffinitiua, sed de ea tantùm, quae est mortis, vel mutilationis membri, vt dictum est. Et sic differt à

5 remedio appellationis, quod olim cõpetebat, quia secũdũ. Fo. antiquos

 poteras

poterat appellari ab omni sententia diffinitiua, & interlocutoria: Item olim poterat ante inhibitionem exequi sententia, non obstante appellatione, hodie verò secus.

4 † ALIVD etiam remedium à Fo. competit contra hunc processum præsentiæ, sicut & olim competebat, scilicet, liberationis per viâ priuilegiatam. De qua loquitur Fo. Cola necessaria. De manifesta. perso. & Fo. Por quanto. De appel li. & Fo. 2. de accusa. & Fo. E por que. de Procur. Astrict. & Fo. de Fó competen. In casibus enim in dictis Foris comprehensis locum habet liberatio per viam priuilegiatam, & non in alijs, ex quo est remedium exorbitans, & odiosum nam per illud agitur de adimenda possessione personæ capti, quam habet iudex, & hoc absquè causæ cognitione. nec vocatione, sed solum ex eisdem actitatis, ostenso processu, seu illius copia Locumtenenti Iustitiæ Aragon. vt patet ex dictis Foris. Et propterea receptum est, quòd locum habeat casibus à Fo. tantùm expræssis dicta liberatio.

5 † CIVILITER tamen intelligendo, puta, quia, licet Forus dicat quòd captus nullo præcedente appellitu, vel Fragantia, liberetur, debet intelligi de legitimo, quia si præcedat Appellitus, non tamen legitimus, liberabitur nihilominus, vt quia non sit oblatus per partem legittimam, vel coram competente iudice, vel non seruata solennitate, de qua supra. Ex quo enim appellitus oblatus oblatus per substitutum à Procuratore Astricto, qui eum substituerat, non in casu necessitatis iuxta Forum, prætendebatur oblatus, per partem non legittimam, fuit quidam liberatus per viam priuilegiatam an no. 167. Pari ratione si in oblatio-

6 ne appellitus non interueniat iuramentum, & fidantia, liberabitur; idem si Fragantia non est legittima. De hoc remedio liberationis per viam priuilegiatam, & qualiter in eo procedatur, ponit practicus. Ferrer in methodo, in processu manifesta. perso.

7 † Hoc tamen remedium non habet locum, post quam est conclusum, & renuntiatum in causa Fo. E porque de Procur. Astrict. & ideo, istis casibus vel alijs, quibus detegatur nullitas processus, erit recurrendum ad aliud remedium, scilicet, inrisfirmæ priuilegiatæ, seu ad casum, de quo dictum est supra: potest fundari inhibitio in nullitate processus, & dicto casu, etiam etiam idem iudex processus tenetur sententiam non exequi, nam si ea non obstante, posset exequi dictus iudex, inhibitio iurisfirmæ fundata in nullitate nô foret benè proüisa, ex quo solû inhibitio tendit ad hoc, ne iudex faciat illud quod de Foro facere nô potest. Ideo, si prætêsa nullitas, in qua firma fundatur, non impedit, quò minus iudex suâ exequatur sententiâ, dicta firma ad casum, licet sit obtemperanda, est tamen reuocanda. Posset tamen fundari nullitas in aliqua qualitate extrinseca, puta, nobilitatis, vel dominij vassallorum, de qua non constitit iudici processus, & tamen fit fides de ea Locumtenenti Iustitiæ Aragon. tunc, nisi firma prouisa præsentaretur dicto iudici, posset suam sententiam exequi.

8 † Aliud etiam remedium cõpetere potest, sicut & olim competere poterat, ad impediêdam exe

cutionem

cutionem sententiæ, scilicet, manifestationis personæ, cum aliqua qualitate, nam licet simplex manifestatio nõ operatur post latam sententiam, quia extinguitur cum ea, iuxta Fo. de manifest. perto. tamen si fiat cum qualitate, puta, nullitatis processus, vel qualitatis eximentis captum à iurisdictione iudicis, puta nobilitatis, clericatus, militiæ, dominij vassallorum, infantio.habitan. in loco dominorum: eo casu dicta prouisio impedit executionem dictæ sententiæ, donec dictum impedimentum sit sublatũ.

8 † Est tamen aduertendum per iudicem detinẽtem captum ad qualitatem, in qua fundatur dicta manifestatio, quia si talis est, quòd per illam detegitur, dictum captum nõ esse de iurisdictione dicti iudicis, eo casu, debet dimittere captum virgario executanti dictam manifestationem; si captum velit ad posse Locumtenen. ducere, saltem non debet ei resisti: Molı. in verbo manifestatio. vers. die decimo quarto Ianuarij. Si verò illa qualitas non concernit defectum iurisdictionis, sed nullitatis processus tantùm, tunc executor manifestationis non potest extrahere captum à posse dicti sui iudicis. sic fuit determinatum in Curia Iusti. Arrgo. anno. 1567. super manifestatione Dominici Castillo, quæ fundabatur in eo, quòd ipse esset Infantio, & non ligabatur statutis Vniuersitatum, in quibus non cõsenserat, & sic processus in vim statutorũ factus, est nullus quò invim dictæ manifestationis fundate in dicta qualitate, non erat extrahendus captus à posse iudicis, & ex quo fuit extractus, fuit per Locumtenen. mandatus restitui. Dicta tamen prouisio benè impedit dictam executionem, donec fuerit impedimẽtum sublatum.

† ALIVD etiam remedium superest ad impediendam executionem dictæ sententiæ, scilicet, inhibitionis iudicis Ecclesiastici, fundatæ in qualitate clericatus, vel delicti, quod sit mere Ecclesiasticum, vel in iniquitate Fori, nam tunc dicta inhibitio suspendit non tantùm executionem, sed & cognitionem causæ: Fo. prim. de compe. iuris. in fi.

10 † Hæc tamen inhibitio, quando fit per iudicem Ecclesiasticum, in casu in quo non est formanda competentia iurisdictionis, vt super quæstione iuris, quo casu non est formanda, vt dicit Bal. in l. ancillæ. C. de fur. 3. notab. Maran. de ordi. iudi. 3. part. de compromisso, numero 29. folio 198. vel super lite pendente, iudex Ecclesiasticus vult inhibere: Dictis casibus, quibus non est formanda competentia, debet responderi per secularem iudici Ecclesiastico, non formando competentiam sed assignando rationes, quare dictæ suæ inhibitioni non est respondendum; & sic respondere, quare nõ debeat respõderi: ad nota. per Fæli. in c. cum ordinem. n. 14. de rescrip.

11 † Hodie faciunt malè iudices Ecclesiastici in concedendo inhibitionem ratione consuræ, nisi constet de omnibus his, per quæ inferatur tõsuratũ esse de sua iurisdict. iuxta decretũ Tridentinũ in sessione. 23. incipi. nullus prima tonsura. per quod requiritur ministeriũ in Ecclesia, vt possit immunitate clericali gaudere, & sic deberet eis constare ante concessionem dictæ inhibitionis, de dicto ministerio, cùm aliàs de tõsura nõ sit habã

da ratio per dictum decretum.

12 † Item, quando posit formari cō petentia ab iniquitate Fori, quòd Forus excludit probationem, nisi instrumentalem contra instrumentum, vide Bal. conf. 133. vol. 5. & 185. eo. vol. & de materia Feli. in c. si quando n. 12. vers. per illam glo. extra de rescrip. idem in c. 2. n. 12. vers. quarto intelliges. & ibi Deci. in. fi. extra de proba. vers. 16.

13 † Aduertendum est, quod Regia Audientia in criminalibus nunquā format competentiam, nisi accusatus sit captus in ea, & ita est iudicatum, & obtentum, secus in alijs iudicibus: & Regia Audien. respondet cum literis, quare non sit formata competentia.

14 † Cessantibus remedijs, quæ impediunt executionem sententiæ, mandatur illa executioni. Circa quam executionem sunt non nulla consideranda, Imprimis, lata sententia mortis debet illa intimari per Alguazirium, vt fieri solet, vel per eundem Iudicem, & ea intimata, debent ad eum mitti viri religiosi, qui eum confiteantur, & ad patientiam exortentur: multum enim curare debet Iudex de saluatione animæ condemnati. De iure tamen ante prolationem sententiæ hæc fieri solent, vt refert Folleri. titu. pœnis debitis feriantur. num. 4. & 5. pagina. 384. Bossi. titu. de executione. nume. 21. pagina. 593. qui asserunt dictum iudicem debere esse vigilem, pro salute animæ condemnati, & si opus est, quòd dictus iudex accedat ad carcerem, ad visitandum & consolandum dictum condemnatum. De Foro, debet tradi alicui Missæcantano, vt dicit Forus Prouidendo. de Offic. Locumtenen. & Primogenit. Calataiub. folio 157. in antiquo relatus per Molin. in verbo Sententia in causa criminali. & in verbo Executio sententiæ criminalis.

15 † Secundo dicta executio faciēda est de die, non de noctæ: notatur in l. pœnul. de iust. & iur. Maran. de ordine iudici. folio. 220. nume. 42. & fol. 241. num. 92. De Fo. idem: quia fieri debet sole a sol solem: Fo. Muy conueniente. De iudi. Fo. Querientes. de Offic. Cācellar. Fo. E por dar de manifest. perso. in fi. confirmatur per Fo. De la prouision de carce.

16 † Tertio facienda est executio diebus iuiridicis. non feriatis: Boer. laié decii. 259. & Folleri. d. titu. pœnis debitis feriantur. num. 101. pag. 399. Marā. vbi supra est Ratio. quia sicut sententi non potest ferri diebus feriatis, cum cesset omnis strepitus iudiciorum, idem erit de eius executione, cùm à pari procedant sententia, & executio: Bal. in Rubri. de fi. instru. in fi. & ita seruatur de For. cum in hoc stetur iuri.

17 † Quarto facienda est executio in locis publicis, non in carceribus, vt vnius exemplo, cæteri pertimescant: l. capitalium. §. Famosos. l. aut facta. §. fi. ff. de pe. Pau. Grillā in tracta. de relaxa. carce. 1 quæstio. Folleri. de titul. pœni. debi Feri. nume. 78. pagina. 398. Carre. in practi. crimin. folio. 236. nu. 3.

18 † Potest tamen secundum eos, quandoq. dispensari, vt secretè fiat ratione consanguineorum: Angel. in verbo Gaium, quòd produci debeat per loca publica. Idem de Fo. quòd fiat in locis dublicis. For. Muy conuediente. De iudi. For. Querien-

Querientes.de offi.Cancella. Sed ex alia, & longe diuersa ratione, scilicet, vt condemnatus iuuare se posit defensionibus eidem competētibus, & ad prædictum effectum posit habere Aduocatos,& Procuratores, vt dicit For. Muy conuenient.

19 †Et ideo cōtra For.& expressam rationem illius, fecit Locumtenens generalis, qui suffocauit in carcere communi præsentis ciuitatis quendam vocatum, Ioannem de Fuentes, Notarium de Aynsa:& alius Locumtenens generalis, qui etiam suffocauit quēdam Fabrum Ferrarium de Cuera, actualiter manifestatum in in dict. carcere, vt assertus Capitaneus belli. & dict. For. Querientes. & For. Muy conuenient.sunt confirmati per For.de la prohibi.de carce.

20 †Quintò requiritur, quòd dicta executio fiat in loco solito, nam in loco maiorum debet ministrari Iustitia.l.pœnul.de iust.& iur. vbi Doct. Angel.in verb. vsquè ad Locum Iustitiæ consuetum.De Foro probatur idem,per For.Querientes.de Offi.Cancella.Moli.vbi supra in verb. Sententia.& in verbo Executio.De iure tamen, solet quandoq; ad maiorem terrorē,propter criminis enormitatem,alibi fieri, vt ibi Angel. & & Bosfi.de executionē sententiæ.n. 16.pag.593.vel etiam ex alia causa, vt ponit Carre.fol.230.nu.55.potest ex causa dispensare Iudex, vt fiat alibi, quàm in loco solito: Mathe. de Afflict.in coustitu. Monarchiam n. 6.facienda est igitur executio in loco solito.

21 †Ex quo oritur dificultas, an licitè in montibus suffocationes fiāt, ex quo fieri solent per præsidesde quo dicetur in processu absentiæ,quia in processu præsentiæ non extrahuntur à carceribus, vt occidantur occultè in montibus,quinimò solent in prædicta executione Fori seruari, præterquàm in dictis casibus,quibus fuerunt in carcere suffocati.

22 †Sextò,quoad Regentem offi.Guber. cuius officium est ire per Regnum, vt gentes metu illius à malis coerceantur, si vult exequi aliquam sententiam criminalem contra aliquem captum,& detentum per ordinarium loci, quòd ante omia euocet causas,vel dictam causam, cùm aliàs ante euocationem, non posit de causa cœpta per ordinarium se intromittere:For.a.de Regen.offi.Guber.quòd don poss.alium Regen. face.Idem seruari debet, si cum literis iuxta For. de Homici. capiatur aliquis per officialem, qui vadit cum Regen.& euntibus illis ad locum iudicis ordinarij, in quo facienda est executio,si dictus Regens vult in terminis exequi,vel in platea,quòd,antequam per officialem restituatur captus ei,euocet causam, & sic dictus Regens habeatur pro ordinario, & officialis satisfaciet, sibi restituendo,aliàs, non satisfecisset dictis literis,in quibus mandatur restitui Iudici ordinario.

23 †Hæc executio sententiæ,quādoq; de iure difertur, quandoq; accelera tur,etiam non expectatis diebus ad appellandum,vt dicit Folle.dict. tit. pœnis debi.feri.nu.4 & 5. Bosfi. de executio.senten. in princ. De Foro intra eosdem viginti dies, ad proferendam sententiam datos, est executioni-mandāda.For.de mod.& For.

24 †Tamen quandoq; difertur, vt si sit prægnans mulier,quæ est cōdemnata ad mortem,difertur namq;,donec pepererit. Hunc casum & plures alios, in quibus difertur executio sententiæ capitalis, ponit Marsi. in practi.crimi.§.oportunè.Folle.dict.

 titu.

titu.pœ.n.debi.feri.num.7.pag. 285. Carre.ca.circa itaq; fol.243.enumerat plures casus,in quibus differri debet dicta executio Bossi. dict. tit. de execu.senten.nu. 8.cum sequen.vide Iul.Clar.commu.opini.verb.Executio sententiæ capitalis.

25 †Octauò,quando ducitur captus ad supplicium,vt sententia executioni mandetur,debet duci per vias publicas,& assuetas in similibus:Ange, in vers. Gaium, quod duci debeat. Pertu. in For. Querientes. de offic. Cancella.refert Bossi.titu.de execu. tio.senten.num.19.pag.563.

26 †Interdum tamen, dum ducitur, solent abscindi manus ante aedes illius, quem occiderat:vt factum fuit in quodam,qui occiderat in via maiori quendam argentarium dominũ suum,pro vt in simili factum fuisse asserit Bossius dict.titu.de executio. senten.quod ad maiorem terrorem noscitur prouisum,& factum.

27 †Nonò,executio post quam fuerit per acta,est in actis processus referenda,& continuanda, vt dicit Foller.dict.tit. pœnis debi. feri num.4. pag.384.

Caput XVII.

SVMMARIVM.

1 *De modo procedendi cùm processus præsentiæ incipit à citatione criminali verbali.*

2 *Prouisio citationis verbalis criminalis,quæ continere debeat.*

3 *Facta dicta citatione & comparente intra terminum citato,quomodo sit procendendum cum numer. 4.*

1 Dupliciter in processu præsentiæ potest procedi, vel incipiẽdo à captione, præcedẽte appellitu, vel infraganti, vt dictũ est supra cap.4.in princip.vel etiam incipiendo à citatione criminali verbali,& necessariò debet ab eo incipi nisi venerit imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri: argumento For.2.de fir.iur. Modus procedendi,incipiendo à dicta citatione verbali exprimitur in For.t. de process.contra cita. & absen.imprimis in oblatione dictæ citationis,debet seruari solẽnitas foralis, vt dicit dictus For.quæ exprimitur in For. Por appellidos fictos. de Appellitu. scilicet quòd petens dictum citationem iuret,illam esse veram, & non fictam,& firmet super expensis cum idoneo fideiussore,vel si inueniri nó potest,cum cautione iuratoria,& adhibita dicta solennitate tenetur Iudex illam prouidere per dictum Forum. Por appellidos.nec potest, vt ibi dicitur à Notario concedi, sine Iudicis prouisione,quæ prouisio fit per Iudicem absq; alia probatione, præter iuramentum.

2 †Dicta prouisio debet continere citationem ad primam diem iuridicam,scilicet, quòd citatus cõpareat ad primam diem,si citatio fit in eodem loco; si verò extra locum Iudicis est citandus,datur terminus decem dierum, nisi citati essent nobiles, aut Prælati,quia tunc datur his terminus triginta dierum:Obseruã. 2.de cita.& si per dictam citationem sunt apprehensi personaliter, tunc si non comparent in termino,eo lapso,reputantur contumaces,& ab inde currit tempus ad offerendam petitionem. Si verò per dictam citationem

tionem

tionem non sunt apprehensi personaliter. Facta relatione inuestigationis in vim dictæ citationis, mandatur citari voce præconia, in loco cõmissi delicti, vel in loco solitæ habitationis, quatenus ad decimum quintum diem compareat citatus, proceditur, pro vt in processu præsentiæ dictum est: For. 1. de proces. contra cita. & absen. si verò non comparet, reputatur contumax, & proceditur, pro vt in processu absentię dicetur.

3 †Citato igitur comparente in termino, debet offerri petitio per accusantem, aliàs, si accusator non comparet, licentiabitur citatus, vel secundum stylũ, comparente vtroq; petit accusans sibi asignari ad offerendã petitionem ad primam, non recedendo à prima reportatione executione citationis, illam iterum reportando, & petendo asignari ad offerendam petitionem. Si verò, vt dictum est, non comparet accusans, licentiatur accusatus, & non tenetur comparere sine noua citatione, & solutis expensis primæ citationis: Molt. in verb. citatus si comparet in termino.

4 † Comparente igitur vtroquè, proceditur in omnibus, & per omnia, sicut dictum est supra, iuxta Fo. de mod. & For. vt dicit dict. For. 1. de process. contra cita. & absen. & possunt militare ea, quæ supra dicta sunt, nam non est in aliquo diferentia aliqua, nisi in dispositis per dict. For. 1. & vt dictum est supra, quilibet, qui potest procedere per captionem, potest per citationem, non tamen è contra, ex quo, vt dictum est, in terminis Fori. 2. de fir. iur. proceditur per citationem. De hac citatione criminali, ponuntur plura in Obseruan. de citat. & per Molin. in verb. Citatio.

Caput XVIII.

SVMMARIVM.

1 *OLIM in certis casibus poterant absẽtes in causa criminali condẽnari.*

2 *Hodie in distinctè potest absens sicut præsens cõdemnari, & de modo & forma procedendi in processu absentie cum num. sequentibus*

3 *Citationem quæ fit voce præconia, præcedere debet alia citatio, ad inuestigandam personam, tam de iure, quàm de Foro.*

4 *Si non præcedat citatio criminalis sed Appellitus criminalis captionarius, an possit sequi citatio voce præconia vt satisfiat. For. tit. de mo. & for.*

5 *Maius dubium est, quid si Appellitus criminalis captionarius præcedens sit nullus, & ideo ad partes disputatur vsq; ad num. 9.*

7 *Contra profugas & Bãdolerios quos vocant, & vbi est multitudo citandorum, incipi potest à citatione præconia.*

8 *Defectus citationis personalis, non infert nullitatem.*

9 *Circa dubium propositum nu. 5. considerantur duo casus.*

10 *Remedia quæ in absentia condemnatis, competere possunt.*

11 *Spontanea comparitio quantum Reo condẽnato in absentia prosit iuxta For. 2. de Proces. con. cita. & absen. cum nu. præceden.*

12 *Secundũ remediũ est iuris firma grauaminum fiendorum, & in quo illa fundari possit.*

13 *Tertium remedium est personæ manifestatio.*

14 *Quartũ inhibitio iudicis Ecclesiastici Iudex*

15 *Iudex exequi sententiam mandans si processus est nullus facit, litem suam.*

16 *Executio sententiæ intra quod tempus sit petenda, ut ei non præscribatur, cum num. 17.*

17 *De literis quæ ad capiendum condemnatos ad mortem conceduntur iuxta For. Como cerca. de Homici. multa, cum nu. sequentibus.*

18 *Dictæ literæ per iudices universales conceduntur.*

19 *Dictæ literæ facta fide de sententia per instrumẽtum publicum cõcedi solent.*

20 *Et quid dictæ literæ continere debeãt. cum nu. 21.*

21 *Actus superuacanei & circuitus euitandi sunt.*

22 *Quibus literæ ad capiendum condemnatos dirigantur.*

23 *Captis condemnatis vigore dictarum literarum, per quem, & quo in loco sententia executioni mandetur.*

24 *Executiones sentẽ. crimin. quæ in mõtibus seu extra locum consuetum loci ubi lata est sententia fieri solent, an licitẽ fieri possint, late examinatur. cum num. sequen. usq; ad fi. c. & aliqua supra ca. 16.*

25 *Consuetudo est legum interpres, & facit licitum ex illicito.*

26 *Cui verba Fori conueniunt, & dispositio.*

27 *Iustitia Arag. Fororum interpres.*

28 *For. Muy conuenient. De Iudic. & quòd contra legem agitur, cũ contra eius rationem aliquid fit.*

29 *For. Querientes de offi. Cancella. declaratur, & quod dictio, Alius. est repetitiua similium; & quod verba generalia restringenda sunt ad limites rationis. & præterea quòd ille legis sensus est recipiendus qui à sapiẽtibus reprehẽdi nequeat*

30 *For. tit. de la Prohibi. de carce. Ponderatur. & quòd relatio fit cum omnibus qualitatibus.*

31 *Lex posterior, anteriorem cõfirmans, censetur tollere cõsuetudinem cõtrariam, si legumlatores eam non ignorabant.*

32 *Consuetudo non legitimè præscripta, vel abrrogata vel irrationabilis, non est in cõsideratione, & For. anni. 1564. confirmantes Foros super processu absentiæ factos, quemadmodum intelligãtur. cum nu. præcedenti.*

33 *De consensu condemnati, executio fieri potest in loco campestri.*

34 *Idẽ si immineret periculum scãdali.*

35 *Et idem etiam est si condemnatus sit caporalis (vt dici solet) & famosissimus latro.*

36 *Consuetudo non est extendenda vltra suos Cancellos & limites, & præsertim non debet extendi de persona ad personã. cũ n. 37. & 38.*

37 *Auctoris consilium in facti contingentia circa supradicta.*

38 *Delegatio in criminalib⁹ nõ pmititur*

39 *Iustitia Arago. totum Regnum habet pro territorio.*

40 *Literæ iuxta For. Como cerca. de Homici. non procedunt in processibus statutarijs.*



1 Lim certi erãt casus, in quibus absens poterat in criminalibus condemnari, vt in casu For. Verum. de cõsulta. & in casu For. mo cerca la punitiõ. de Homicidio & alijs casibus relatis per Molin. in verb. Absens in causa criminali. & in verb. Absens per contumatiam. in quibus casibus per dictos Foros tradebatur forma procedendi in dicto processu absentiæ. Regulariter verò cõtra abséte nõ procedebatur ad ei⁹ condemna-

condemnationem, prout de iure asserit Vlpianus, absentem non debere condemnari. ff. de pœn. l. absentem, & l. absenté. C. de accusa. Adeo, quòd dubitabat Bal. in l. 1. C. quomodo, & quando iud. an statutum valeat, quòd absens possit condemnari, & concludit valere, si modo citatur, modus verò citationis, cùm sit de iure positiuo, potest per statutum constitui. Et licèt absens non poterat condemnari, poterat tamē absolui: Molin. in verb. Absolutus. versi. absolui potest reus, per Obser. de vsu. de Procura.

2 † Hodie verò indistinctè, sicut contra præsentem, ita & contra absentem potest ad condemnationem procedi. Forma verò procedendi in dicto processu absentiæ elicitur ex tribus Foris, scilicet, ex Foro 2. & 3. de process. contra cita. & absen. & ex For. fi. de mod. & For. Procedē. scilicet, quòd citetur personaliter, & si in citatione non fuerit apprehensus personaliter, quòd citetur voce præconia in loco solitæ habitationis, vel in loco cōmissi delicti, quatenus compareat ad decimemquintum diem, & adueniente termino, si non compareret, reputatur contumax, & ab inde currit tempus ad offerendum petitionem infra tres dies, & probandum, & publicandum infra viginti, & quinque dies, computandos à tempore, quo incipit currere tempus ad offerendum petitionem, & publicato processu intimatur publicatio voce præconia per loca solita, & assueta loci, vbi fit processus, & intimata publicatione, currūt tres dies absenti accusato ad se defendendum: quibus elapsis, potest peti pronuntiari diffinitiuè per ipsum accusantem, quo facto, petitur remitti vel Iudex, ex officio mandat remitti processum: iuxta Fo. ad Consiliarios Regios de criminali, & facta remissione, in quo de For. est facienda, tunc Regij Consiliarij intra tempus Fori respondent consultationi, modis, & formis à Fo. Nouo de anno 1564. dispositis, & Iudex secundùm prædictum consilium, & respōsum, profert suam sententiam, quæ executioni mandatur priuilegiatè, & conceduntur litere iuxta Fo. de Homiei. Como cerca la punicion. vers. è. do tal sentencia ad capiendum dictum condemnatum, vt infra dicetur.

3 † Ex dictis igitur Foris talis forma procedendi resultat, vt primò concedatur dicta citatio personalis, quæ per Iudicem debet prouideri, præcedente solennitate forali, scilicet iuramenti, & cautionis, vt dictū est supra. Et reportata dicta citationem, & relatione executionis illius, scilicet, quòd fuit inuestigatus, & non fuit apprehensus personaliter, tunc instante parte, Iudex mandat citári partem voce præconia, vt dictum est. Quæ dispositio foralis, vt dictam citationem, voce præconia factam præcedat alia citatio, est iuri conformis: vt latè per Vanci. de nulli. process. titu. de nullita. ex defectu citatio. numer. 123. pag. 450. Maran. de ordi. iudi. titu. de Cita. nu. 82. fol. 169. facit Fo. Ille. de Emparamen. vbi notat Pertusa.

4 † EX his potest dubitari, si valēt processus, qui hodie solent fieri sine dicta personali citatione, & sic non seruata forma d. For. 2. de Process. contra cita. & absen. scilicet, quòd appellitatur contra delinquentem, & sic procedendo per viam appellitus, & non citationis criminalis, concluditur in appellitu, quòd, si non potest capi, citetur voce præconia & pro-

& prouiso appellitu, vt concluditur executor facta inuestigatione, & eo non capto, citat appellitatum voce præconia in loco commissi delicti, vel habitationis, & sic non præcedente dicta citatione, nec facta relatione Iudici de dicta inuestigatione procedit ad citationē voce præco. & sic videtur, quod in præmissis deficiat forma dicti For. nam pateat via, quam elegit, elegit captionem, & non citationem, de qua Fo. loquitur, & nulla facta citatione proceditur ad dictam citatio. voce præconia, quod videtur contra ius, & dictā dispositionem foralem. & sic in præmissis fuit dubitatum, sed attenta cōsuetudine, quæ est optima legum interpres, debet sustineri processus.

5 † Sed maius dubiū est, quando prouisio appellitus est nulla, vt quia ad instantiam Astricti, cum vno teste de fama, fuisset prouisus appellitus, & executor cū ea prouisione, per quā mandatur capi, & si non potest capi, quòd citetur voce præconia; an valeat talis processus, cùm videatur habere defectum in citatione, quia illa inuestigatio est nulla, quia emanat à prouisione nulla, & sic cùm id, quod nullum est, non sortitur de iure vllum effectum, videtur ex duplici capite, citationem voce præco. non valere. Primò, quia illam non præcessit citatio personalis, quæ præcedere debet, vt dictum est: secundò, quia ipsa prouisio citationis voce præconia videtur in se esse nulla, quia, si prouisio de capiendo, quæ est principalis, non tenet, ergo nec accessorium, cùm illud sine principali stare non possit. Item, quia prouisio de citando voce præconia est conditionalis, scilicet, si capi nō possit: hæc conditio, attenta nullitate prouisionis de capiendo est impossibilis, & consequenter dispositio concepta sub dicta impossibili conditione, erit nulla. l. impossibilis. vbi Ias. ff. de verb. obliga.

6 † E contra, quòd teneat processus, videtur primò, ex regula For. Que por error de proceß. constito de delicto, sequatur condemnatio: For. Que por error. de proceß. Secundò, quia, antequam fuit facta citatio voce præconia, præcessit inuestigatio, personeque ostendit, ipsum citatum

7 nō fuisse læsum saltim re ipsa. † Tertio, quia in profugis, delatis, & Bandoleriis, qui nō habent domum manentem, potest incipi à dicta citatione præconia voce: Maran. vbi supra. nu. 101. fol. 171. Itē, vbi est multitudo citandorum, licèt sint certi, potest incipi à dicta citatione voce præconia: Io. Bab. de Sanct. Seue. in rep. l. 1. C. de sum. Tri. & fi. Catho.

8 num. 77. † Quartò ex doctrina Docto. citato. per Vanci. & Maran. vbi supra, concluditur, quòd defectus citationis personalis non infert nullitatem processus, licet inferat grauamen parti, quod ex dicta inuestigatione infertur, non fuisse illatum, saltim re ipsa.

9 † Possent in hoc articulo considerari duo casus, vnus, quando solum est mandatus capi, licèt contra Fo. & facta relatione inuestigationis, mandatur citari voce præconia, & isto casu ex prædictis rationibus, quia re ipsa nō est grauatus, & quia omissio citationis personalis, nō annullat processum, quæ in delatis, & profugis non est necessaria, & constito de delicto, stante Fo. Que por error de proceß. quia isto casu debet sustineri processus. Alter casus potest considerari, quando in eadē prouisione mandatur capi, & si non capitur, quod citetur voce præconia, tunc

tunc videntur posse considerari rationes, supra positæ contra dictum processum: tamē pro validitate processus facit vna ratio, quòd vtile per inutile non debet vitiari, & cùm in hac prouisione sint duæ in effectu, altera, quòd capiatur, quæ non valet; altera, quod citetur, quæ habet necessaria pro sui validitate, nã habet iuramentum, & cautionem, iuxta For. Que por appelli. fict. Nec obstat, quod secunda prouisio de citando est conditionalis sub conditione impossibili, quia illa potest adimpleri, saltem de facto, & cùm reuera iste absens sit inuestigatus, & citatus voce præconia, vbi erat citandus, licèt in præmissis aliqua solemnia deficiant, non est multùm ad illa attendendum, constito de delicto: iuxta doctri. Bar. in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. de quo dictum est supra in publicatione processus.

10 † Remedia, quæ ipsis in absentia condemnatis cōpetere possunt, sunt hæc, Primò, spontanea comparitio in quocūq; statu causæ, ante, vel post sententiā. Nam, si comparet sponte, non est condemnandus, et si est condemnatus, non est sententia executioni mandanda, non auditis eius defensionibus: tamē, si petatur, ante omnia expensas debet soluere, quia aliter, denegatur audientia, & eo cōparente, vt dictum est, habet prædictum priuilegium. Illud idem competit e i existenti in via, nam priuilegium concessum in termino, censetur concessum in via: Ias. in l. quo

11 minus. nu. 17. de flumi. † Et ea de causa fuit prouisa quædā firma ior. cuidam Solanas, probanti, se venire ad representandum; sed postea fuit firma repulsa, attento, quòd fuit probatum, falsam esse depositionem adductam per ipsum Solanas. De his est For. 2. de proc. f. contra cita. & absen, scilicet, de sponte cōparentibus, quòd solutis expensis, audiantur eorum defensiones. Est tamen in facultate prædicti accusantis, reducere processum absentiæ ad processum præsentiæ, & incipere accusationē de nouo, vel quòd processus sit in eo statu, quo erat tempore spontaneæ comparitionis, si erat ante publicationem processus. Si vero erat iam publicatus, & erat lata sententia, vel in calculo ferendæ, reducitur ad terminos quibus incipit currere tempus ad defendendum, & exinde incipit processus esse præsentiæ, & militāt omnia, quæ de processu præsentiæ dicta sunt, scilicet, appellatio, & alia remedia, quæ in processu præsentiæ competere possunt.

12 † Secundum remedium considerabile in processu absentiæ, est inhibitionis iuris firmæ grauaminum fiendorum. Potest fundari in aliqua nullitate processus, vel in aliqua qualitate, per quam detegatur, capiurn, non esse de sua iurisdictione, vel attenta dicta qualitate, non fuisse procedendū, modo quo est processum, vt quia allegatur, & probatur esse Infantionem, & fuisse processum in vim statutorum, in quibus ipse non cōsenserat (& ea de causa fuit prouisa firma Dominico Castillo de Mōtlor) & in vim illius suspenditur executio, donec sit repulsa.

13 † Tertium remedium, si captus se facit manifestari cum aliqua qualitate, quia, si absq; ea fit manifestatio, nihil operatur: de quo remedio dictum est supra.

14 † Quartum remedium, est inhibitio Iudicis Ecclesiastici, iuxta For. de competen. iurisd. Hoc tamen remedium

medium non datur absentibus, non captis, vel comparentibus, quando processus est actitatus in Regia Audientia, quia illa non respondet literis inhibitoriis Iudicis Ecclesiastici, nisi accusatus sit captus.

15 † Cessantibus dictis remediis, sententia executioni mandatur, si processus non est nullus (quia existente processu nullo, Iudex exequendo faceret litem suam, etiamsi damnatus non vteretur prædictis remediis.)

16 †quandocunquè dictus absens captus sit, dummodo sit petitum exequi sententiam, intra tempus, quo nō sit præscriptum iuri sententiæ, nam si sententia non est petita exequi intra tempus viginti, vel triginta annorū, postea nō potest peti executio illius.

17 † SI verò, lata sententia, antequam sit præscriptum iuri illius, sit exequi mandata, tunc quandocunquè captus fuerit, poterit exequi sententia: & ad prædictum effectum capiendi, solent concedi literæ, iuxta. For. Como cerca la punicion. versi. E do tal sententia. de Homici. & For. de Raptu mulie. de quibus literis loquitur Moli. in verbo Absens. versi. fi. in verb. Captus pro Homicidio versi. pœnulti. & in verbo Remissio. vbi latiùs, quàm alibi.

18 † Et circa dictas literas, est aduertendum primò, quòd sunt concedendæ per Iudices vniuersales, vt dictū est supra, nam si processus est actitatus per Regiam Audientiam, inde extrahuntur literæ; si per Curiam Iustitiæ Arago. prouidentur à Locum tenente, Iudice causæ; si verò per Iudices inferiores, tunc à quolibet ex dictis quatuor, scilicet, à quolibet ex præsidentibus in Regia Audientia, vel à Curia Iustitiæ Arag. An possint obtineri à Regēte offic. Guber. & non præsidentibus in Regia Audientia, hoc pendet à quæstione, de qua supra in 5. quæst. Prin. & sequenti. Hoc tamē iure vtimur, quòd dictæ literæ extrahuntur, vel a Regia Audientia, vel à Curia Iustitiæ

19 Arago. † Et istæ literæ solent concedi, facta fide de sentētia per instrumentum publicum, vt in dicto For. de Homici. & For. de Rap. mulier. & conceduntur cuique illas petenti, nomine accusantis, etiam si de mandato non constet, nam pro habente tale instrumentū, præsumitur quòd habet mandatum: de quo per Boer. latè decis. 281. num. 7.

20 † Dictæ literę, iuxta dispositionem dictorum For. debent in effectu continere, quod dictus absens condemnatus capiatur, & captus ducatur ad posse Regiæ Audientiæ, quando ibi est actitatus processus, solet tunc etiam addi in eisdem, vel ad posse nostrum, scilicet prȩsidentis, in ea: & hoc ad hunc finem, vt executor satisfaciat, restituēdo captū, vt vbicunquè Prȩses cum voluerit tunc ibi exequatur in eum sententiam, & sic solent in montibus apparere Prȩsides, & ibi captos suffocare: quod quando procedere possit infra dicetur. Si verò processus est actitatus coram inferioribus, tunc, dictæ literæ solent continere, quòd capiatur, & captus, ducatur ad posse concedentium literas, vt inde remittatur ad Iudicem causæ, vt ipsæ exequatur sententiam. Ita asserit practicus Michael Ferrer. in su Methodo de processu executionis sententiæ criminalis, fol. 61. Mol. latè in dicto verbo Remissio. & alibi, vt supra.

12 † Sed hodie, cùm lex abhorreat actus superuacaneos, & frustratorios. l. qui bis idem. ff. de verb. Obligatio. & cùm circuitus sint vitandi, solùm in dictis literis cōtinetur, quòd capia-

capiatur,& captus remittatur,seu ducatur ad posse Iudicis causæ:& hoc videtur tolerabile, cum verba Fo. de Homici.& rap.mulie.vers. E do tal sentencia.non disponant expresse,quòd trahatur ad posse Iudicis cõcedentis dictas literas. Et dictæ literæ non possunt aliud continere, iuxta dictoi For. nisi captionem,& remissionem ad Iudicem causæ,& si aliud continerent, putà, quòd idem Commissarius capiens exequatur, vel aliud quàm capere,& remittere ad Iudicem causæ,non posset concedi in eis,vt ad alium quàm ad Iudicem causæ remittatur,nam in dictis causis criminalibus,non est permissa delegatio: Moli. in verb. Delegatur.vers.Delegare.

22 † Quibus dirigi possint dictæ literæ, & sic qui possunt esse executores earum,hoc disponit Forus de Homicidio.scilicet executores à For. cõstituti.Ex quo videtur,quod huiusmodi commissiones,quæ fiũt vigore dictarum literarum personis priuatis,sunt contra Fori dispositionem:tamen indifferenter datæ fuerunt,& dantur,& est bonum iustitiæ:non tamen illis inferentes resistentias, sunt vt resistentes officialibus puniti,& an debeant tales puniri,est adhuc sub Iudice lis. Pro validitate tamen dictarum literarum, facit For. de Proces. contra fracto. inhibi. & For. de Commis. vt dictum est supra.

23 † Captis dictis condemnatis,vigore dictarum literarum,traduntur(si fuerunt condemnati per Regiam Audientiam) ad posse Præsidentis, & ipse solet eum recipere in montibus à posse executoris, & ibi exequi,vt dictũ est. Vel si est condemnatus per inferiores,solet Iudex vniuersalis vnà cũ capto accedere ad terminos loci Iudicis causæ, & ibi intra terminos,euocatis priùs causis recipit captũ de manu Executoris, & facta cõfessione sacramentali,& probata idẽtitate personæ,de sole ad solẽ,die iuridico, exequitur sententiã suam.

24 † Restat modò videre,an tales executiones factæ in montibus, vineis, seu campis extra locũ cõsuetũ loci, vbi lata est sentẽtia,sint legitimè fa-
25 ctæ,& an licitè fieri possint? † Et videtur primò dicendũ, quod sic, arguendo à consuetudine, quæ est optima legũ interpres l. si de interpretatione.ff.de legi.quę cõsuetudo tribuit iurisdictionem:notatur in l. de quibus.ff.de legi. Mol.in verbo Consuetudo.Item facit licitũ,aliàs illicitũ,adeò,quod actus iuridici facti die feriato,licèt aliàs sint contra legem, & illiciti,per cõsuetudinẽ redditur actus licitus: Marãn. de ordi. iudi. fol.115.nu.63.Et ita,cũ quotidie soleãt fieri huiusmodi executiones in mõtibus,& aliis locis regalibus, dicta cõsuetudo,debet actũ,licèt aliàs illicitũ,licitũ facere. Item Locũtenens generalis,& Regens offi. Guber.dicuntur Præsides, & Rectores Prouintiæ,& eorũ Curia est vniuersalis:Fo.1.de Iudi.& cùm ad eos pertineat,& spectet habere Prouinciã paccatã malis hominibus,debent in qualibet parte suæ Prouinciæ posse exequi sẽtẽtias suas; vt dicit Angel. in l.penul.de iusti & iur. Maran. de
27 ordi.iudi.fol.240.† Item,executiones factæ modo prædicto, videntur factæ iuxta Fo. quoniã illis verba Fori conuenire videntur; ergo , & dispositio. Hæc executio fit publice, quia nõ in penetralibus domorũ, & fiunt in loco solito,quia ibi fieri solent;ergo conueniunt verba,& con-
28 sequenter Forus.† Itẽ Iustitia Arag.

est interpres Fororum, qui quandam sententiam latam in eius Curia, mãdauit exequi in loco de Sant Esteuan de Litera.

28 † E contra, quòd dicti Præsides nõ possint condemnatum in Regia Audientia, extra locum solitum ciuitatis Cæsaraugustæ facere executiones in montibus, videtur probari. Primò, per dict. For. muy conueniente. de iudi. tam in dicto, quàm in ratione: dicitur ibi, quòd fiat executio in loco publico, ad effectum, quòd possit habere Aduocatum, & Procuratorem, & vti remediis eidem competere valentibus; vbicunq. ergo extra locum Iudicis, vbi de processu, & meritis causæ habetur notitia fiat executio, deuenitur contra Fori rationem expressam. Quid enim possunt iuuare Aduocati, & Procuratores, vbi non sunt? & demeritis causæ non habetur notitia? Imo omnes executiones, quæ modo prædicto fiunt, mandãtur fieri, vt dictus captus, & condemnatus de dictis suis defensionibus se iuuare non possit, & sic in illis deuenitur contra expressã legis rationem; ergo contra legem. l. nominis, & rei de verb. signi. Non enim in montibus, siluis, vineis, aut campis fieri debent executiones, vt dicit Bal. in rubric. de fi. instru. in fi.

29 † Secundò hoc videtur probari per For. Querientes. de Offi. Cancella. vbi disponitur, quod fiat in loco publico Plateæ, vel Mercati loci, ubi lata est sententia, vel alio loco publico, & assueto, scilicet, dicti loci, vbi lata est sententia, quia verbum Alius, est repetitiuum similium, & precedentium qualitatum, c. sedes. de rescrip. l. quicunq. C. de seru. fugit. & sic repetit locum, & publicitatem illius, vbi lata est sententia. Item dictio, aut, vel, o, ponitur inter similia: Paris. cons. 104. vol. 4. Item vna pars alternatiue dubia declaratur per aliam. l. 1 ff. de reb. dub. Deci. c. placuit. de testi. Paris. vbi supra. Et ita videmus seruari in sententiis inferiorum, quòd semper exequi mandantur, intra terminos loci, vbi lata est sententia: & si statuentes fuissent interrogati, ita respondissent, ideo illud sequendum, cùm dispositio à princi. recipiat suũ quale: Oldrad. cons. 99. Et cùm verba generalia sint restringenda, & trahẽda ad limites rationis, l. adigere. §. quamuis. de iur. patro. l. eum pater. §. dulcissimis. de lega. 2. Euerar. à ratione legis stricta. Si ratio præmisso rũ est illa, quam ponit Forus Muy conueniente. scilicet, quòd condemnatus non priuetur de facto suis defensionibus, debet esse talis locus publicus, & assuetus, cui conueniat dicta ratio, & talis intellectus est capiendus, qui à sapientibus nequeat reprehendi: l. saluius Aristo. ff. de lega. præstan. non ille, qui non sonat bene in vulgi auribus; vt dicit Bal. de pace constan. verb. Opizo. Quis potest dicere, mẽtem statuentiũ fuisse, vt in æremo, in campis, vel vineis executiones prædictæ, & suffocationes fiant? vbi de partibus, nec processu habetur notitia? non enim in talibus locis reperientur Aduocati, & Procuratores, qui dãnatum defendere valeant, & sic tales executiones videntur contra rationem legum, & mentem statuentiũ: nec decet, vt dicit Bal. quòd in vineis, aut cãpis talia fiant, vt dictum est supra: vide Pertu. super eo. For. Querientes.

30 † Tertiò hoc videtur probari etiã per Fo. de la Prohib. de carc. vbi præcipitur, fieri debere dictas executiones en los tiẽpos, forma, y manera

ya por

va por Fuero statuyda. & sic facit relationem dictorum Fororum Muy conuenient. & Querientes. vbi de modo, & forma executionis faciendæ disponitur, & sic se refert cum omnibus suis qualitatibus: Bart. in. l. 1. de Receptato. l. si ita scripsero. de conditio. & demonst. l. ait Prætor. §. si Iudex. de re iudi. ff. ex quo difficile videtur, quod possit allegari consuetudo, de qua dictum est supra in oppositum.

31 †Quartò videtur hoc clariùs probari per For. nouiss. de anno 1564. disponentem, quòd in processu absentiæ, seruentur in omnibus & per omnia, & sic in executione, cùm sit pars processus, Fori super his disponentes. Et licèt ante dictum For. vigeret consuetudo, de qua supra, illa censetur sublata, ex quo statuentes habuerunt notitiam dictæ consuetudinis contrariæ Foris, quo casu, per talem dispositionem censetur sublata, etiam si de ea non sit facta mentio: cap. 1. de Consti. lib. 6. l. 3. §. diuus. ff. de sepul. viola. vbi Bart.

32 †Et per ista videtur responsum ad consuetudinem: primò, quia difficilè probabitur, illam esse legitimè introductam, & præscriptam, cùm per dictas dispositiones forales per sua tempora factas, abrrogata cēseatur: & Molin. in verb. Regens offi. Guber. vel eius Assessor. asserit, seruari dictum For. Querientes. & sic eo tempore, infertur, non vigere talem consuetudinē. Postea superuenit For. de la prohib. de carce. Item in compilatione Fo. fuit appòsita Apostilla add. For. Querientes. vbi dicitur, quòd cum dicto Foro, concordat Forus Muy conuenient. & sic semper habetur consideratio ad rationem dicti Fori Muy conuenient. vbicùnquè ergo fiet contra rationem dicti Fori, ex mente compilantium Foros, censetur factum contra eos. Et licèt ad For. de anno 1564. in eo, quòd statuit, in processu absentiæ Foros esse seruandos, dici posset. intelligi debere, de Foris, qui alsàs obseruàdi erāt: Et istam esse mentem statuentium deprehenditur ex alio eiusdem anni Foro, in quo dispositum est, Foros alios in criminalibus seruandos esse, qui alias seruandi erant. Vt cunquè tamen sit, magnam vim prædicta habere cēsentur, præsertim quia talis consuetudo censetur irrationabilis, quia contra expressam prædicti Fori rationem introducta intelligitur, ergo videtur in præscriptibilis: Ruyn. conf. 154. lib. 4.

33 †Crederem, huiusmodi executiones fieri non debere regulariter in loco campestri, vt dicit Bald. in. di. Rub. de Fi. instrum. in fin. & obstantibus supradictis Foris. Videtur tamen dicendum, ibi posse fieri de consensu partium, ex his, quæ non tant DD. in. l. pœnul. de iust. & iur. Maran. tit. de senten. sciens condemnatus, nullam sibi competere defensionem, potest eidem renuntiare, quia hæc renuntiatio eum non lædit, nisi quòd præmaturiùs moriatur: Angel. in. l. custodias. de Publi. iudi. vbi plura, quando quis potest defensionibus renūtiare. †Item posset fieri ex causa, vt si immineret periculum scandali, vt si per consanguineos, aut amicos foret à manibus familiæ surripiendus: Carre. in pract. crimina. de Appella. versic. duodecimus casus. fol. 26. Maran. vbi supra de sententia. †Item quādo esset caporalis, & famosissimus malefactor, & latro, tūc, ei de iure nō sunt iura seruanda, adeò, vt dicit Maranta, quòd etiam die feriato licet con-

34

35

tra tales procedere: Carre. fol.226. num. 3. Folleri. tit. Pœnis debi. Feri. pag. 398. num.78. Ange. in verb. Gaium, quòd duci debeat per loca publica. Bosi. de executione senten tiæ, pag.563. num.16. Afflict. in con sti. Monarchi. nota.6.

36 †Et vbi admittamus, dictam con suetudinem habere vim, & esse in consideratione, non tamen est educenda vltra suos cancellos, & limites, ita, quòd si solùm Locumtenẽs præsentialiter est solitus facere similes executiones, vel Regens offi. Guber. dum præsidet in Regia Audientia, non debet hoc extendi ad alios Iudices inferiores, nec ad ipsum Regentem, quando non præ sidet, quia tantum præscriptum, quã tum possessum, præsertim in his quę sunt contra ius: Molin. in verbo con suetudo contra ius. & quæ ibi habeo, præsertim quia in dictis præsidentibus militat particularis ratio, quam refert Ange. in dict. l. pœnul. de iust. & iur. & Maran. fol. 240. num. 82. vt est supradictum.

37 †Et propterea dicebam super captione personæ de Cosconet, facta per Regentem offi. Gubern. præsidente Archiepiscopo in Regia Audientia, in vim literarum emanatarum à Regia Audientia, iuxta For. de Homici. in quibus præcipitur, quód capiant, & captum ducant ad posse Regiæ Audientiæ, etiam si in eis diceretur, vel ad posse nostrũ. quòd dictus Regens, cùm non præsideret, non poterat in montibus illum suffocare, & sententiam exequi per supra dicta. Imo, quód nec aliquo modo poterat exequi sentẽtiam, nõ in vim suæ iurisdictionis, quia illam non habebat in terminis, quibus est Locumtenens generalis: Molin. in verbo Locumtenens generalis. vers. & dictum est supra. nec in vim literarum, quia literæ tantùm disponunt, quód ducatur ad posse Regiæ Audientiæ, & exequendo, esset facere contra tenorem literarum.

38 †Con siderabatur in super, si Locumtenens generalis poterat in literis com mittere dicto Regenti, quatenus ipse exequeretur dictam sententiam more solito: & super hoc fuit dubitatum in consilio, quia videtur non valere talis commissio, cum egrediatur terminos, Fo. de Homic. & alias non permittatur delegatio in criminalibus: Moli. in verbo delegare. Et casu, quo talis delegatio fieri posset, & exequi sententia, non tamen in montibus, quia consuetudo comprehendens præsidentes, non debet extendi ad eorum delegatos, quando est contra ius, & eius rationem: & si id permitteretur, grandia possent oriri incommoda, præsertim, cùm hæ literæ, iuxta For. de Homici. concedantur priuatis: & ita fuit conclusum, quód dict. Regens offi. Guber. non poterat exequi: & propterea idem Archiepiscopus exiuit Foras, & prope monasterium sancti Lamberti, suffocauit dictum Cosconet. Exiuit etiam alijs duabus vicibus, & suffocauit Petrum el Montañes, & Mosteum, & quendam vocatum el Verderol, condemnatos in proces su absentiæ per Locumtenentem Iustitiæ vallis de Sarrablo: qui processus, instante Dominico Castillo, altero ex condemnatis, fuit euocatus, & ratione euocationis executæ fuerũt sententiæ per Regiam Audientiam omnium illorum condemnatorum in dicto processu, qui in vim literarum, iuxta For. de Homici. capti fuerunt.

39 †Et quod dicitur de executione, facta per Iustitiam Arag. in loco de sanc

sant Esteuan, forsan in eo maior ra tio militat, cùm ipse habeat totum Regnũ pro territorio, quod non est ita in Locumtenente, & Regente officii. Guber. nisi quo ad quædam: Fo. Nos primogenitus. de Emparam. vide in Obser, Item in curijs, quas illuquas illustrissimus Rex Ferdinandus. Actus curia. vbi Bages..

40 †Ad vnũ tamen est aduertendum, quòd dictæ literæ, iuxta For. de Homici. nõ conceduntur, nisi in processibus Foralibus, non statutarijs, vt infra dicetur, super dictis processib⁹

Caput XIX.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitates Regni communiter statuta facere solent super ordine procedẽdi in criminalibus.*

2 *Inseritur Formula eorũ quæ vniuersitates circa ordinem procedendi in criminalibus statuere solent.*

3 *De statutorum materia remissiuæ.*

4 *Iurisdictio non est pœnes vniuersitates, sed pœnes Regem & eius officiales.*

5 *Vniuersitas statuendo, meliorem conditionem Fisci facere potest, deteriorem, non potest. & quòd statuta Regulariter cum Iudicis interuentu fieri solent.*

6 *Statutum quòd vnus testis sufficiat ad probationem delicti, vel quòd procedi possit etiam diebus feriatis, an valeat.*

7 *Forum sortiri, & statutis ligari quãdo & quomodo a Pari procedant: & quando statutũ habeat locum in delictis extra territorium commissis. cum nu. 8. & 9.*

8 *Milites & infantiones sortiũtur forum in locus regalibus, non tamen ligantur illorum statutis.*

9 *For. 3. de For. compe declaratur. & quòd punitio fieri debet, secundũ leges loci vbi quis deliquit.*

10 *An valeãt statuta disponentia quòd sententiæ executioni mãdetur Appellatione remota, latè cum nu. sequen. vsq; ad nu. 23.*

11 *In præcedẽti quæstione, de iure, adhibetur cõmuniter distinctio, an appellatio pertineat ad vniuersitatẽ sic statuẽtẽ, an vero ad superiorẽ: in Regno tamẽ de facto indistinctè seruantur dicta statuta. cum num. præceden.*

12 *Ex consuetudine immemoriali prædicta statuta seruãtur in Regno, quæ Foris antiquis corroboratur.*

13 *An per Foros Anni. 1564. tit. Que caso que las sententias &c. Prædictæ cõsuetudini derogatum sit. cum num. sequent.*

14 *Hodie post præsentatã superioris inhibitionẽ, vel manifestationẽ, non potest in vim statutorum sentẽtia executioni mandari, non obstante prædicta consuetudine. cũ nu. 15.*

16 *Appellatũ esse vel Appellari posse à Pari procedunt, maxime circa supradicta.*

17 *Statutũ appellationẽ remouens non procedit, sententia manifestam iniquitatem continente.*

18 *Adducuntur multa in confirmationẽ statutorũ appellationẽ in criminalibus remouentiũ. cũ n. 19. et seq.*

20 *Appellatio per legem positiuam vel principis priuilegium tolli potest. & nu. 21. & 22.*

23 *Literæ iuxta For como cerca. de Homici. an dentur in processu absentia in vim statutorum facto. cum nu. 24. & 25.*

24 *Iudex non tenetur exequi sententiã iudicis alterius territorij in vim statutorum latam, & quòd captura, licèt non sit executio, est tamen*

executionis praeambulum, & totum continens.

1 SOLENT statuta fieri per vniuersitates super ordine procedēdi in causis criminalibus vt procedatur per Inquisitionē, & summariæ, vt elicitur ex For.fin.de Inquisi. si. prohibi.& ex Obser.si aliquis.de Homici.& For.Acto del quitamiento perpetuo de la hermandad. in fi. & Obser.si aliquis.de Homici.& solent fieri, vt reperiūtur facta ferè in omnibus ciuitatibus Locis, & Vallibus Regni, huiusmodi sub tenore.

2 ✝POR prouecer a los enormes delictos, q̄ cada dia se cometen por Bandoleros, delates, e otras personas facinorosas, en offensa de nuestro Señor Dios, el Rey, y la Iusticia. Atēdido q̄ por los Fueros del Reyno no es plenamēte proueydo, por los luengos difugios, q̄ aquellos tienen, ne crimina remaneant impunita, & ne detur audacia delinquēdi. Por tāto statuymos, que qualquiere persona cuiuscunq; gradus, ley, o cōdiciō que sean, q̄ de aqui adelante cometiere homicidios (exprimendo delicta contenta in For. Como cerca. de Homici.& alia, videlicet,) y el q̄ dira o hara injurias a los Officiales de los statutos, sera Bandolero, o persona rixosa, y de mala vida, yran mas de dos armados cō tiros de fuegos, seran sacadores de cauallos, receptadores de Pelates, o les darā prouision, o yran mascarados, o atapados para delinquir, y los q̄ mādaran hazer dichos delictos, o el otro dellos, pues cōste del mādamiēto, si quiera el delicto sea cometido intra territoriū, vel extra, pues el delinquēte sea hallado intra territoriū statuentiū; sea cōtra los tales, y cada vno dellos proceydo, y se pueda proceder por el Iuez ordinario, dādo plenissimo y bastāte poder a el, y a su Lugartenieñte, y a los Iuezes vniuersales hallādo se intra territoriū sobre los dichos delictos, q̄ de aqui adelante se cometeran, durante los statutos dentro, o fuera del território. Y cōtra los mal hechores, y perpetradores, y dantes cōsejo, fauor, y ayuda, y contra los delates, e infamados de dichos delictos se proceda, y pueda proceder en esta manera, á saber es: por via de Inquisiciō, y denūciacion, demanda y en otra qualquiere manera, q̄ mejor les parescera, y biē visto sera, nō obstantes Fueros, Priuilegios, vsos, y costūbres Regni, aut alijs, aliàs in cōtrariū faciētib⁹. Y no obstāte qualquier processo hecho a instancia de parte legitima, y la dicha parte legitima pueda hazer parte en dicho processo, o fuera del, y dichos Iuezes, y qualquiera dellos puedan proceer en dichos casos criminaliter, vel ciuiliter, instante parte, vel ex officio, seu animo informado. assi por testigos, indicios indubitados, como por fama con argumentos de verdad tantùm, y por otra violēta præsumpciō. Et en dichos delictos pueda proceer por Fuero, segū Fuero, cōtra Fuero, & vltra Fuero, en qual quier manera, q̄ a dicho Iuez parescera, y bien visto sera. Et cōtra los tales infamados, o delados, o inculpados de dichos delictos pueda proceder a captiō de sus personas; & à cōdennation aun hasta muerte natural inclusiuè & executione de aq̄lla, non obstantibus Foris, priuilegijs, & cōsuetudinibus, in contrariū receptis, orden de Fuero seruado, o no seruado, parte presente, o absente, recibidos los testigos dia feriado, o no

feriado

feriado,en pies, o assentado, loco solito vel alio, de dia o de noche, en qualquiere manera que querra, o bien visto sera. Y este en arbitrio de dicho Iuez,si querra, al processo darle Aduogado, o no, y Procurador: y tābien pueda proceder arbitrariamente,hauiendo,o no hauiendo razon,de lo que por el accusado se deducira proposara, o allegara, tanto quanto al dicho Iuez paresce ra,y pueda recibir testigos hombres y mugeres para su informacion, de qualquiera condicion que sean,aun que sean de la misma Vniuersidad. Y que no sea obligado a publicar processo, ni los testigos, ni los dichos manifestar al accusado, ni otri por el,non obstantibus Foris. Y cōtra los tales delados,o infamados siē do presentes, o absentes,citados, o no cotumaciados,o no sean hauidos como q fuessen presentes,y q̄ contra el processu nō posit opponi de nullitate,ni otra exception, ni solennidad de Fuero,ni de primo,& secundo accusatore,ni otra alguna,por la qual el processo,o sentencia puedan ser annullados,y que dichos Iuezes, y cada vno dellos puedan condenar a muerte natural,y executar, a açotes,mutilacion de miembro, exilio perpetuo,o tēporal,a otra pena arbitraria en bienes o su persona,persona y bienes. Y las sentencias y execuciones dellas,no puedan ser empachadas por firmas,de qualquier natura sean,aunque toquen al caso, o impugnen los statutos;ni appellaciō adiunction ni euocacion,ni otra legitima excepcion,antes no obstante lo sobredicho,se aya de hazer la execuciō:y que en el processo,o sentencia no pueda ser puesta excepciō,ni nullidad alguna,o otra allegacion, y que pueda condenar en las costas, segun biē visto le sera. Y q̄ el Procurador de la villa a solo mandamiento del Iuez sea tenido de hazer parte y la pueda hazer qualquier singular aunq̄ no sea su interes, y el processo començado por vno lo pueda acabar otro,no obstante qualquier perdon, remission,relaxacion, composiciō, y otro qualquier priuilegio. Y el dicho malhechor no se pueda saluar en ningun lugar quāto quiere priuilegiado,antes puede de alli ser sacado por dichos Iuezes,o sus officiales de su mandamiento.nō Non obstantibus Foris in contrariū disponentibus.Solet etiā statui,quòd sententię in processu statutario ferantur de aonsilio certarum personarum.

†Circa huiusmodi statuta quærit Bart. septem quæstiones in.l.omnes populi. de Iust.& iur. scilicet, quis potest facere statuta,secundò,qualiter; tertiò, de quibus potest statui; quartò,cōtra quos,& sic quos liget statutum;quinto,quando ligent statuta; sextò, quam. interpretationē recipiant;septimo,qualiter in iudicio producantur.de quibus tractant ibi Doctores, præcipuè Baptist. de sancto Seueri.& Ioannes Crotus.

4 †Quò verò ad supra scriptū statutū,potest dubitari,si potest fieri per Vniuersitates? Et videtur dicēdum, quòd non, cùm iurisdictio non sit pœnes illam,sed pœnes Regem, & eius officiales,& cōsequenter nō potest statuere super decisione causarū:vt dicit Bart.in dict.l.omnes po-
5 puli.in prima quæst.† Sed contrariū seruatur, & videtur permissū de Foro,argumēto d.Fori de Prohib. Inquis.& Obser.Si aliquis.de Homici. super qua asserit ibi Pertusa. fuisse determinatū,in causa Sāctiæ Gargallo,cōtra los de Andorra, quòd valet statutum super his factum ab

vniuersitate nō habente iurisdictionem, nam meliorē conditionem Fisci ad causas terminandas, potest facere vniuersitas non habens iurisdictionem, licèt non deteriorē. Regulariter tamen fiunt cū interuentu Iudicis exercentis iurisdictionē, quòd etiā de iure sufficit, vt super præmissis possit vniuersitas statuere, vt per
6 Bart. & repe. super dict. 1. quæst. †In super concluditur in dicto statuto, quòd omissa omni Iuris & For. Solennitate, possit Iudex ferre sentētiā. Et an valeat statutum, quòd sufficiat vnus testis quo ad probationē delicti. Quòd non, cōcludit Carre. fol. 71. nu. 4. cum seq. An tale statutū de iure procedat: Bal. in l. prolatā. C. de senten. & interlocutio. Iudi. valere concludit, quē refert Babtist. de sancto Seue. in d. l. omnes populi. n. 90. Et idē ibi n 57. refert, etiam si statuatur, quòd procedatur etiā diebus foriatis, valere tale statutum: & ideo concluditur valere, desuper scriptū statutū, licèt tollat omnē iuris ordi-
7 nē. †In eo tamē, quod in dicto statuto disponitur, quòd possit in vim statutorū omnis delinquens puniri de delictis contentis in statuto, vbicūq; sit cōmissum delictū, dummodo delinquens sit in territorio repertus: videtur, non posse subsistere, per regulā, de qua per Deci. in c. Ecclesia sanctæ Mariæ. de cōsti. n. 6. & ibi Feli. quòd à pari procedūt, Forū sortiri, & statutis ligari: si delinquēs nō sortiatur ibi Forū, videtur, nō posse cōprehēdi statutis illius territorij, cui⁹
8 Forū nō sortitur. †Et istud argumētum procedit semper negatiuè, nō non sortitur Forum, ergo non ligatur statutis: secus afirmatiuè, nā benè potest Forum sortiri, & non ligari statutis vniuersitatis, nam Milites, & Infantiones, sortiūtur Forū in locis regalibus, & tamen non ligantur statutis vniuersitatis, quia, vt dicit Moli. in verbo vniuersitas. dicti Infantiones non sunt de vniuersitate, ideo non ligantur eius statutis: & sic videtur, non posse subsistere de iure, Forenses, qui non sortiuntur Forum. neq; ratione delicti, vel alias quod statutis ligentur, vt in vim eorum puniantur de eo, quod alibi per
9 ferunt. †Ex quo sequitur, quod de Foro, in omnibus delictis, de quibus potest accusari, vbicunq; repertus fuerit, iuxta For. 3. de For. compe. ex quo ibi, vbi repeiuntur sortiuntur Forum, quòd ligabuntur statutis illius loci. Pro quo facit, quòd dicit Bart. l. 1. de sum. tri. post n. 47. quòd per statutum loci originis, poterit procedi contra originarium alibi delinquentem, ex quo ibi etiā ratione dicti delicti alibi commissi sortitur For. Verum tamē est, quòd punitio fieri debet secundum leges loci, vbi deliquit; & hoc est, quod dicit ibi Bart. nu. 48. intellige tamē, nisi statutum strictè loqueretur de delictis in territorio cōmissis, quia tunc standum est verbis statuti: tamen si statutum loquitur, vt hîc, vel simpliciter, procedit illatio, iudicio meo, vt ex dictis Bart. elicitur num. 47. & 48. in dict. l. 1. de summa Trinit.

10 †Ac etiam potest dubitari, si prædictum statutū procedit in eo, quòd tollit appellationem, & mandat exequi sententiam, appellatione remota: de quo videndus est Alberi. 2. par. statuto. quæst. 44. Angel. de Malefi. Præsente Gaio, & appellante. fol. 198. & versi. fin. col. 4. Cepol. consi. 64. Marsili. in Practi. Crimin. vltiq. Carre. in Practi. Crimi. 2. fol. n. 7. Bar. in l. pœn. de aqua pluui. arcē. & idē cōmuniter Doct. in l. oēs populi. de Iust.

de iust.& iur.Paris. de put. in tract. sind. in verbo appellatio, & Boss. titu. de appella. pagin. 570. Bal. in l. fi. §. fi. de tempo. Appella. Et in hoc concludunt, quod, si appellatio non pertinet ad Vniuersitatem sed ad superiorẽ, quòd in praeiudicium illius nõ valet statutum, quia ius commune, quod ad supremam auctoritatem pertinet, semper videtur exceptum, & sic licèt sit statutũ, quòd intra vnum diem appelletur, poterit tamen ad principem appellari, intra quadraginta dies. Bal. c. venientes. de iur. iur. nu. 5. vnde, cũ praedictũ sta. sit factũ, & fiat ab vniuersitatibus, ad quas non pertinet iurisdictio, neq. in prima neque secunda instantia, videtur nõ valere.

11 † Et ita credo, fuisse habitã rationẽ de praemissis, super statutis, villae de Cariniena, in quibus fuerat statutũ, quòd non obstante Firma, & appellatione, exequerentur poenae statutorũ, nam creditur, fuisse declaratum, esse habendam rationẽ de inhibitionibus superiorũ, non obstantibus dictis statutis tollẽtibus dictas appellationes, & firmas, ex dictis: per l. poenul. de, qua pluui. arcen. Quãdo appellatio pertinet ad Vniuersitatẽ, valet statutũ, qui appellatio quae est defensio de iure ciuili, potest renuntiari, vide Ludoui. Roma. in l. de aqua pluui. arcen. & quãdo pertinet ad superiorem appellatio, licèt contra superiorem nõ possit statui, tamen de facto seruatur tale statutum: vide Ange. de malefi. fol. 198.

12 † Et sic cõtra praedicta facit consuetudo immemorialis, quod dicta statuta, in quibus appellatio tollitur mãdẽtur executioni & sic videtur quod in Regno, quidquid de iure sit, consuetudo det robur dictis statutis, praesertim quia videntur recipere dicta statuta interpraetationẽ ab ipsis Foris, in quibus permittebatur executio sententiae criminalis non obstan. appella. F. r. de execu. vel iudi. de quo dictum est supra, in processu criminali, iuxta Fo. antiq.

13 † Sed ex praedicta ratione fororum, videtur quod hodie de dicta consuetudine non sit habenda ratio, nam hodie de Foro. neque facta appellatione, nec durante tempore ad appellandum, potest exequi sententia mortis, & mutilationis membri. Et sic Fori, qui olim consuetudinem iuuabant, hodie cessant, & contradicunt, cum militet ratio, quae de iure militat, scilicet, quod offenditur superior: nam Fori, noui disponũt generaliter, quod à dictis sententijs mortis, & mutilationis membri habeatur recursus.

14 † Et licet admittamus, non derogari consuetudini per Fo. nouiss. illa tñ est seruanda suis casibus, non tamen amplianda, ita quod, si processũ est vigore cõsuetudinis, nõob sta. appella. antè praesentatã inhibitionẽ, pro vt fieri solebat de Fo. nõ est extẽdenda ad casum, in quo facta appellatione praesentatur inhibitio ante executionẽ. Nã cũ isti sint casus diuersi a Foro, quia primo casus executatur ante praesentatã inhibitionẽ, vt dictũ est; secundo casu, non potest post praesentatã inhibit. pari ratione dicendũ est, quod licet sit solitũ, in vim statutorum exequi sententias, non obstante appellatione, ante praesentatam inhibitionem, & non post, quod de vno casu non debet extendi ad aliũ, cùm & de Foro in eisdem terminis, non fiat extensio de vno ad aliũ. Ratio enim

enim diuersitas, quę de Fo. cōsiderabatur inter casum ante pręsentatā inhibitionē, & casū post factā præsētationē nō, quia nō ita offenditur superior ante prę́sētatā inhibitionē. Eadem in statutis ratio, ac in consuetudine ad casuum parificationem considerabilis censetur. Itaquè licèt sit per statutum sit sublata appellatio, nihilominus tamen, potest superior inhibere inferiori, 16 ne sententiam exequatur, & est ei parendum: vide Pari. de Pute. in verbo Appellatio. folio 48. nume. 2. & 3. nam quoad superiorem nihil operatur remotio appellationis, vt ibi, Et sic non videtur dignum, & iustum, quòd si olim, quando in vim statutorum procedebatur, ante executionem, actualiter manifestabatur, vel firma, vel inhibitio præsentabatur, in executione supersedebatur, quòd hodie nō supersedeatur, stantibus præsertim Foris, quòd sententiā mortis lata per quemcumquè inferiorem nō mandetur executioni, pendente tempore ad appellandum.

15 † Ex quibus omnibus resultare uidetur, quod de dicta consuetudine non sit habenda ratio, quia si olim stabat, erat ex eo, quia idem erat de Foro, & sic non erat contra Forum, sed conueniebat cum ipso Foro. hodie verò, cùm Foris resistat, videtur cessare, & casu, quo non cesset per d. Foros nouos, tamen non debet extendi 17 ad casum præsentatæ inhibitionis, vel manifestationis, quia auctoritas superioris semper videtur excepta. c. Pastoralis. §. Præterea de Offi. delega. & sic si Curia Iustitiæ Aragon. quæ est iudex contra Fororum, inhibet, parendum est eius inhibitioni, Idem si manifestaret, 18 nam manifestatio dicitur extincta lata sententia in processu Forali, secus in alio, & sic illo casu, non obstante, quod statutum statuat, Fore exequendam sententiam, non obstante appellatione, obtemperanda est inhibitio superioris: vt dicit Paris. de Puteo in d. verbo appellatio fol. 48. nu. 2. & 3. Et ita fuit punitus quidam commissarius ad puniendum striges, vulgo dictas, Bruxas, in vim statutorum, & non paruit inhibitioni iurisfirmæ obtentæ ad instantiam. Orosiæ Pardo, De la val de Aragues, in mense Octo. 1567.

† Dubium tamen est, si in vim statuti, potest sententia statim executioni mandari, non expectato tēpore ad appellandum, vel si appellatur, non obstante appellatione, non præsentata inhibitione, quia paria sunt, quòd appellarit, vel quòd posita appellare: Folleri. pag. 825. à num. 11. Et videtur dicendum, quod sic, pro vt in terminis dicit Folleri c. quærenti. n. 5. de Offic. delega. ponendo regulam quod sententia criminalis non debet exequi, non elapsis decem diebus ad appellandum: Fallit, quando per statutum disponitur, quod sententia incontinenti executioni mandetur, non obstante appellatione: de quo ponit Bossi. tit. de appella. pag. 570. n. 7. Et idem est secundum Bal. cons. 370. 1. vol. quando statutum diceret, quod iudex id dicta causa criminali posset procedere sine lite, ex officio, pro vt in supra dicto statuto disponitur: quem refert Bossi. d. titu. de Appella. pag. 571. num. 16.

† Verum est, quod licet statutū disponat, quod à tali sententia non possit appellari; si tamen dicta sententia

tentia continet manifestam iniquitatem, quòd poterit appellari, vt dicit Cur, cons. 59. quem refert Bossi. ibi num. 3. Polleri pag. 824. n. 100.

18 † Et licet de iure probabiliter dubitari posit, an talia statuta fieri possint, quòd in causa criminali non posit appellari, quia Bal. in c. venientes. de iure iur. asserit in causa capitali fieri non posse, & idem in l. fi. C. de Tempo. Appella. per rationes per eum ibi traditas. Et Angel. cons. 187. post multa concludit restringendo, quod dicta de statuto tollente appellationem procedunt in causa ciuili, in causa tamen crimi-

19 nali relinquit cogitandum. † Bossius tamen, in d. tit. de Appella. pag. 570. num. 7. asserit in omnibus fere terris, & locis fieri statuta tollentia in criminalibus appellationem, prout in simili in hoc Regno reperiuntur facta à tempore immemorabili, tollentia appellationem, & seruari, Pro validitate quorū statutorum, & consuetudinis, allegat Augustinum de Arimi. in Additio. ad Angel. d. ver. Præsente Gaio, & appellant. fol. 186. allegat etiā pro prædicta consuetudine Bal. in d. l. fi. §. fin. vbi asserit in terris imperij non seruari c. venientes de iure iur. nisi principaliter statutum fuerit in præiudicium superioris. Facit etiam pro dicto statuto, & consuetudine dictum Felin. in cap. quærenti. de offi. dele ga. vbi limitando regulam, quòd non est exequenda sententia criminalis statim, dicit, quòd fallit tertio, nisi statutum diceret, quem esse statim, ducēdum ad supplicium. Quod statutum valet, secundum omnes præallegatos, & iuuat dictum Bald. consi. 330. 1. volum. asserens, statutum, quod in causa criminali procedatur sine lite, & processu, valere, & sententiam esse executioni tradendam, non obstante appellatione. Pro quo statuto videndus est etiam Curt. cons. 59. incip. Dux Philippus. quem refert Bossius, vbi supra, nu. 12. qui in d. tit. de appella. in hanc sententiā inclinare videtur, vt tale statutū sit admittendū, & valeat: & Carre. in Pract. crim. fol. 145. nu. 47. vbi in casu statuti tollētis appellationem, dicit, exequenda est sentētia, non obstan. appella. & nō expe-

20 ctatis decē diebus. † Facit insuper quod asserit Couar. c. 23. pract. qq. nu. 6. à lege humana, vel priuilegio Principis, posse tolli appellationē; & ideo, vt ipse dicit, in 6. illatio. sanctissimè quibusdā legibus quādoq. appellationem tolli propter negotiorū qualitatem, quæ non patitur, iuxta Reip. benè institutæ vtilitatē, executionem sententię impediri, appellatione posita, quæ ad qualitatem delictorū, quæ per Delatos cōmittū-

21 tur, conueniunt benè. † Iuuat etiam, quod asserit Carre. in Pract. cri. in pœnul. casu, fol. 33. quo asserit, non admitti appellationem in causa homicidij, in ciuitate Neapolis, ratione statuti, vbi fauore Reipublicæ ampliatur statutū illud ad similia delicta, quod licitū est etiā in exorbitātibus fauore Reipublicæ, vt ibi; qui asserit, de consuetudine generali non admitti appellationem in criminalibus.

22 † Ex quibus videtur posse concludi, quod nisi superioris prouisio illud impediat poterit sententia criminalis in vim statutorū non expectato tempore ad appellandū, & nō obstāte appellatione, executioni mādari. Et licet Rebuf. tho. 3. pag. 483. nu. 8. asserat, quòd non valet statutū. vel consuetudo tollens appellationem

nem: tamen Iul.Clar. in Pract. crimi. quæst. 94, nu. 3. in fi. cōcludit, seruandam esse consuetudinem, vt statim sententiæ executioni mandentur. Et ita seruatur. Maior tamen circunspectio, in prædicta executione, an sit facienda adhiberi debet.

23 † An tamen in processu absentiæ, facto in vim statutorum, dentur literæ iuxta Forū de Homici. pro capiendis condemnatis, & extrahendis à quocunq. Loco priuilegiato, vt ibi dicitur, ad finem remittendi ad Iudicem, qui sententiam tulit, vt illam exequatur. Et licet posset dubitari, ex quo verba Fori de Homici. sunt generalia apta comprehendere omnem sententiam, siue latam in

24 processu forali, siue statutario: † Tamen veritas est, quòd pro talibus sententiis, latis in processibus statutariis, nec in vim illorum non conceduntur, nec solent concedi tales literæ. Tum, quia verba Fori, licèt sint generalia, intelliguntur restricta ad sententiam latam in processu facto iuxta dispositionem dicti Fori de Homicid. tum etiam, quia, vt dicit Iasson in l. à Diuo Pio. §. 1. ff. De re iudi. alios referens, Iudex alterius territorij non tenetur exequi sententiam alterius Iudicis, latam in vim statutorum: vt ibi late per eū, num. 6. Quod facit, quia licet captio non sit executio, sed quædam compulsio, vt dicit Bald. in l. 1. C. de iur. & facti igno. est tamen præambulum ipsius executionis, imo totum continens: & sic, sicut non tenetur exequi, ita nec capere ad effectum exequendi. Et sic non conceduntur, nec cōcedi solent literæ iuxta dictum For. de Homici. nisi sit lata sententia in processu forali, & votato per dominos de Regio consilio, qui non videntur astricti ad votandum, nisi processus actitatos iuxta

25 For. de Mod. & for. proced. † Licet quandoq. factum reperiatur, in quodam processu statutario cuiusdam Vallis, existente Regia Audientia in Loco de Cariñena, anno 1564 vbi fuit consultatus processus statutarius, & responsum consultationi.

FINIS.

